NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
40
7 A
41
ROMA

40 7. A. 41

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

# COMPENDIVM MANVALIS NAVARRI,

## AD COMMODIOREM vſum, tum Confeſſariorum, tum pęnitentium, compilatum.

*Petro Alagona ex Societate* IESV *Theologo Auctore.*

Et ab eodem auctum, atque recognitum.

ADIECTO ETIAM NVNC primum Compendio Tractati de Vſuris, ac breui Elencho totius operis.

SVPERIORVM PERMISSV.




*Venetijs, Apud Nicolaum Miſſerinum.*
M D XCII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# TYPOGRAPHVS LECTORI.

*QVAM fuerit vel expectatum cupide, vel exceptum libenter Manualis à Nauarro elaborati compendium, vel hoc vno argumento intellexi, quod intra paucos menſes ſæpius fuerit ob exemplarium inopiam excudendum: neque vero ſperari aliter initio debuit, cum in lucem prodiret is liber, qui abditiſsimos animorum receſſus facili negotio illuſtraturus eſſet, ac iudicio, in re-*

*rum maximarum, inuolutiſſimarumq́; caligine, ac tenebris, titabanti facem quodammodo prælaturus. & erant hæc ſanè lumina in per amplo illo Nauarri volumine omnia: verum diſperſa, & diſſita, rarius intermicabant: vt acriore, ac longiore eſſent ſtudio conquirenda. Fuerant, inquam, quæ hic tibi proponuntur, ab eo doctiſſimè illa quidem, ſed vberiùs tamen, fuſiusq́; tractata, quàm vt ab occupata poſſent mente percurri: & magnitudo ipſa voluminis impedimento erat, quominus circumferri opus illud, atque ad manus vbique eſſe poſſet. Vt commodiſſimè feciſſe videatur, qui cunctas Doctoris eiuſdem ſententias, & quaſi effata, ijs reiectis, quæ minimè neceſſaria videbantur, ita*

*commi-*

*commiſerit, vt nihil ferè deſideres; &, quod expetis, reperire labore minimo queas. Vtere igitur tuo commodo, Lector, hoc munere; atque hiſce præſertim exemplaribus, quæ nunc emendata maxima typographorum diligentia prodeunt, & ab ipſo Auctore illuſtrata magis, atque recognita.*

*Vale.*

# ELENCHVS TOTIVS OPERIS,

in Præludia X. & in capita XXIX. diuiſi.


Prælud. I. De eſſentia animæ rationalis.

Præl. II. De potentijs animæ, vt eſt veg. &c.

Prel.III. De potentijs animæ, vt eſt ration. &c.

Præl. IIII. De ſumma Beatitudine, & miſeria.

Prælud. V. De paſſionibus & habitibus animæ rat.

Præl. VI. De Actu humano, ſeu morali animę.

Præl.VII. De Actu humano bono, & malo.

Præl.VIII. De peccato originali.

Præl. IX. De peccato actuali.

Præl. X. De pœnitentia, & eius partibus.


Cap.

Cap. I. De Contritione.
Cap. II. De Confeſſione.
Cap. III. De ſatisfactione.
Cap. IIII. De poteſtate, ſcientia, & bonitate Confeſſarij.
Cap. V. De quibus Confeſſarius debet pœnitentẽ interr. &c.
Cap. VI. De circonſtantijs.
Cap. VII. Quòd cõfitens debet conſeruare famã proximi, &c.
Cap. VIII. De Sigillo Confeſſionis.
Cap. IX. In quibus caſibus cõfeſſio ſit iteranda.
Cap. X. Quo pacto Confeſſarius erga pœnit. ſe gerat.
Cap. XI. De colendo, honorãdo, & amando Deum, ſeu, &c.
Cap. XII. De Iuramento.
Cap. XIII. De obſeruatione feſtorum.
Cap. XIIII. De honorando parẽtes, & amando proximum.
Cap. XV. De non occidendo.
Cap. XVI. De non mæchando.
Cap. XVII. De non furando.

Cap.XVIII. De non teſtãdo falſum.
Cap.XIX. De non concupiſcẽdo vxorem proximi.
Cap. XX. De non concupiſcendo rem proximi.
Cap. XXI. De præçeptis eccleſiæ.
Cap. XXII. De Sacramentis eccleſiæ.
Cap. XXIII. De Septem peccatis capitalibus.
Cap. XXIIII. De quinque ſenſibus exterioribus.
Cap. XXV. De peccatis diuerſorum ſtatuum.
Cap. XXVI. Quomodo ſe gerat confeſſarius erga confeſſum.
Cap.XXVII. De cenſuris eccleſiaſticis.
Cap.XXVIII. De Vſuris in xxij. Annotationes diuiſum
Cap. XXIX. De Cenſibus, cum I. quæſtionibus ſuper bullam Pij Quinti.

COM-

# COMPENDIVM PRÆLVDIORVM MANVALIS NAVARRI.

## PRÆLVDIVM I.

### *De eſſentia Animæ rationalis.*

ARISTOTELES 3. de Anima Tex. 4. & 5. ſic eam definit. Anima eſt actus cor 1
poris phyſici, organici potentia vitam habentis. Sed, quoniam ſine lumine fidei nullus vnquam habuit perfectam Animæ rationalis cognitionem, ideo omiſſa definitione Ariſtotelis, ſic eam deſcribimus: Anima rationalis eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, vbi, & quando infunditur corpori, vt ſit forma ſubſtantialis eius per ſe, apta ad beatitudinem, per gratiam & bona opera conſequendam. Ex his infertur, quòd

Anima rationalis eſt incorporea, & in- 10
diuiſibilis, & non habet partes correſpõdentes partibus corporis, quas informat: ſed eſt tota in toto, & tota in qualibet
parte corporis. ſicut Deus eſt totus in to- 11
to mundo, & totus in qualibet parte mũ-

di: & Corpus Chriſti eſt totum in tota ho-
ſtia, & totum in qualibet parte hoſtię.

12 Anima non eſt homo, ſed pars hominis:
eſt enim ſubſtantia incorporea, immorta-
13 lis, informans eſſentialiter corpus: nō aſſi
ſtens, vt Nauta naui.

14 Pars intellectiua in homine, à qua vt à
principaliori denominatur homo, eſt prin
cipalior parte ſenſitiua.

Cor eſt ſedes animæ non intelligitur, quòd in corde tantum ſit anima: ſed cum ſit in toto corpore, in corde principalius operatur. Similiter intelligitur illud: Anima habitat in ſanguine, id eſt, ſanguis eſt inſtrumentum vitę. item aliquādo per ſynecdochen anima accipitur pro animali: vt ſi dicas, Anima creſcit. Item illud Virgilij:

*Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.*

Eſſet intelligendum, quòd anima hominis immediate eſt creata à Deo in embrione: & nō quòd ſit facta ex aliqua parte Cęli.

Qui tenetur, & poteſt ſcire veritatem, & tamen contra prædicta credit, Verbi gratia, animas humanas eſſe paruulas quaſi infantes: vel Deum Patrem, Verbū, & Spiritum ſanctum eſſe corpora: vel animam non eſſe ſubſtantiam, quę per ſe poſſit ſubſiſtere; vel non immortalem; vel ab Angelis eſſe creatam; vel eſſe ex ſubſtantia Dei; vel creari antequam infundatur; vel non eſſe formam ſubſtantialem corporis; vel eam poſſe ſaluari viribus naturę,

ſine gratia ſupranaturali; peccat mortaliter. &, ſi pertinaciter errat, ita vt non ſit paratus reſipiſcere, cum primùm cognouerit Eccleſiam oppoſitum tenere; eſt hæreticus; (quod vt plurimum inter Catholicos raro euenit) &, ſi errat pertinaciter tantum in mente ſine ſigno exteriori, licet ſit hęreticus, non tamē eſt excommunicatus. infra cap. 11. num. 17.

Si credat contra prędicta, & neſcit, nec ſcire debet oppoſitum ab Eccleſia Catholica Romana teneri; vel nō peccat, vel tantum venialiter peccat.

## PRÆLVDIVM II.

### *De potentijs animæ, vt eſt vegetatiua, & ſenſitiua.*

Anima in homine vna eſt, quam Deus ornauit potentijs, & viribus vegetandi, & ſentiendi: & ſic anima rationalis poteſt dici & vegetatiua, & ſenſitiua. 1

Potentia, ſeu vis, ſeu virtus animę eſt proximum principium operandi: Potentiæ animę vegetatiuę ſunt tres. Nutritiua, quę corpus conſeruat. Augmentatiua, quæ auget, & perficit corpus. Generatiua, quę ſibi ſimile producit.

Potentia animæ ſenſitiuæ, vel eſt motiua, vel cognoſcitiua: & hęc vel eſt interior, vel exterior: Exterior eſt quintuplex: Viſus, Auditus, Odoratus, Guſtus, 2

3 Tactus. Interior quadruplex: Senſus communis, Imaginatiua, ſeu Cogitatiua, Æſtimatiua, Memoratiua: aliqui addunt Phãtaſiam; ſed coincidit cum imaginatiua.

4 Habet etiam anima vim appetendi, & renuendi quæ cognita ſunt per ſenſus: & hęc potentia appetitiua vocatur ſenſualitas. quę diuiditur in iraſcibilem, & concupiſcibilem: per concupiſcibilem homo vult ea, quę apprehendit, ſibi conuenire; & renuit quę apprehendit non conuenire: per iraſcibilem audet reſiſtere ijs, quę impediunt conuenientia ſibi: & ſic iraſcibilis eſt propugnatrix potentiæ concupiſcibilis. Quæ duę potentiæ obediunt rationi: licèt in aliquo repugnẽt, & ſubmur

6 murent etiam. Prædictæ potentiæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, non ſunt idem quod ipſa anima.

## PRÆLVDIVM III.

### *De potentijs animæ, vt eſt rationalis, ſeu intellectiua.*

1 ANima rationalis habet duas potentias, intellectum & voluntatem, quæ

2 non ſunt realiter diſtinctæ ab anima. Contrarium docet S. Tho. Sed eadem anima

3 pro diuerſis viribus, quibus operatur, varie denominatur: vt, quia poteſt intelligere, vocatur intellectus; quia agit cognitiones, vocatur intellectus agens; quia

cas

eas recipit, dicitur poſſibilis; quia eas recolit, vocatur memoria; quia deducit aliquid ex aliquo, dicitur ratio; quia intendit rebus æternis conſiderandis, dicitur pars ſuperior rationis; quia intendit inferioribus gubernandis, dicitur pars inferior rationis; quia id, quod intelligit, non ordinat ad opus, vocatur intellectus ſpeculatiuus; &, ſi ordinat, vocatur intellectus practicus.

Similiter prout poteſt velle, & nolle, vocatur voluntas ſiue animus, vel appetitus intellectiuus: vt concupiſcit ſpiritualia, vocatur ſpiritus, ſed communiter dicuntur intellectus, & voluntas. 5

Voluntas, ſeu vis appetendi intellectiua, differt à vi appetendi ſenſitiua; tum quia voluntas ad plura extenditur: de quo infra nu. 13. tum quia appetitus ſenſitiuus vocatur ſenſualitas: tum quia experimur nos velle aliquid per ſenſualitaté, quod abhorremus per voluntatem: tum quia ſenſualitas non eſt ipſa anima, ſed pars quædam hominis compoſita ex anima & corpore, in quo eſt appetitiua. Voluntas eſt ipſa anima, vel, ſecundum D. Thomam, eſt accidens inſeparabiliter fluens ab anima. 6

Voluntas mouet intellectum, imperando, vt agat hoc, vel illud: ſed intellectus mouet voluntatem, præſentando obiectum, & rationem, qua debeat illud velle, vel nolle. 7

Sicut

8 Sicut ſenſualitas comprehendit iraſcibilem, & concupiſcibilem, quę non re, ſed ratione differunt: ſic voluntas continet iraſcibilem & concupiſcibilem partis intellectiuæ, per quas idem operatur circa ſenſibilia, & circa tantum intelligibilia, quod operatur ſenſualitas per ſuas vires.

9 Anima hominis, non vt ſenſitiua, ſed vt intellectiua, habet liberum arbitrium, ideſt, per potentiam appetitiuam libere eligit, vel refutat ea, quæ repræſentantur à potentia intellectiua.

Liberum arbitrium eſt facultas voluntatis, & rationis: quia in eius exercitio requiritur actus intelligendi, & ratiocinandi, ſeu conſultandi, qui pertinet ad intellectum; & actus eligendi, qui pertinet ad voluntatem. &, cum hæ potentiæ non diſtinguantur realiter ab anima; nec liberum arbitrium diſtinguitur realiter ab anima, ſed tantum ratione: quare liberum arbitrium eſt ipſamet anima, inquātum, cognoſcendo per intellectum, poteſt libere velle, & nolle per voluntatem.

Vegetantia agunt ſine cognitione propria; ſentientia cum cognitione naturali; homo, vt rationalis, cum cognitione, & iudicio libero.

20 Circa liberum arbitrium ſunt duę hæreſes: prima eſt Lutheri, qui negat ineſſe homini liberum arbitrium. & hęc hæreſis refutatur à Concil. Trident. ſeſſione 6. de iu-

de iuſtificatione, Can. 4. & 5. & 6.

Secunda hęreſis eſt Pelagij, qui ait per 11
ſolum liberum arbitrium ſine ſpeciali gra
tia hominem poſſe mereri iuſtificationē. hæc fuit damnata in Conc. Trident. ibidē, Can. 1. 2. & 3.

Ad perſeuerandum vſque ad finem in 12
gratia iam acquiſita, egemus auxilio Dei ſpeciali.

Anima vt rationalis, plura poteſt co- 13
gnoſcere, & appetere, quàm vt ſenſitiua: quia vltra ſenſibilia poteſt cognoſcere vniuerſalia, ſpiritualia; vt ſeipſam, ſuos actus, Deum, & Trinitatem lumine reuelato.

Deus intelligit ſe, & omnia ſola diui- 15
na eſſentia: ſed Angeli, & nos intelligimus per qualitates inhærentes: cum noſtra, & Angelorum cognitio ſit qualitas inhærens realiter diſtincta à potentijs.

Sed nos intelligimus ratiocinando, & aliud ex alio deducendo; Angelus vero ſine diſcurſu intelligit ſimul quidditatem, & conſequentia quidditatem.

Homo in ſola mente gerit imaginem 16
Dei; in alijs partibus geri veſtigium, ſicut ceterę creaturę.

Et imago Dei reperitur, tum in Viro, 17
tum in Muliere.

Anima non ſolum eſt imago Dei ſecun- 18
dum ſuam naturam intellectualem; ſed etiam ſecundum ſuas potentias & actus, ideſt, ſecundum vim intelligendi, volendi,

lendi, & memorandi : ſed cum differentia.

19 Congrua via perueniendi ad cognitionem Dei eſt per cognitionem exteriorũ venire in cognitionem noſtrę animæ; & per huius cognitionem ad Deũ, & in Deo ſpeculari Trinitatem, mediante fide Catholica.

20 Peccat contra prædicta credens homini non eſſe liberum arbitrium, vel ſolum liberum arbitrium ſufficere ad merendum gratiam de condigno. Item credens animas vel Angelos ſe ſolis ſine accidentibus cognoſcere. Item hominem quo ad corpus eſſe imaginem Dei. Item credens generationem in diuinis eſſe corporalem.

## *PRÆLVDIVM IIII.*

### *De ſumma beatitudine, & miſeria.*

2 FInis eſt bonum, vel apparens bonum, quod propter ſe appetitum facit, vt aliud propter ipſum appetatur.

Finis eſt duplex: vltimus, & medius. Vltimus eſt, qui propter ſe ipſum ſolum amatur. & eſt duplex. Primus verè vltimus, qui propter ſe ſolum eſt amabilis: & eſt ſolus Deus. Secundus falsè vltimus, per falſam imaginationem hominum; vt quorum Deus venter eſt: qualis eſt voluptas.

ptas. Finis medius eſt, qui propter ſe, & propter aliud amatur. & eſt duplex: Primus verè medius, qui propter ſe, & propter aliud eſt amabilis; vt eſt virtus, & omnia honeſta. Secundus falsè medius, qui nō eſt amabilis propter ſe; vt ſunt pecuniæ: vel non amabilis propter aliud; vt eſt Deus.

Finis vltimus eſt duplex: finis cuius, ſeu quod, & finis quo: finis cuius eſt id, in quo eſt ratio boni, verbi gratia: Auari finis eſt pecunia: in qua eſt ratio boni. Finis quo, eſt adeptio, vſus, poſſeſſio, & fruitio rei. verbi gratia: Finis auari eſt poſſeſſio pecuniæ: ſic finis hominis quod, vel cuius, eſt Deus; in quo eſt infinita rō boni: Finis quo, eſt adeptio, poſſeſſio, & fruitio Dei. 3

Quare finis vltimus noſter cuius, eſt obiectū noſtrę beatitudinis: & dicitur beatitudo obiectiua. Finis vero quo, eſt adeptio ipſius finis cuius, ſeu Dei. Et ſic aliud eſt noſtra beatitudo eſſentialis, ſeu formalis, quæ eſt res creata, ideſt, adeptio: & aliud eſt beatitudo noſtra obiectiua, ſeu quod, quæ eſt increata, ideſt, ipſe Deus, obiectum noſtræ beatitudinis eſſentialis. 4

Noſtra beatitudo eſſentialis, & quo, ſecundum Scotum, eſt actus voluntatis; quā vocat potentiam nobiliorem: ſecundum S. Thomā eſt actus intellectus; quem dicit eſſe nobiliorem: & hoc melius.

Beatitudo vltima vel eſt ſumma, ideſt, 6

ſum-

ſummum bonum, vel poſſeſſio ſummi boni; vel eſt non ſumma, ideſt, eſt poſſeſſio boni non ſummi. Iterũ beatitudo ſumma diuiditur in increatam, quę eſt Deus, & infinita cognitio, & fruitio ſui ipſius, quæ eſt ipſemet Deus; & in creatam, quæ eſt cognitio intellectiua, & fruitio beatorum de Deo.

10 Beatitudo ſumma creata eſt duplex: ꝑfecta, & imperfecta. Perfecta eſt cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua, cum fruitione eiuſdem producente ſummum gaudiũ, delectationem, & ſatietatẽ om-
13 nium deſiderabiliũ. Imperfecta eſt cognitio Dei intellectiua, non intuitiua, nec ꝑpetua, nec cum fruitione, ſed vtraque eſt creata; & eſt qualitas in potentijs animę, & non eſt habitus, vel virtus, vel gratia; neq; eſt opus operatũ manens extra operantem, nec eſt operatio tranſiens; ſed eſt operatio potentię nobiliſſimæ immanẽs; qualis eſt intellectio, vel volitio.

16 Beatitudo perfecta non poteſt produci ab intellectu viribus naturalibus, vel gratuitis ſine lumine gloriæ infuſo à Deo: quod eleuat, fortificat, & diſponit potẽtiam ad actũ beatitudinis. Imperfecta poteſt ꝓduci viribus naturæ: &, ſi addatur donum fidei, producitur in altiori gradu: &, ſi addatẽ donũ charitatis, & gratia, producitẽ in maximo gradu; & tũc erit principium, via, & participatio beatitudinis ꝑfectę. & propter hunc vltimum gradum

Scriptura

Scriptura vocat aliquos beatos in via.
Homo in hac vita nõ poteſt habere bea 18
titudinem perfectam; ſed imperfectam.
Homo ſine macula in alia vita, etiã an- 19
te iudicũ vniuerſale, habebit p̃fectiſſimã
beatitudinem, pro quantitate ſui meriti.
Miſeria, eſt paſſio mali. &, ſicut malũ, 20
ſic miſeria eſt duplex: vera, & apparens.
Miſeria vera vel eſt ſumma, vel non 21
ſumma. Summa eſt paſſio carentiæ beati-
tudinis, ideſt, viſionis, & fruitionis Dei. &
hæc eſt duplex, vel perfectè, vel imperfe-
ctè ſumma: ſicut beatitudo. Miſeria per-
fectè ſumma, eſt paſſio carentiæ viſionis,
vel fruitionis diuinæ, coniuncta cum omni 22
genere malorum, & æterno cruciatu ſen-
ſuum: qualem patiuntur damnati in infer-
no. Miſeria imperfectè ſumma eſt paſſio 23
carentiæ viſionis, & fruitionis diuinæ ſine
cruciatu ſaltem ſenſuum.
Damnati in inferno in illa miſeria vera, 24
ſumma, & perfecta patiuntur ſeptem pœ
nas præcipuas. Primo, æternum carcerem
obſcuriſſimum, pædore ſordidum, & fęci-
bus elementorum repletum. Secundo, pri-
uationem viſionis intuitiuæ Dei, cauſantis
omnem lætitiam: & hæc eſt maxima pœ-
narum. Tertio, ignem ardentiſſimum, acti-
uiorem noſtro elementari, ſine compara-
tione. Quarto, deſperationem perpetuã,
ſine ſpe leuaminis. Quinto, tenebras, tum
exteriores, quia ibi ignis non lucet, & Sol
nõ penetrat illuc; tum interiores, quibus

eæcati Deum iniuſtum putabunt; & ſcientiæ in vita acquiſitæ maiorem pœnã addent. Sexto, ſocietatem, & aſpectũ dęmonum, qui eſt intolerabilis. Septimo, cõfuſionem, quia ibi nullus ordo, ſed inhabitat ſempiternus horror blaſphemiarum, lamentationum ad inuicem, cum maledictionibus.

## PRÆLVDIVM V.

### *De paſſionibus & habitibus animæ rationalis.*

1 PAſſio animæ eſt motus virtutis appetitiuæ ſenſibilis in imaginatione boni, vel mali, & non eſt in appetitu intellectiuo, vel voluntate ſuperiori Primi motus præuenientes deliberationem, qui ſunt conformes motibus appetitiuæ virtutis ſenſibilis, ſunt in appetitu intellectiuo, & voluntate ſuperiori.

2 Paſſiones principales, quæ ſunt tãquã fies & ſcopi, ſunt quatuor. Prima, gaudium, de bono præſenti. Secunda, triſtitia de malo præſenti: & hæ ſunt paſſiones potentiæ concupiſcibilis. Tertia, ſpes de bono futuro arduo. Quarta, timor de malo futuro arduo: & hæ ſunt paſſiones potentiæ iraſcibilis.

3 Reliquæ paſſiones ſunt ſeptem: & ſic oẽs ſunt vndecim: Sex ſunt potentię cõcupiſcibilis, cuius obiectũ eſt bonũ, vel malum

lum abſolute cōſideratū. Prima eſt amor, ſecūda eſt odium, tertia deſiderium, quarta fuga, ſeu refutatio, quinta gaudium, ſeu delectatio, ſexta triſtitia, ſiue dolor. Quinque ſunt iraſcibilis, cuius obiectum eſt bonum, vel malū, arduum, ſeu difficile, conſideratum ſub ratione arduitatis, ſeu difficultatis. Prima ſpes, ſecunda deſperatio, tertia timor, quarta audacia, quinta ira, quæ non habet contrarium niſi priuatiuū, vt eſt ceſſatio ab ira.

Harum ordo ſic colligitur: in concupiſcibili bonum in ſe conſideratum ob conformitatem cauſat in appetitu complacētiā, quę eſt amor: bonum nondum habitū cauſat deſiderium, Bonum vero deſideratū, & iam adeptū cauſat gaudiū, & quietem: & econtra malū cognitū ob deformitatem cauſat odium; malum cognitum, ſed non præſens, cauſat fugam; præſens cauſat dolorem. In iraſcibili bonum apprehenſum vt arduum ob conformitatem cauſat ſpem; & idem vt acquiſibile nondum adeptū cauſat audaciam, ſeu fiduciā: e contra malum apprehenſum, vt ineuitabile cauſat deſperationem; ſed apprehenſum vt difficile euitabile generat timorē: malum arduum præſens generat irā, quæ non habet contrarium. 4

Prædictæ paſſiones aliquando ſunt bonę; quando ſunt conformes rectę rationi: aliquādo ſunt malę; quādo ſunt difformes rectę rationi. Item aliquæ ſunt bonæ ex ſe, & 5

6

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſe, & genere ſuo; quando ſunt de obiecto, & genere ſuo bono: verbi gratia, Miſericordia. quę eſt triſtitia de malo proximi: ſic Verecundia retrahens à malo, quę eſt quidam timor. Alię ſunt malæ in ſe, & ex genere ſuo; quando ſunt de obiecto, & genere ſuo malo, vt gaudium de malo alieno, & triſtitia de bono alieno: & malæ tunc ſunt mortaliter malæ, quãdo frangitur lex, cuius fractio eſt mortalis. tunc venialiter malæ, quando frangitur lex, cuius fractio eſt venialis.

8 Doctores, ſcriptura, leges, & cęt. prohibentes paſſiones, vt non eſſe amandum, gaudendum, iraſcendum, & cęt. loquũtur de malis, & inordinatis paſſionibus. & ſimiles locutiones non explicatę, ſed dubiæ pro malo, & bono ſenſu; explicandæ ſunt pro ſenſu bono.

10 Pœnitens in confeſſione dicens ſe habuiſſe prædictas paſſiones, verbi gratia, Amoris, odij, iræ, &c. debet explicare, an fuerint inordinatæ; & quanta fuerit inordinatio: vt iudicetur, an ſit mortalis; & vt eum pęniteat cum debito propoſito. quare confeſſor interroget, an fuerit talis, vt maluerit aliquod præceptum diuinum transgredi, quàm relinquere paſſionem, niſi ex qualitate perſonæ, & modo confitendi, confeſſarius tacitè conijciat paruitatem, vel magnitudinem malitiæ, vel vanitatis illius paſſionis: quod frequenter accidit.

Habi-

Habitus animi eſt qualitas ſtabilis inhęrens eſſentię, vel potentijs animæ, inclinans eam ad aliquid agendum. 12

Habitus eſt duplex: primus infuſus à Deo; ſecundus acquiſitus, ſeu productus ex frequentatis actibus, & ſic actus eſt cauſa partialis habitus acquiſiti, vel aucti: & econtra, habitus eſt cauſa partialis, producens nouos actus, ſimiles illis, quibus fuit acquiſitus, vel auctus.

Habitus acquiſitus eſt duplex; bonus, 14 vel malus; pro bonitate, vel malitia actũ. Habitus animi bonus, eſt virtus, malus, eſt vitium. Actus malus, qui eſt peccatũ, poteſt eſſe ſimul cum virtute: ſicut actus bonus cum vitio, ſed peccatum mortale non poteſt eſſe ſimul cum charitate; quæ eſt gratia gratum faciens. vel ab ea inſeparabilis, & eſt habitus infuſus à Deo. poteſt tamen peccatum mortale eſſe cũ fide, & ſpe, virtutibus informibus.

## *PRÆLVDIVM VI.*
### *De actu humano, ſeu morali animæ.*

Actus humanus, ſeu moralis, ex quo 1 pendet meritũ, vel demeritũ, eſt act⁹ hoĩs tranſitorius, & perfectè, ac ſimplici-

ſeco nullã vim cõferẽte paſſo, ſeu nõ ad-
iuuante; diſtinguitur ẽt ab actus imperfe-
cto. & indeliberato, vt puerorũ, amentiũ,
vel procedente ex ſola imaginatione.

3 Omiſſio eſt: quando aliquis poteſt, & debet facere, & non vult facere; & tunc dicitur voluntaria. Non eſt peccatũ, quãdo omnino renitẽtis puellæ virginitas violatur: adde, ꝙ nec corrũpitur virginitas, ſed duplicatur ad coronã. teſte S. Lucia Syracuſana, vt refert Gratianus 23. q. 5.

4 Actus metu factus eſt humanus, quia eſt volũtarius ſimpliciter, & inuolũtarius ſecundum quid. quia, licet agens ab extrinſeco compellat, tamen ipſe confert vim, & adiuuat, quia conſentit, non ſic q. violentatur. Quare actio violenta, & facta per puram vim, non eſt meritoria, neque demeritoria in quocũque foro: quia non eſt humana, ſed facta ex metu poteſt eſſe meritoria, vel demeritoria, quia eſt huma na, licet regulariter poſſit reſcindi, niſi in ſacramẽtis, in quibus imprimitur character. Verũ eſt, quod illa, quæ requirunt liberã, & ſpõtaneam volũtatem, vt eſt matrimonium, ſi ſunt aliquo modo metu facta, ſunt nulla; & ſine vlla reſciſſione ſunt inualida.

6 Nullus actus voluntarius elicitus, ſeu internus eſt violentus, quia voluntas non poteſt cogi ad volendum, vel nolendum.

Nullus actus ſiue interior, ſiue exterior deſinet eſſe voluntarius ex eo ꝙ fit impel

lente

lente concupiſcentia; immo eſt magis voluntarius.

Blanditiæ non faciunt, vt actus per eas factus reſcindi poſſit, metus autẽ facit. & teſtamentum blanditijs procuratũ valet, & metu factum non valet.

Actus factus per ignorantiam regulariter eſt actus humanus: ſed non eſt humanus, quando tria concurrunt: primo, ignorãtia rei, quã ſcire nõ tenetur: ſecũdo, vt nõ ſit affectata ignorantia, & procurata: tertio, ſit talis ignorantia, ſine qua non fieret actus. 8

## PRÆLVDIVM VII.

### *De actu humano bono, qui eſt meritum; & malo, qui eſt peccatum.*

Actus moralis, ſeu humanus, vel eſt bonus, qui nulla lege prohibetur, nec ob circunſtantiam aliquam: vel malus, qui prohibetur. 1

Meritum eſt duplex, de condigno, & de congruo. de condigno eſt, quãdo meretur gratiæ augmentum, & gloriam: & vocatur meritum ſimpliciter, & eſt actus humanus bonus factus in gratia gratũ faciente, quę gratia gratum faciens eſt donum Dei ſupranaturale infuſum creaturę rationali, quo eſt accepta Deo ad vitam æternã. Meritũ de cõgruo, ſeu ſecundum quid, eſt actus humanus bonus factus ab 2 3

aliquo extra gratiã Dei, cui de congruita te quadã & ſecundũ quid debetur aliqua merces ſpiritualis, vel temporalis.

5 Peccatum mortale eſt dictum, factum, aut concupitum contra legem æternam Dei. lex æterna eſt ſumma ratio Dei, quæ ab æterno cuncta ordinauit, & nũc guber nat, & includit legem naturalem.

6 Dictum, factũ, concupitum ſtant pro actionibus, & pro omiſſionib⁹: qa negatio, & affirmatio referuntur ad idem genus.

11 Veniale, eſt peccatũ; quia eſt actus inordinatus, & vitioſus: ſed analogice ſecũdũ prius, & poſterius: qa nõ eſt cõtra, ſed præter legem æternã. qua ratione pecca tum prius dicitur de mortali, & poſterius de veniali.

12 Hæc maxima: Non omne peccatũ ideo eſt malum, quia prohibitum; intelligitur de prohitione humana, & nõ ęterna, per quam omne peccatum prohibetur.

14 Peccatum, quod eſt actus, & non habitus, conſtat ex materia, quę eſt act⁹, ideſt dictum, factũ, concupitum; & ex forma, q́ eſt priuatio, deformitas, ſeu tortuoſitas, ideſt cõtra legẽ Dei, vt eſt actus, ideſt ma terialiter, eſt quoddã bonum naturale: vt eſt priuatio boni, ideſt formaliter, dicitur malũ, & nihil. Quare nõ debet dici, pecca tũ eſt à Deo: niſi addatur inquantum eſt actus, & quo ad entitatem.

15 Et, quia peccatum materialiter eſt ens naturale, & bonum; formaliter eſt ens mo

rale,

rale, & dicitur nihil, & malum: ideo eius actus naturalis poteſt eſſe vnus & idē numero; ſed moraliter nunc erit bonus, paulo poſt erit malus. vt deambulatio ꝑ Deo, deinde pro vanagloria.

Quare vnus actus in genere entis pōt eſſe duplex, & contrarius in genere moris: ſed non poteſt eſſe ſimul in eodē tempore bonus & malus. 16 17

Actus interior & exterior ſunt duo in genere entis; ſed ſunt vnus in genere moris. verbi gratia, velle furari, & furari eſt vnum peccatum: ſed pęnitens debet confiteri vtrumque actum, vel ſaltem actum exteriorem, quia implicite dicit interiorem: & non ſufficit dicere tantum interiorem. 19

Reatus eſt obligatio nata ex peccato ad pœnam ſubeundam, & ſic differt à peccato; immo eſt quoddam mediū inter peccatum, & pœnam; & aliquando ſumitur pro peccato, aliquando pro pęna. 21

Reatus eſt duplex: primus, eſt obligatio ad pœnam æternam; ſecundus ad pœnam temporalem: quia peccatum eſt duplex, mortale, & veniale. 22

Reatus iterū eſt triplex: quia peccatū ad triplicē pęnā obligat: primo, vt offendit ordinē pęnā ꝓprię rationis, obligat ad pęnam remorſus conſcientiæ: ſecūdo, vt offendit ordinē Dei, obligat ad pęnā temporaneā, vel æternā infligendam à Deo: 23

 tertio,

tertio, vt offendit ordinē legis hominum, obligat ad pœnam illius legis.

24 Datur actus indifferens, ideſt neque bonus, neq; malus in genere, vel ſpecie, ſeu ex obiecto ſuo; ſed non datur in indiuiduo: tunc enim aut eſt bonus, aut malus: quia ſaltē deerit ordinatio ad bonū finē; & ſic eſt otioſus, & contra legē Dei. quare omnis actus deliberatus, qui non eſt bonus, eſt peccatum.

## *PRÆLVDIVM VIII.*
### *De peccato originali.*

1 PEccatum eſt duplex. Originale, & actuale. Peccatū originale eſt primum peccatū primi parentis, quatenus fuit naturę transfuſum per virtutem ſeminalē in omnes immediatè vel mediatè ab eo genitos, quo ſibi, & illis perdidit iuſtitiam originalē in hoc ſęculo, & beatitudinem æternam in altero.

6 Quare peccatum originale nō eſt reatus: & omnes naſcuntur cum vero peccato. Non eſt actus perſonalis, nō potentia, non habitus, niſi metaphorice; non eſt cōcupiſcentia proprie, non fomes; licèt fomes vocetur peccatum.

8 Sed proprie eſt peccatum, ſeu deformitas & defectus rectitudinis, qua caruit primus actus malus primi parentis, quaten⁹ fuit totius naturæ.

In vnoquoque hoīe eſt peccatū originale;

nale; quod ineſt vnicuiq; propriũ. & oẽs homines contrahunt peccatũ hoc: in quo moriẽtes damnãtur ſaltẽ pœna damni. Excipitur Ieſus Chriſtus, qui nõ fuit conceptus per virtutẽ ſeminalem: & B. Virgo eius Mater, quæ fuit p̃ſeruata priuilegio particulari: quãuis pleriq; grauiſſimi, & ſanctiſſimi viri contra ſentiant. vnde neutra opinio eſt damnanda, iuxta iuſſa Papæ Sixti in extrauagãti, De rel. & vene. Sãct. c. 2. renouata nuper in Conc. Triden. 9

## *PRÆLVDIVM IX.*

### *De peccato actuali, & ſpeciebus eius.*

1 PEccata actualia, differũt ab originali: & inter ſe non ſunt æqualia, ideo in cõfeſſione nõ ſufficit dicere peccata in genere: ſed ſunt aperienda in ſpecie, & numero. Ideo ſunt conſiderandæ diuiſiones peccatorum.

2 Prima diuiſio eſt Anſelmi, in peccatum cordis, oris, & operis. & eſt diuiſio nõ generis in ſpecies, ſed in gradus.

3 Secunda diuiſio Auguſtini, in peccatum cordis, facti, & conſuetudinis: quæ ſunt membra graduum eiuſdem peccati.

4 Tertia Gregorij, in ſeptem peccata capitalia. ſup. Au. Lu. Ir. Gu. in Ac.

5 Quarta diuiſio Iſidori, in peccatum in Deum, in proximum, & in ſeipſum.

6 Quinta diuiſio S. Thomæ, in peccatum

per exceſſum, & peccatũ per defectum.
7 Sexta diuiſio, in peccatum mortale, & veniale, de quo, Præludio. 7. nu. 11.
8 Peccatũ mortale, eſt peccatum contra præceptum diuinum, vel humanum, promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pęna munitum: vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale ſit dubitatũ; quod ignorantia, ſubreptio, paruitas rei, vel diſpenſatio iuſta, vel cauſa iuſta quo ad legẽ humanam ab ea non excuſat; & interdum contra diuinũ cõſiliũ contẽptũ vel contra ſalutẽ animę proximi ſpretã, vel ob finẽ malũ, vel in quo finis vltimus ponitur. Pręcepta, quę poſſunt obligare ad mortale, ſunt tria. Naturalia, Diuina, poſitiua, vel Humana promulgata, recepta, & non derogata, in totum, vel in partem, dummodo prædictis iungatur pœna æterna, vel verba præcipientia: aliter nõ obligant ad mortale; vt de non otioſe mẽtiendo: vel ſi horũ auctor non habuit animum obligãdi ad mortale; vt S. Dominicus in ſuis conſtitutionibus.
9 Facere cõtra conſcientiam dictantem, vel dubitãtẽ illud eſſe peccatũ mortale, eſt peccatũ mortale; licet re vera in ſe nõ eſſet mortale. Nota, facere cõtra conſciẽtiã dictãtẽ illud eſſe peccatũ veniale, vel eſſe peccatũ in cõmuni, eſt peccatũ veniale, & non mortale: debet enim conſciẽtia dictare vel dubitare eſſe peccatũ mortale. nec ſufficit generalis cõſciẽtia, vel du-
bietas

bietas de mortali; ſed debet eſſe ſpecialis, vt ſi dubito in genere, an liceat dieb⁹ feſtis cõſulere; ſed nõ dubito in hoc feſto me poſſe dare tale conſilium; non pecco cõtra conſcientiam: item non ſufficit ſcrupulus in genere, vel in particulari: verbi gratia, Puto licere mihi ludere ludo honeſto; ſed angor ſcrupulo particulari: tum, ſi ludo, non pecco.

Ignorantia excuſat, quãdo reddit actũ 10
inuoluntarium: de quo Prel.6.nu.9. Item excuſat ſubreptio; vt in quadã diſplicentia de bono, nõ plene deliberata, turbatio, vel paruitas iudicij excuſant à mortali: licet communiter non à veniali. Sic etiã paruitas materiæ excuſat.

Iuſta diſpenſatio excuſans à mortali 13
in lege diuina, vel naturali debet eſſe cũ iuſta cauſa: aliter nõ valet ipſo iure; vt in voto, & iuramẽto, &, ſi diſpenſatur ſine iuſta cauſa, diſpenſator peccat: & diſpenſatus ſi bona fide putat ſecum eſſe diſpẽſatum iuſta de cauſa, nõ peccat; donec nouerit cauſam non fuiſſe iuſtam.

Diſpenſatio circa leges humanas eſt iuſta, & valet ipſo iure, licet non fuerit iuſtè facta.

Diſpẽſatio ſine cauſa, & ſine ſubreptio 14
ne, facta à Principibus, qui non cognoſcũt ſuperiores circa ſuas leges, valet ipſo iure: & dicitur iuſta: etiam ſi diſpenſans, & diſpenſatus, ſciãt nõ adeſſe iuſtã cauſam. licet diſpenſans ſine cauſa circa ſuã legẽ,

& diſpēſatus nolens ſe cōformare moribus honeſtis illorū, quibus cum viuit, pec cēt ſolum venialiter; ſi ſcandalum, & dānum notabile tertij non reperiantur.

Abſolutio iniuſta excommunicationis ab habente poteſtatem independentem, eſt valida.

15 Diſpenſatio facta ſine cauſa iuſta ab inferiori habente poteſtatem diſpēſandi circa legem ſuperioris, non valet: quia diſpēſatio eſt relaxatio legis, cauſa cognita. & diſpēſatio facta ſine iuſta cauſa à Legato Papæ auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa, non valet.

Inferior circa legē ſuperioris non cenſetur diſpenſare: niſi id exprimat: etiam ſi iubeat, aut permittat fieri aliquid, quod ſine diſpēſatione iuſtè fieri nō poſſet. &, ſi exprimat ſe diſpenſare iuſta cauſa, & cauſa non eſt cognita, vel non probatur, nō creditur ei: &, ſi cauſa eſt probata, & in cōſciētia ſciretur eſſe falſa, diſpēſatio nō valet: ſed diſpenſatus bona fide credens auctoritati ſuperioris excuſatur.

Diſpenſatio facta ab inferiori circa ſuā, vel prædeceſſoris ſui, vel inferioris legē, valet in vtroque foro, ēt facta ad libitū. immo, quoties ſciēs iubet, vel cōcedit fieri aliquid cōtra ſuā legē, iā diſpenſat: licet nulla facta ſit mentio diſpenſationis.

16 Cauſa iuſta, ſeu rationabilis ſemp excuſat à peccato mortali trāſgreſſorē legis humanæ. Iuſta cauſa putatur, pro qua legislator,

gislator,ſi adeſſet, haberet trāſgreſſorem pro excuſato . immo cauſa bona fide putata iuſta,licèt omnino non ſit iuſta, excuſat à mortali,ſed non à veniali.

Non ſeruare conſilia Chriſti ex contem- 18
ptu, eſt peccatum mortale. Similiter facere aliquid cum contemptu ſalutis proximi,licèt in ſe non ſit illicitum,eſt peccatum mortale.vt quæ ornat ſe,ſciens aliquē certum peccaturum mortaliter.

Quilibet actus factus ob finem morta- 19
lem,eſt peccatum mortale.

Peccatum veniale eſt peccatum actuale,quod non eſt mortale.

Peccatum aliquando eſt ſimplex, quan 20
do vna ſola deformitate eſt peccatum ; vt furari: aliquando multiplex, quando multiplici deformitate eſt peccatum; vt furari ad fornicandum. Quare non ſatis eſt in confeſſione confiteri peccatum; ſed oportet confiteri finem , & circumſtantias , ſi ſint mortalia: quia multiplicant peccatū, vt furtum,in loco ſacro,ad emendum gladium,vt hominem interficiat.

## *PRÆLVDIVM X.*
### *De pœnitentia, & eius partibus.*

PÆnitere eſt nolle feciſſe quod fecit, & 1
hęc vel ſine dolore,vt eſt in beatis: vel cum dolore, vt in viatoribus.

a Pœnitentia accipitur primo pro actu, ſeu habitu inclinante ad actum bene dolẽdi: & ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem, ab Adamo. ſecundò pro ſacramento; & incepit hæc poſt paſſionem Chriſti: Quod ſacramentum conſtat ex forma, vt ex
parte principali, Ego te abſoluo;
& ex materia, quæ eſt con-
tritio, confeſſio, ſatisfa
ctio: à quibus par
tibus, quia in
his iuſti
fica
tio peccatoris conſi-
ſtit, incipi-
mus.

*Finis Præludiorum.*

# COMPENDIVM MANVALIS NAVARRI.

*De Contritione. Cap. I.*

CONTRITIO eſt pęnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccat proprij iam commiſſi, quatenus eſt offenſa Dei, ſuper omnia dilecti, cum ſpe venię, & propoſito non peccandi amplius, ſaltem mortaliter, & confitendi, & ſatisfaciendi, ſaltem virtuali. 1

Non eſt opus, vt pœnitens credat ſe non 9
amplius mortaliter peccaturum.

Nec eſt opus, vt malit pati hanc, vel il- 17
lam pœnam ſpeciatim, v.g. mortem ſuam, vel filiorum; quam peccare, vel peccaſſe mortaliter: nec imprudenter ad id eſt inducendus. ſatis eſt generatim, vt malit pati quamcunque pœnam in communi, quàm peccare.

Pœnitens, quem non poteſt pœnitere, 18
doleat; atque eum pœniteat, ſe non poſſe pœnitere: & ſic confiteatur.

Satis eſt, vt pœniteat pœnitentem, ſal- 22
tem virtualiter de omnibus peccatis mortalibus in genere, quæ recordatur, & non

23 recordatur: & hoc vel in principio, vel in medio examinis, vel quouis alio tempore: non tamen eſt neceſſe de venialibus: de dubijs vero, vt de mortalibus.

24 Per ſolam contritionem condonantur

25 peccata ante confeſſionem: ſed non ſine pœnitentia: quæ ſemper fuit neceſſaria; & quæ non poteſt eſſe ſine gratia Dei.

27 Peccator non tenetur ſub peccato mortali pœnitere de peccato omni tempore; ſed tempore neceſſitatis: vt quando miniſtrat ſacramenta; vel eſt in articulo mortis, vel inſtante grandi neceſſitate populi, cui abſque feruore orationis non poſſet prouideri.

28 Peccata delectabilia, vt carnis, honoris, &c. poſt cōfeſſionem, non ſunt amplius recogitanda: ne delectemur.

30 Peccator poteſt habere cōtritionem de peccato, quod nec ſpeciatim, nec generatim recordatur: quia amor Dei eſt contritio virtualis.

35 Qui dolet de peccato, vt eſt offenſa Dei, cum propoſito non peccandi, vel credens ſine craſſa ignorantia dolorem ſuum ad id eſſe ſufficientem, cum confitetur, recipit gratiam.

37 Adulti baptizandi, prius ſunt adducendi ad dolorem mortalium in communi, id eſt, vt doleant propter Deum, vt gratiam recipiant.

38 Attritus, virtute ſacramenti fit contritus.

Ad confitendum eſt neceſſaria attritio, quam pœnitens putat expreſſe, vel implicite ſufficere ad obtinēdam abſolutionem peccatorum: licèt illa non ſit vera contritio, nec putetur à pœnitente etiam contritio talis, quòd ſola ſine abſolutione ſufficeret ad remiſſionem peccatorum: *Quamuis teneat in reſponſione ad ſeptimū, quòd dolor propter ſolam pœnam inferni non ſufficiat.*

Qui ante iuſtam contritionem, vel pro tali habitam adminiſtrat, vel recipit ſacramentum, peccat mortaliter.

## *De Confeſſione. Cap. I I.*

1 Confeſſio eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur.

Conditiones confeſſionis ſunt ſexdecim.

*Sit ſimplex, humilis, confeßio pura, fidelis,*
*Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,*
*Integra, ſecreta, et lacrymabilis, accelerata,*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.*

Sed non omnes hæ conditiones ſunt neceſſariæ: ſed aliquæ. vt *Integra*, vt poſt diligēs examen omnia peccata mortalia ſecundum ſpeciem, & nūmerum dicantur.

Nemo tenetur coram alijs audientibus ſua peccata confiteri: tamen, ſi publice cō fiteatur,

fiteatur, quod regulariter fieri non debet, confeſſio tenet.

9 Cóſeſſio iuxta canones neceſſario eſt facienda. Primò, ſemel in anno. Secundò, quando eſt communicandum, vel celebrandum, ſi adeſt copia confeſſarij: ſin minus, in neceſſitate celebret; & poſtea quamprimum confiteatur. Tertiò, in probabili mortis periculo, in quo homines communiter moriuntur: quale eſt probabile naufragiũ, imminens prælium, acuta, & grauis febris. Quartò, quando eſt probabile, quod per totum annum non habebit opportunitatem confitendi.

## *De Satisfactione. Cap. I I I.*

1 SAtiſfactio large ſumpta comprehendit reſtitutionem: ſtricte, vt hic ſumitur, eſt compenſatio facta Deo propter peccatũ.
4 & poteſt fieri per bona opera, etiam aliàs debita. Immo per tribulationes à Deo immiſſas, ad hoc illas ferendo.
30 Pœnitens vt abſoluatur, non debet ſtatuere, ſe nũquam vſurum occaſionibus remotis peccandi mortaliter: ſed debet ab-
13 ſtinere à propinquis. Propinqua vero occaſio non eſt, ſi confeſſarius, vel pœnitens putant, quod ob eam nonnunquam peccabit mortaliter in ſuis officijs: nec ſi id cre-
14 dunt, eſt neganda abſolutio: ſed eſt illa occaſio peculiaris, qua credunt nunquam, vel raro vſurum ſine peccato mortali. & 

*ibi*

*ibi declaratur*. Confeſſor non debet abſol-uere illum, niſi relinquat occaſionem, in qua ſimiles homines quaſi ſemper peccãt mortaliter: niſi hæ quatuor circumſtantiæ, vel conditiones excuſarent.

Prima, vera pœnitudo preteritorum. 15
Secunda, propoſitum non faciendi ea peccata. Tertia, propoſitum, quando eſſet in ea occaſione, cauendi à peccato Deo adiuuante. Quarta, quòd ſubſit aliqua notabilis cauſa non ſe abſtinendi ab ea.

Adoleſcentes conuerſantes cum mulie- 17
ribus, in his, quæ victui, vel vſui ſunt neceſſaria, & hac occaſione ſæpe peccarunt, poſſunt abſolui; licet non ſeparentur: ſecus 18
de ijs, qui redeunt ad officia, quę ſine pec cato mortali exerceri non poſſunt. Concu 19
binarij, qui ſciuntur, non poſſunt abſolui; ob ſcandalum: licèt proponant, &c. Immo regulariter etiam occultiſſimi non poſſunt abſolui: nec concubina, quæ inſeruit concubino iamiam morituro. Hoſpita poteſt 20
abſolui, ſi promittit, ſe non recepturum illum hoſpitem, cum quo ſæpe peccat: immo ſi recipiat cum conditionibus ſupradictis.

Cognata, ancilla, & famula, quæ rem ha 21
buerunt cum conſanguineis, dominis, & heris, poſſunt abſolui ſine ſeparatione plu ribus vicibus, concurrentibus prædictis cõditionibus. *Licet non abſolueret, niſi quadam adhibita diligentia*. Idem dicendum 22
de iuuene, qui in alia domo tangit impudice

dice conſanguineam, vel aliam: ſi propo-nat nunquam ſe ſolum cum illa ſola, in ea-dem camera comuerſaturum ſine maxima
23 cauſa. Aliud dicendum eſt de corrumpen-tibus ſe in colloquijs cum fœminis, quas volunt ducere in vxorem, vel alijs. talis enim non eſt abſoluendus, niſi ſtatuat ſe non amplius hoc vel alio modo, etiam lici-to, cum ea conuerſaturum, quo credit ſe quaſi ſemper inducendum; eſſe ad pecca-tum.

24 Coniugati in facie eccleſiæ, quorum ma-trimonium non tenet, dum expectant di-ſpenſationem, poſſunt abſolui, concurren-tibus prędictis quatuor conditionibus.

25 Idem dicendum de comedente calidiſ-ſima, qua occaſione patitur ſtimulos car-nis, & conſenſit peccato mortali. poteſt enim abſolui: cum illis tamen conditioni-bus. Immo quarta conditio non eſt neceſ-ſaria in hoc caſu. At, ſi iſta comedat in ma lum finem, ſine dubio peccat.

26 Qui ob ſermonem, choream, amplexũ iuxta patriæ conſuetudinem, ſæpe per de-lectationem moroſam, vel prauam volun-tatem peccauit, poteſt abſolui; etiam ſine propoſito eam occaſionem vitandi: poſi-tis tamen ſupradictis quatuor conditio-nibus.

Idem dicendum de viro fundente cly-ſteres fœminis; & de fœmina eoſdem fun-dente viris, & de medico, vel chirurgo, qui medendis pulchris fœminis in locis ſe-

cretio-

cretioribus,ſæpe peccarunt.

Idem de confeſſario, qui peccat, dum audit certam perſonam; & de pœnitente, dum confitetur huic confeſſario; nec fieri poteſt mutatio ſine magna nota: concurrentibus prædictis quatuor, poſſunt abſolui.

Idem dicendúm de illo,qüi ſæpe peccauit ex aſpectu mulieris, vel tactu manus.

Peccat, qui proponit non ſatisfacere; vel qui ſine animo ſaltem virtuali ſatisfaciendi, confitetur.

## *De poteſtate,ſcientia,& bonitate Confeſſarij. Cap. IIII.*

CONfeſſarius debet habére poteſtaté, ſcientiam,& bonitatem.Poteſtas con 1
ſiſtit in hoc, quòd ſit presbyter,habens iuriſdictionem actualem ordinariam,vel delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur,excipitur.

De venialibus religioſus abſque faculta 6
te non poteſt licite abſoluere; licet abſolutio valeat.

Scientia confeſſarij, vt ſit ſufficiens, de 8
bet eſſe tanta, vt cognoſcat, quæ peccata ex illis,quæ communiter faciunt ſui pœnitentes, ſunt mortalia, & quæ venialia; & quæ circumſtantiæ neceſſariæ: vbi eſt excommunicatio: quæ peccata reſeruata; quæ habent annexam reſtitutionem; vel ſaltem ſciat dubitare, vt eruditiores conſulat.

ſulat. nec placet diſtinctio illa, An confeſſor ſit regularis, & an ſua ſponte audiat cõfeſſiones.

10 Non quicunque eſt idoneus ad certas perſonas audiendas, & in certo loco; eſt
12 idoneus ad omnes perſonas, & loca. Vnde inſufficiens confeſſor audiens confeſſiones, peccat mortaliter. Similiter, qui eum poſuit, & qui eum tolerat. Sed excu-
13 ſatur ob ſufficientiam pœnitentis, vel puritatem conſcientiæ; vel in articulo mortis, vbi non adeſt alius; vel apud infideles, vbi non eſt copia peritioris confeſſarij.

14 Regularis, iudicans ſe non idoneum ad confeſſionem, ſi audit confeſſiones, etiam ſub præcepto obedientiæ, peccat mortaliter: ſi dubitat, debet obedire Prælato.

15 Bonitas Confeſſarij debet eſſe tanta, vt ſit, vel probabiliter credat ſe eſſe extra ſtatum peccati mortalis.

## *De quibus confeſſarius debet pœnitentem interrogare, & quo modo.* Cap. V.

2 CONfeſſarius ſub pœna peccati mortalis debet interrogare omnia, quæ sũt ad integritatem, & fructuoſitatem confeſſionis. vt, ſi videat pœnitentem ſilere ob ignorantiam, inconſiderationem, vel obliuionem, aut verecundiam: non autem, ſi pœnitens aduertit; & non ob verecundiã tacet. Omittere autem aliquam interroga

tionem ob inaduertentiam, vel inconſide-rationem, non eſt peccatum mortale.

Duę interrogationes ſunt neceſſarię maxime; prima, de numero; ſecunda, de ſpecie peccatorum.

In interrogatione tria ſunt obſeruanda. 3
Primum, vt non omnia interroget, quæ poterat pœnitens feciſſe, ſed tantum illa, quę homines eiuſdem qualitatis ſolent facere. Secundum, vt ſolum interroget conſueta peccata, quæ ferè omnes nouerunt: & non occultiora, niſi leuiter.

Tertium in carnalibus non deſcendat 4
ad peculiares circumſtantias, & minutias: ſatis enim eſt, cognoſcere naturam peccati. De oſculis vero, & amplexibus tantum ſummatim, ſi extra matrimonium: In matrimonio, non; niſi fuerit periculum pollutionis.

## *De Circunſtantijs.* *Cap. V I.*

Circumſtantia eſt accidens rei, quæ 1
peccatum eſt. & eſt ſeptuplex, quis, 2
quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Numerus vero non eſt circumſtantia; ſed multiplicatio peccati.

Illa circumſtantia eſt neceſſario dicenda, 3
quæ eſt peccatũ mortale, vel facit peccatum veniale, mortale; vel mutat ſpeciẽ peccati; vel quod eſt mortale ob vnam cauſam, facit ob aliam; ideſt, quæ vltra malitiam operis, habet ſpecialem repugnan-

tiam cum ratione, ſeu ſpecialibus præceptis: non quæ ſolum cum generalibus.

4 Qui peccat cum fiducia quòd confitebitur; non tenetur dicere circumſtantiam.

5 Secus, qui furatur rem ſacram, vel in loco ſacro: ſic de homicidio, vel fornicatione in loco ſacro, eſt dicenda.

Qui rem habet cum coniugata, vel conſanguinea, vel religioſa, tenetur explicare. immo, ſi coniugatus cum coniugata; non ſatis eſt, dicere ſe coniugatum, ſed illam etiam coniugatam. Si finis in intentione eſt peccatum diſtinctum ab opere; debet explicari. vt qui furatur ad fornicandum.

Qui mentitur iocoſe, ita tamen, quòd, ſi ſciret eſſe mortale peccatum, adhuc mentiretur; debet hoc explicare: quia eſt mortale.

Circumſtantiæ mutantes peccatum, præſertim in infinitum, ſunt aperiendæ: de alijs circumſtantijs debet dicere, quando confeſſarius interrogat; vel quando confeſſor accipit occaſionem mali, ſi taceantur.

6 Confiteri circumſtantias, quæ non mutant ſpeciem, & augent maius, & minus, etſi laudabile ſit; non eſt neceſſe: contra Sotum. niſi ſit reſeruata, vel annexa excõmunicationi, vel cum damno tertij.

7 Satis eſt, confiteri vltimum actum peccati, & non præcedentia, vel conſequentia: vt eſt dicere, Interfeci: & non dicere verba, ſigna, geſtus. ſic, Fornicatus ſum; & non dicere oſcula, & alia turpia. ſic, Fura-

tus ſum; & non cogitationes, voluntates, & apparatus. ſic de alijs delictis, cum Soto in 4.diſt.18.q.2.art.2.& 4.

Peccatum mentale debet dici cum circumſtantijs,vt peccatum reale externum. vt qui deſiderat peccare carnaliter, ſi eſt virgo,debet dicere; ſum virgo: ſi cum virgine;cum virgine. 8

Circumſtantia diei feſti non eſt neceſſario cōfitenda,nec diei conſecrati ieiunijs, vel orationibus. 10

Circumſtantia loci ſacri non eſt dicenda neceſſario; niſi loci ſanctitati,vel immunitati contrarietur: vt ſanguinis, vel ſeminis effuſio,vel violenta abſtractio, & vſus matrimonij ſine neceſſitate. 11

Optare occidere,vel fornicari in eccleſia,licet ſit extra eccleſiam, eſt circumſtantia neceſſario dicenda: eſt enim ſacrilegium. 12

Circumſtantia propriæ perſonæ dignæ, vel religionis,non eſt neceſſario dicenda: niſi ſit noua obligatio, vt voti. 13

Circumſtantia de peccato contra conſcientiam, tunc eſt dicenda, quando opus effectum non eſt contra aliam legem. 14

Numerus peccatorum non eſt circumſtantia, ſed additio peccati. & ſic nō ſufficit dicere: Sæpe peccaui in hoc genere peccati.

Numerus certus peccatorum eſt dicendus,ſi nouit: ſin minus, numerus probabilis, poſt ſufficiens examen, vel plus, minusve 15

nusve per hebdomadas.

Satis eſt, abſque numero explicare ſuffi cienter ſuum ſtatum. vt, ſi meretrix, Per decennium fui expoſita omnibus; ſi clericus, Per annum non recitaui officium.

16 Peccatum internum, quod ſolo animo conſummatur, vt odium, multiplicatur, quoties voluntas peccandi interciſa renouatur; externum vero, quod exteriori opere conſummatur, cum iteratur opus, vel interrumpitur. vt qui multum meditatur ad homicidium vnum, eſt vnum peccatũ, licet voluntas interrumpatur, & multiplicetur, & cætera opera præter delictum multiplicentur.

17 Omnes actus interiores, licèt interrupti, qui ſunt via quædam ad vnum peccatum parandum, faciunt vnum peccatum; niſi interrumpantur cum contraria deliberatione, vel ſecundum ſe, ſi ſint peccata, vel ad alia peccata ordinati.

Qui adulteratur, nõ tenetur fateri oſcula, verba, & actus antecedentes, & conſequentes ad coitum: ſed tenetur, ſi bis, vel ter coiuit, etiam ſi immediate.

18 Qui longo tempore, multis vijs proſequitur mulierem, & non potitur ea: toties tantum peccat, quoties interrumpit malã voluntatẽ peccandi: & rurſus reiterat eandem malam voluntatem.

Vnico verbo mille peccata poteſt quis confiteri. vt dicendo, Millies blaſphemaui.

Circum-

Circumſtantia ſcandali neceſſariò eſt di- 19
cenda, quando eſt ſcandalum formale, id
eſt dictum, vel factum animo prouocandi
alium ad mortale peccatum. & tenetur e-
tiam dicere ſpeciem peccati, ad quam ꝓ-
uocabat. Item quando per opus, alioquin
bonum, ſed habens apparentiam mali, da-
tur occaſio peccandi mortaliter. Quando
quis peccat mortifere coram alijs ſine ani
mo prouocandi ad peccatum mortale, nec
adſtantes probabiliter ſumunt occaſionẽ
peccandi; non eſt circumſtantia ſcandali
neceſſario dicenda.

Oblitus confiteri circumſtantiam neceſ- 20
ſariam, non tenetur iterum confiteri pec-
catum: ſed tantum circumſtantiam cum
numero.

Qui peccat mente, & opere, debet ex-
primere opus, quod eſt perfectio peccati,
& non eſt circumſtantia.

Qui commiſit inceſtum, debet confite-
ri circumſtantiam graduum, ideſt, an in pri
mo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto gra
du de quo infra cap. 16. nu. 3.

## *Quod pœnitens debet conſeruare famam proximi in confeſſione, non nominando quemquam.*

### *Cap. VII.*

Reuelare peccata alterius ea ignoran- 1
ti, eſt contra legem naturæ: & confi-
teri

teri integrè, eſt lex diuina poſitiua: ergo hæc debet illi cedere.

2 Pœnitens non debet nominare perſonam, cum qua peccauit: & confeſſor debet prohibendo occurrere dicenti: aliter peccat.

3 Quando pœnitens non poteſt dicere circumſtantiam, quin reuelet tertiam perſonam, & infamet; tunc debet circumſtantiam tacere, donec detur ſibi copia confitendi alteri, qui eum non noſcat: vel tranſformari, ita vt non noſcatur.

4 Peccatum, quod in confeſſione detectũ probabiliter damnum corporis, vel animæ, vel famæ affert ſibi, vel confeſſario, nõ eſt dicendum illi, nec peccatum, quod affert ſcandalum confeſſario, vel grandem occaſionem peccandi, eſt dicendum. Non
5 ob id tamen ſequitur poſſe confiteri circumſtantiam illam non habenti poteſtatem.

6 Confeſſarius, qui non poteſt confiteri circumſtantiam peccati, quin reuelet confeſſionem, non debet eam confiteri. ſed, ſi vult communicare, confiteatur cetera peccata, omiſſa illa circumſtantia.

7 Quando proprius confeſſarius talis eſt, vt probabile ſit, confeſſionem de tali circumſtantia profuturam, & nullatenus obfuturam, poteſt, & debet etiam ei confiteri: quia non eſt infamare.

8 Non quilibet timor de bona fama ipſius apud proprium confeſſarium, poteſt

facere mutare confeſſarium ſine licentia.

## *De Sigillo Confeſſionis. Cap. V I I I.*

SIgillum confeſſionis eſt de lege natu- 1
ræ:qua ratione eſt ſigillum ſecreti ; & 
de lege diuina poſitiua , quatenus ibi in- 2
teruenit confeſſio ſacramentalis , ita obli-
gat,vt confeſſarius, directe, vel indirecte, ſiue abſoluat, ſiue non, ſiue cauſa mortis, vel quocunque alio fine, quando confeſſionem detegit, peccat mortaliter .

Sub ſigillo ſunt non tantũ peccata mor 3
talia : ſed etiam venialia, & circumſtantiæ neceſſariò, vel voluntariè confeſſæ: & qđcumque aliud , per quod detectum directe, vel indirecte pœnitens cognoſcitur habuiſſe aliquod peccatum mortale , etiam in communi, vel veniale in particulari, licèt leuiſſimum ſit , & grauius peccat, qui hoc frangit, quam frangens ſigillum naturale purum .

Sub hoc ſigillo tenentur confeſſarius, & 4
omnes , qui confeſſionem ſacramentalem audierunt, & intellexerunt, licite, vel illicite, mediate , vel immediate, clerici, vel laici, viri, vel fœminæ .

Sacerdos non tenetur confiteri pecca- 6
tum cum fractione ſigilli, neque qui fuit 7
interpres in confeſſione , neque qui caſu , vel dolo alicuius confeſſionem audiuit, neque is, cui cauſa petendi conſilium, vel detrahēdi, fuit reuelatum peccatum audi-

tum in confeſſione ſacramentali. Quocunque modo ſigillum durat etiam poſt mortem.

8 Parochus, dicens publice, Non poſſum te abſoluere, quia habes caſum reſeruatũ, frangit ſigillum.

9 Confeſſarius, dicens, Ille eſt mihi confeſſus multa, & valde grauia peccata: vel qu, auditis duobus, vel tribus, de vno ait, Hic nullum peccatum mortale eſt confeſſus. Item qui ſurgit à pœnitente, & conſulit virum doctum præſentem, & reuertitur ad abſoluendum. Item ſi confitendo, accuſat ſe aliquem à peccato mortali abſoluiſſe, qui facile poſſit cognoſci, frangit ſigillum.

10 Grauiter errant, qui ridendo confeſſiones auditas referunt: etiam non nominando perſonas. & qui dicit, Ille eſt confeſſus admodum bene: & qui, Illius confeſſio mihi placuit.

Confeſſarius non debet iniungere pœnitentias publicas, ob peccatum publicum ſcandaloſum ſibi confeſſum: niſi perſuadeat pœnitenti, vt dicat à ſe illam pęnitentiam facere, vt tollat ſcandalum.

Confeſſarius dicens aliquem publicum concubinarium ſibi confeſſum peccata illa publica, frangit ſigillum: licèt peccatum non nominet.

Confeſſor dicens, Ille eſt mihi confeſſus, & ego eum non abſolui, frangit ſigillum: contra Caietanum.

Paro-

11 Parochus poſt auditam confeſſionem publici vſurarij,afferens Euchariſtiam, ſi dicat,Publico peccatori,vt apparet , non eſt dãda publice Euchariſtia, nõ frãgit ſigillum:ſecus ſi dicat , Non potui,vel non poſſum abſoluere : quia video publicam vſuram.Item nec frãgit,dicẽs,Audiui Petrum,& abſolui: niſi quis clam eſſet cõfeſſus : & audiẽs,ex hac cognita cõfeſſione aliquid mali ſuſpicaretur ex eo.quod alteri,quàm ipſe putabat, fuerit confeſſus.

12 Nõ frãgit dicẽs,Hic pęnitẽs ſuis minutiſſimis peccatis caput mihi obtundit . Item nec frangit,qui ſine expreſſione cauſę denegat ſuffragium , in electione Prælati, alicui,propter peccata audita in cõfeſſione . Item, qui dicit, Hoc peccatum audiui in confeſſione:ita tamen circũſpectè , vt perſona non poſſit cognoſci , non frangit ſigillum. ſed hæc verba non ſunt dicenda , niſi cum magna vtilitate proximi .

13 Multorum puerorum habẽtium vſum rationis,vna ſimul cõfeſſio ſine neceſſitate, ſacrilega eſt .

14 Cõfeſſarius,interrogatus,an abſoluerit illum,ſi reſpondeat,nõ, frangit ſigillum: debet enim dicere , Sum functus officio meo .

Confeſſarius ita debet petere cõſilium de peccato audito:vt nullo modo cognoſcatur auctor peccati .

15 Confeſſarius deponẽs apud Iudicem

peccatum, quod aliàs ſciebat, ſed mox audiuit in confeſſione; nõ frangit ſigillũ: niſi ex auditis in confeſſione certitudinem, vel aliquid aliud addat: tunc enim frangeret.

Qui de licẽtia pœnitentis libere, & iuſta de cauſa conceſſa, dicit peccatum; nõ frangit.

16 Confeſſarij non debent dicere, In tali loco ſunt grauia peccata, licèt nõ frãgãt ſigillum.

17 Prudens confeſſor nõ debet iniungere tales graues pœnitentias, ex quibus alij ſuſpicentur commiſſa grauia peccata.

Qui audiuit complicem peccati in cõfeſſione vnius; poteſt petere ab illo complice cõfitente, an fecerit tale peccatum: dummodo hinc nõ ſuſpicetur complicem fuiſſe confeſſum.

18 Qui reuelat ſecretum dictum ſub ſigillo confeſſionis, nõ tamẽ in confeſſione ſacramentali; non frangit ſigillum.

19 Confeſſor, inquiſitus, & adſtrictus ab aliquo, an eius vxor ſit cõfeſſa adulteriũ, poteſt iurare, ꝙ non: intelligendo eo modo, quo dicere obligetur.

## *In quibus caſibus confeſſio ſit Iteranda. Cap. IX.*

1 PEccatum rectè confeſſum ſemel, non eſt iterum neceſſariò confitẽdum. nec ad id poteſt pęnitens obligari; niſi de proprio

prio cõſenſu. Sententia, ideſt, abſolutio quæcunque, ſi nihil ex ſubſtantialibus deſit, valet. 2

Confeſſio eſt neceſſariò reiteranda ob tria. Primo, ob defectum eſſent idem ex parte pœnitentis. Secundo, confeſſarij. Tertio, confeſſionis. 3

*Ex parte pœnitentis.* ] Abſolutio data excommunicato maiori vel minori excõmunicatione, communiter valet: dummodo bona fide confiteatur peccata ſua nec tenetur reiterare confeſſionem: ſed debet impetrare abſolutionem ab excommunicatione. 4

Excommunicatus excommunicatione iniuſta, vel excommunicatione valida, ſed iniuſta, in conſcientia poteſt abſolui.

Excommunicatus ſciens eſſe peccatũ mortale petere, vel recipere abſolutionẽ excommunicationis, ſi cõfitetur, tenetur reiterare confeſſionem. quia illa non fuit integra, vel fuit cum defectu contritionis. 5

*Ex parte Sacerdotis.* ] Confeſſio facta ſacerdoti non habenti iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, eſt nulla, & reiteranda. 6

Confeſſio facta non proprio, ſed ſub ſpe ratificationis futuræ à proprio; non eſt valida: ſed ſub ſpe ratificationis præſentis, eſt valida: eſt enim tacita licẽtia. 7

Abſolutio ab omnibus peccatis, etiam reſeruatis ſuperiori, valet tantum pro

non reſeruatis: & pœnitens, cum hoc ei cõ ſtiterit, non tenetur reiterare, niſi peccata reſeruata illi confeſſario.

8 Confeſſio facta publice denunciato, & declarato excommunicato, ſuſpẽſo, & interdicto, eſt nulla. Item, ſi publico percuſſori clerici; ita, vt celari non poſſit. Item, ſi notorie ſuſpenſo, interdicto, excommunicato.

9 Confeſſio facta per ignorantiam excõmunicato, ſuſpenſo, & interdicto, qui non eſt notorie talis, vel non eſt publice denunciatus, vt talis valet.

10 Confeſſio facta excommunicato non notorio, vel non denunciato, ſed pœnitenti cognito pro tali; ſi illum induxit ſine neceſſitate, & debito ad audiendam confeſſionem; etiam ſi in ſe bona eſſet; tamen, q̃a non eſt integra, nõ valet: inducendo enim ſine neceſſitate non paratum, peccat mortaliter.

11 Confeſſio facta Priori, Parocho, vel Abbati, nullum titulum bonum, vel malum habenti, eſt nulla; ſed, ſi bona fide confitetur habenti titulum non bonum, vel quia ceſſauit, ſed neſcitur; non eſt irrita confeſſio; durante bona fide: quæ ſi ceſſat, eſt iteranda.

12 Quando ſacerdos neſciuit, vel noluit vti forma ſubſtantiali abſoluendi; eſt nulla. &, quãdo cognoſcitur omnimoda ignorantia ſacerdotis, confeſſio eſt iteranda.

13 Confeſſio pœnitentis ſine propoſito vitandi

tandi peccata mortalia, eſt nulla. At confeſſio, ĩ qua q̃s dolet de præteritis, & vult vitare futura; qui tamen dolor non eſt cõtritio; vel attritio, quæ adiuncto ſacramento fit contritio; non eſt iteranda; etiam ſi ſit informis.

*Ex parte confeſſionis.*] Confeſſio non integra, eſt reiteranda: ideſt, quia ſciens omiſit mortale, vel quod probabiliter dubitabat eſſe mortale, vel circumſtantiam neceſſariam pudore, vel hypocriſi, vel alia iniuſta cauſa; vel data opera eſt confeſſus non intelligenti, vel verbis obſcuris, vel dormitanti; vel ſi partem peccatorum dixit vni, partem alteri. Omnia peccata sũt dicenda ſacerdoti; licèt ille non habeat poteſtatem abſoluendi ab omnibus; ſed recurrendum ſit ad ſuperiorem. 14

Tacens peccatum mortale in confeſſione ob iuſtam cauſam; vt non ſcandalizetur confeſſor, vel ne aperiat peccatum auditum in confeſſione; non debet reiterare. 15

Qui tacet peccatum, neſciens illud eſſe mortale, non tenetur reiterare. Et ſic pueri, vel puellæ, qui tacuerunt peccatum, neſcientes illud eſſe mortale, cum grandiores reſciuerint, non tenentur reiterare cõfeſſionem: ſatis eſt illud confiteri.

Qui defectu diligentiæ iudicio prudentis æſtimatoris humani neceſſariç, reliquit peccatum mortale; tenetur reiterare. 16

Voluntas, qua pœnitens cupit interro-

gari à confeſſario, & reſpondere, ſupplet magnam partem diligentiæ.

Confeſſarius cognoſcens notabilẽ defectum diligentiæ, debet pœnitentem dimittere: niſi adſit periculum mortis, belli, vel ſcandali.

17 Qui non ſatisfecit quocumque modo pœnitentiæ iniunctæ; non debet reiterare confeſſionem: niſi ante abſolutionem eam contemnat; vel non adhibeat curam, vt recordetur, ad ſatisfactionem. tunc enim de nouo peccaret, nec integre confiteretur.

18 Confeſſio credentis ſe caſurum in poſterum eſt valida. ſed ſi crederet Deum non poſſe auxiliari, eſſet infidelitas.

19 In reiteratione confeſſionis, ſi ſit eidẽ, qui recordatur peccata; vel pœnitentiam, vel ſtatum pœnitentis; ſatis eſt dicere, quæ reliquit; & accuſare ſe de omnibus: ſi aliter, vel cum alio, eſt tota reiteranda.

## *Quo pacto Confeſſarius erga pœnitentem ſe gerat. Cap. X.*

1 DEbet eſſe ex D. Thom. in quarta diſtinct. 7.

*Confeſſor dulcis, affabilis, atque ſuauis;*
*Prudens, diſcretus, mitis, pius, atque benignus.*

Pœnitentem primo componat in corpore. Secundò, interroget de ſtatu, ſi neſciat.

2 Tertiò, ſi eſt impedimentum ad abſolutionem

nem ne auditis peccatis conqueratur pœnitens. *quod tamen non placet Nauarro.* Nec eſt petendum; an ſit excommunicatus; quia poteſt communicare cum excommunicato pro ſalute animæ eius: vt fit in confeſſione. ſatis eſt, in fine prius abſoluere ab excommunicatione, quam à peccatis.

Quartò, attendat, ſi ſint repetendæ confeſſiones: ſi bene ſe examinauerit. Quintò, inducat ad dolorem, ſi non habet. Nota, dolere, quòd non doleat quantum debet, & velle habere illum dolorem, ſatis eſt ad confeſſionem. Nota, ſi non vult abſtinere à peccato, vel relinquere occaſionem peccati; non eſt abſoluendus: nec ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. contra Silueſt. 3 4

Confeſſarius, licèt turpiſſima peccata audiat, nullum det ſignum admirationis; ac ſi nihil audiret: ſed in fine grauitatem peccatorum demonſtret. 6

Confeſſor non patiatur pœnitentem nominare aliquam perſonam: etiam propter explicandam aliquam circumſtantiam neceſſariam.

Pœnitens nolens peccata aperire, niſi interrogetur, peccat: & debet de hoc peccato admoneri.

Curet, vt omnia dicat, certa pro certis, incerta pro incertis: ſi dubitet, an id fecerit, vel an ſit mortale; doleat, vt de mortali. Et, ſi ſcit ſe peccaſſe mortaliter, ſed neſcit ſpeciem, dicat quod ſcit; ideſt, ſe 7

peccaſſe mortaliter.

8 Poſtquam finiuit pœnitens; debet ſacerdos interrogare, quæ neceſſaria videtur: vt de præceptis. Circa hoc raro mortaliter peccat confeſſarius: niſi principaliter acceptet officium audiendi confeſſiones ob lucrum, fauorem, curioſitatem, vel carnalem voluptatem.

---

# DE PRÆCEPTIS DECALOGI.

## PRÆCEPTVM I.

### *De colendo, ſeu honorando, & amando Deum, ſeu credendo in Deum. Cap. XI.*

4 PEccatum contra præcepta regulariter eſt mortale: niſi excuſet aliqua trium cauſarum. Prima eſt, defectus deliberationis: vt contingit in accidia. Secunda, paruitas materiæ: vt contingit in furto. Tertia, defectus iudicij: vt in ſemidormientibus, vel ſemiebrijs.

Peccatum contra plura præcepta, quorum vnum ſpeciale eſt ſub altero generali, eſt vnum: ſed, ſi ſunt duæ ſpecies; vt plura confitendum, vt qui non ieiunat in die quando eſt vigilia, & quatuor tempora.

11 Propoſitũ tranſgrediendi aliquod præ-

ceptum

ceptum, eſt peccatum mortale. Immo, conſenſus ſe delectandi illa trāſgreſſione, licèt nolit peccatum facere, eſt peccatum mortale. Immo, conſenſus interpretatiuus, & tacitus, eſt peccatū mortale: ſed, vt ſit interpretatiuus, requiritur, vt integre aduertat ſe delectari de re mortali, & non conetur obſtare delectationi, & abſque rationabili cauſa omittat eam à ſe repellere.

Qui non eſt certus, an ſufficienter reſtiterit, præſertim delectationibus carnalibus; expedit ei, hoc ipſum in confeſſione explicare. 14

Peccat contra præcepta, non ſolū principalis operans; ſed qui concurrit aliquo horum modorum: 15

*Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.*

*Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.*

## *Modi vſitatiores peccandi mortaliter contra præceptum de diligendo Deo.*

QVi deliberate odit Deum, vel nō amat ſuper omnia Deum: & hoc aliquo modo in actu, in quo tenetur, referendo ſe, & ſua in Deum, peccat mortaliter. 18

Nota, poteſt quis ſe, vel vxorem, vel filios intenſius, & feruentius amare, ſi- 19

ne peccato mortali;ſed non fortius, & firmius.

20 Qui diligit Deum eo ſolo, vel præcipue, & propterea, quod aliquid ab eo accipit, vel ſperat. Item, qui non amat Deũ, dum ſacramenta adminiſtrat. Item, qui deliberate vult ſemper viuere in hoc ſæculo propter bona ipſius; peccat mortaliter.

22 Qui non credunt euangelio ſibi ſatis notificato. Item, qui pertinaciter credunt aliquam hæreſim: & ſunt excommunicati in Bulla.

Item, qui de rebus fidei pertinaciter dubitant, peccant mortaliter. non autem, ſi dubietas ſit ſubreptitia, indeliberata, & contra voluntatem. Item deliberate credens infidelem bene mortaliter viuentem, poſſe ſaluari in ſuo ſtatu, peccat mortaliter.

Qui pollet diſcretione, & negligit ſcire explicite, & in particulari illos articulos fidei, quos Eccleſia ſollemnizat; vt Deum vnum, & trinum, Patrem, Filium, Spiritũſanctum; filium Dei, qui eſt vnus Deus cũ patre, incarnatum eſſe, mortuum pro nobis, &c. peccat mortaliter, licèt implicite, & in communi credat quidquid credit Eccleſia. De alijs vero articulis non ſolemnizatis, ſat eſt implicite credere quidquid Eccleſia proponit. Verum, qui non mandat memoriæ ſymbolum in aliqua lingua, ſaltem peccat venialiter.

23 Qui ſe, vel alium circumcidit, vel vtitur

carimonia, quæ ſignificet aliquid contra fidem, licèt id non credat, peccat mortaliter.

26 Qui dæmonem, aut aliquam creaturam tanquam Deum adorat, etiam ſolo actu exteriori, peccat mortaliter. Item qui habet, vel vtitur dæmone familiari, à quo diſtantia, vel ſecreta noſcit, peccat mortaliter.

27 Qui ob metum, vel ob aliquam cauſam dicit exterius, vel operatur aliquid contra fidem; licèt in corde oppoſitum teneat; peccat mortaliter. Sed non eſt hæreticus.

Similiter, qui vtitur habitu, vel charactere in loco, vbi talis eſt ſignum infidelitatis, peccat mortaliter

Laicus diſputans de fide, ſciens eſſe prohibitum laicis ſub pœna excommunicationis, peccat mortaliter.

Qui falſas reliquias, vt veras adorandas proponit; & qui offert votiuas imagines ob miracula falſa, lucri gratia; ideſt, vt excitet populum ad offerendum: peccat mortaliter.

28 Qui dæmonem in auxilium, vel conſilium, corde, vel verbo inuocat, peccat mortaliter. Qui dæmonem per modum obſecrationis adiurat, vt aliquid diſcat; peccat mortaliter. Verum licet eos adiurare per modum coactionis, exorciſmis eccleſiaſticis. ſic etiam licet in ſubreptitijs eos interrogare, ſine prece, & pacto ſocietatis,

ad

ad vtilitatem aliquorum. ſed alloqui eos in ſubreptitijs ob vanitatem, & curioſitatem, eſt tantum peccatum veniale.

29 Qui aliquam magicam artem diſcit, vel ea vtitur; peccat mortaliter, quia non eſt ſciētia; ſed ſuperſtitio. & qui habet libros, non eſt abſoluendus, niſi prius combuſſerit.

Qui illicitis modis theſauros inueſtigat, vel conſulit maleficos. Item qui ſoluit maleficio, vel incantatione; vel precatur aliū etiam paratum, vt ſoluat; peccat mortali-
30 ter. Item, qui vult interrogare diuinatores circa aliquod furtum; vel id ſortibus tentat cognoſcere, chartis, aleis, &c. peccat mortaliter. Item, vtens incantationibus, vel verbis ſcripturæ, vel vana obſeruatione ad ſeruanda, vel inuenienda animalia,
31 peccat mortaliter. Item, qui credit effectus per Magum factos, vt, ſanitatem effici ex virtute verborum, vel rerum, quas Magi applicant, peccat mortaliter. Item, qui Zingarum de fortuna ſua interrogat, animo credendi, peccat mortaliter: Si vero animi gratia, & curioſitate, non peccat mortaliter.

32 Qui poculum amatorium dat alicui, vt ab ipſo ametur; peccat mortaliter. Item, qui vtitur rebus ſacris in maleficijs; vel ad malum finem geſtat; peccat mortaliter. Item, qui ad recuperandam ſanitatem alicui applicat quædam, quæ non habent virtutem ſanandi; vt lineis morbos ſecare,

peccat mortaliter, niſi ignorantia excuſet.

Qui adorat imagines Sanctorum propter ſe ipſas tantum, ſine reſpectu eorum, quos repræſentant in cœlo, peccat mortaliter.

Qui fingit, parat, tenet ita laſciuas, & inhoneſtas imagines, vt probabile ſit moturas alios ad turpia; peccat mortaliter. Item qui portat, vel habet imagines opprobrioſas Deo, Sanctis, ſummo Pontifici, perſonis Eccleſiaſticis, vel fidei; peccat mortaliter.

Qui aliquid futurum, vel arcanum credit, quia aliquid ſomniauit, propter expreſſam, aut tacitam dæmonis inuocationem, peccat mortaliter. Similiter, qui ob ſomnium, aliquid facit contra ſalutem animę. 33

Qui conſulunt, fingunt, vel portant certa ſpe quædam nomina ſcripta ad aliquid habendum, vel fugiendum, peccant mortaliter. quia talia nomina nullam vim habent, niſi ſimpliciter portent verba ſcripturæ ob deuotionem. Similiter & qui viuunt ſuperſtitioſe in actionibus ſuis. Poteſt tamen ignorantia, & ſimplicitas excuſare à peccato. 34

Qui aliquos verſus ſcriptos in die Aſcēſionis tali hora geſtat, credens minorem virtutem habituros, ſi alio die, vel hora ſcripti fuiſſent. 35

Similiter herbas collectas in die S. Ioannis, 36

nis, vel alterius ſancti, vel in alio feſto, vel hora, qui credit habere virtutem. Similiter qui geſtat reliquias ſacras modo ſuperſtitioſo: vt ſi in vaſe trigono, vel rotundo, peccat mortaliter: niſi ignorantia, vel ſimplicitas excuſet. Item mulieres vtentes ſignis, benedictionibus, & orationibus licitis, ſine ſuperſtitione, & vanitate; vt obteſtantes per paſſionem Chriſti; huiuſmodi non peccant; præſertim ſi ſint honeſtæ, & probæ. ſed ſunt prohibendæ: ne occaſio detur ſimplicibus ſimile faciendi. Tamen Salutatores licite poſſunt fungi ſuo munere.

37 Qui certo credit ob obſeruationem animalium aliquid ſibi euenturum; vel ſe cogi propter complexionem, vel influxus cœli; peccat mortaliter.

38 Qui volunt diſcere artem notoriã; quę certis ieiunijs; & obſeruationibus pollicet ſapientiam infuſam; peccant mortaliter.

Qui credit, herbas, vel muſicam aliquid valere contra dęmones, peccat mortaliter. Poſſunt tamen cōtemperare humores corporis; ne grauius vexentur à dæmone.

Qui credit, veneficas, vel ſtriges corporaliter vehi ad diuerſa loca; vt illæ exiſtimant; peccat mortaliter. licèt, credere, ꝙ dæmon poſſit tranſportare aliquem de loco ad locum, Deo permittente, non ſit peccatum.

Qui ſortes experitur, vt p eas dæmon, aut cōſtellatio cœli ipſum admoneat, pec-

cat

cat mortaliter, aliàs licet ſortiri.

39 Qui duellum offert, acceptat, conſulit, dat copiam, vel eſt patrinus; peccat mortaliter, & excommunicatur à Concilio Tridentino: niſi ſub pœna vitæ, ſeu membri, vel boni Reipublicæ cogatur.

40 Qui in re graui Deum tentat, vel temere ſe offert martyrio; irritans infideles ſine licita cauſa ad hoc; peccat mortaliter. Qui dicit, vel facit aliquid expreſſe, vel tacite, ſolum, vt experiatur aliquod attributum Dei; peccat mortaliter. Qui ſe expo- 41
nit periculo mortis, vel mutilationis ſine neceſſitate, & vtilitate; peccat mortaliter. Poteſt tamen quis, ſi non adſit periculum mortis, non adhibere medicinam, vt grauius patiatur amore Chriſti.

42 Qui credit in dijs antiquorum fuiſſe, vel eſſe aliquā diuinitatē, peccat mortaliter. Item magiſtri, cū aduertunt pueros in hoc incipere errare, & non eos admonent de veritate; peccant mortaliter.

Qui omnibus his caſibus concurrit illis modis, *Iuſſio, conſilium, &c.* qui ſunt in furto, peccat mortaliter.

## *PRÆCEPTVM II.*
## *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.*

### *De Iuramento.* Cap. XII.

1 IVrare eſt aliquid affirmare, vel negare, adducendo Deum in teſtem expreſſe, vel

vel tacitã. vt dicendo, vel nominando aliquam creaturam, in qua relucet diuina veritas: vel per vitam ſuam; vel per ſuos dile
2 ctos, adiuncta execratione. Verumtamen iurare, eſt actus ex ſui natura bonus, & religionis, quare, ſi quis pertinaciter crederet. nunquam eſſe licitum iurare, peccaret mortaliter, & eſſet hæreticus, nu. 4.

Non iurat, qui ait, Per fidem meam; intelligendo humanam: nec qui dicit, Deus ſcit, vel coram Deo: dummodo careat intentione iurandi.

3 Iuramẽtum niſi fiat cum veritate, iudicio, & iuſtitia, eſt peccatum. Verumtamẽ, ſi deeſſet tantum iudicium, vel reuerẽtia, vel leuis iuſtitia; vt, cum iurat ſe facturũ illud, quod tantum venialiter eſt illicitũ; peccat venaliter.

4 Qui credit, iurare ex ſe eſſe malum, & nunquam eſſe licitum; peccat: & eſt hæreticus.

4 Qui iurant per creaturas, attribuendo creaturis diuinitatem, peccãt mortaliter,
5 & maximè dæmoni, vel Mahometo. Sed, qui iurant per creaturas ſine reſpectu taciτo, vel expreſſo bonitatis Dei in eis reſplẽdentis; nec eas tãquam infallibilis veritatis teſtes adducunt, quaſi diuinitatem attribuant; nec eas vt obiectum ponunt, in quo exerceatur diuina iuſtitia; ſed vt tales, quales ipſa ſunt; non eſt iuramentum: nec peccant in conſcientia.

6 Quicunque aduertens de dicto, & iura

mento,

mento,putans eſſe falſum,licèt re vera eſſet verum; & aduertens ſe iurare, etiam in leuiſſima materia, & gratia ludendi, ſe excuſandi, & iocandi, vel ob quamcúque aliam cauſam iurat; peccat mortaliter. Quamquam iurare falſum,non conſiderãdo illud eſſe falſum, vel quod tunc iurat, communiter eſt tantum veniale: niſi eſſet paratus idem iurare, etiamſi aduertiſſet eſſe falſum.

7 Qui per ignorantiam craſſam, nulla adhibita diligentia, falſum iurat,peccat mortaliter. Si aliqualem adhibuit,ſed nõ ſufficientem,tantum peccat venialiter.

Qui neſciens an res ita ſit, & affirmat iurans,peccat mortaliter. Non autem, ſi affirmat eo modo,quo nouit.

8 Qui coram Iudice competenti, ſeruato iuris ordine interrogatus, vel qui ſeſe ſponte offert ad iurandum,& iurat verum ſecundum ſuam mentem, ſed falſum ſecũdum mentem interrogantis; peccat mortaliter.

10 Qui iurat aliquid licitum faciendũ, dũmodo ſit mentis compos,& non facit; peccat mortaliter: niſi paruitas materiæ excuſet. ſicut excuſat in furto, & in voto. vt mater non peccat mortaliter, quæ iurat de caſtigando filio,& non caſtigat; vel de dando pomo,& non dat. ſic etiam, qui iurat de faciendo peccato veniali, peccat venialiter.

11 Qui dicit, Deus non me adiuuet, ſi am-

amplius luſero: tenet iuramẽtum: eſt enim de re graui; quia intelligitur de ludo illicitè in magna quantitate, nec poteſt ſine graui cauſa abſolui à iuramento.

Qui iurat aliquid facere, & poſtea non facit; quia aliquid occurrit, quod ſi antea eueniſſet, non iuraſſet; aliquando peccat mortaliter, aliquando nõ. de quo c. 18, nume 6.

12 Qui propter finem honeſtum, id eſt, ad euitandum ludum, vel libidinem, iurat nõ ſe tranſiturum illac; ſi contra facit durante hac occaſione, peccat mortaliter. Si vero iurat non ob finem honeſtum, vel vtilem, non peccat mortaliter, quia iuramentum eſt vanum.

13 Qui iurat aliquid illicitum ſe facturum. cum animo implendi; bis peccat mortaliter: & quia iurat contra iuſtitiam; & quia animum peccandi habet. Qui autem iurat illicitum ſine animo implendi, ſemel peccat mortaliter.

Qui ſine iuſta cauſa duplicitatis ſophiſticè iurat; ideſt, nõ ad mentem eius, cui iurat; peccat mortaliter, & tenetur in cõſcientia adimplere iuramentum, ſecundum mentem eius, cui iurauit. quando vero iurans eſt bona fide, & alter vtitur dolo; debet adimpleri iuramentum ſecundum mentem iurantis. quare, quando iſte, ſi ſciuiſſet dolum, nõ iuraſſet; nõ tenetur poſtea adimplere iuramentum.

14 Qui ob metum iurat ſe aliquid licitum factu-

facturum, ſine animo adimplendi; vel ſi cum animo, & non implet; peccat mortaliter: quia redimere vexationem eſt opus virtutis: & opus virtutis affirmatum cum iuramento eſt adimplendum; ſed non peccat, ſi in ſenſu vero aliud iurans intelligit, & ſecundum illum implet, quod nõ intellexit compellens iurare.

Qui iurat facere aliquod peccatum mortale, vel adiuuare peccantem mortaliter, peccat mortaliter; ſi iurat facere veniale, & implet, peccat venialiter. 15

Qui iurat ſe non facturum aliquod bonum, animo adimplendi, ad quod non tenetur; vt non facere conſilia Chriſti, nõ mutuare, &c. non peccat mortaliter, nec iuramentum tenet. Si vero iurat animo nõ adimplendi; peccat mortaliter. 16

Iuramentum de re otioſa, vel de re ex ſe indifferenti, ſine occaſione mali vitandi, vt ſe non velle hunc miniſtrum; non illum alloqui de aliqua re; non adire hanc domum; non tenet: & ſatius eſt frangere. 17

Qui non iniurioſe carceratus, iurat ſe rediturum in carcerem, & non habet animum redeundi, etiam cum periculo vitę, licèt ſciat ſe iniuſte moriturum; peccat mortaliter. 18

Vxor adultera, ſi poſt confeſſionem ſacramentalem, & pœnitentiam, iurat marito ſe carere crimine adulterij, & iurat non compulſa iurare, peccat mortaliter.

Si ve-

Si vero compulſa eſt à viro, poteſt iurare ſecundum propriam intentionem; non ſecundum mentem viri; abſque peccato.

Qui, vt ſe excuſet, iurat non habere aliquam rem: & intelligit ad dandum, vel accommodandum; nõ peccat: aliter, ſi mẽs reſpondet verbis, peccat.

19 Qui tempore peſtis ad ingreſſum Vrbis iurat verum doloſe, contra mentem interrogantium, peccat mortaliter: aliter autem, ſi ſciret vrbem, de qua quærunt, non eſſe infectam peſte; vel rationabiliter ſcit neque ſe, neque aliquid ſuũ eſſe infectum; poteſt iurare ſimulate, ſine peccato. eſt ſimilis caſus de ſcholaſticis loquentibus cum oppoſitoribus, extra ſcholam. verbi cauſa, ſi iurent, (ne iudicentur inhabiles) ſe nulli candidatorum fuiſſe locutos, intra ſe intelligentes de illis rebus, quæ contra ſtatutorũ mẽtem eſſe videbantur.

Qui iurat ſe bene curaturum bonum, vel vtilitatem Communitatis, vel officij, & non curat; peccat mortaliter.

20 Qui inducit ad iurandum illum, quem falſo iuraturum arbitratur, peccat mortaliter: niſi id fiat iuridice ad inſtantiam partis. Vnde reprehenduntur confeſſarij inducentes pœnitentes ad vouendum, vel iurandum de re, ad quam ſunt procliues.

21 Qui inducunt famulos, vel quoſcunque iurare, vt dicant furem in omnibus

caſibus furti; peccant mortaliter. niſi tantum velint ſcire eos caſus, quos etiam externi viri licitè poſſunt detegere. Immo neque hoc ſimpliciter licet.

Qui iurat ſe facturum, vel adimpleturum aliquid, credens ſe non poſſe illud præſtare: vt, qui iurat ſe tali tempore ſoluturum, probabiliter credens ſe non habiturum modum; peccat mortaliter. Verum, ſi credit ſe poſſe, & deinde nõ poteſt; non peccat. Si vero trãſacto tempore, habita commoditate, quam primùm non faciat, peccat. 22

Qui iurat ſe habiturum ſub ſigillo ſecreti aliquid tractatum in conſilio, vel ſuæ fidei commiſſum, & id publicat in caſibus, in quibus nõ debet; peccat mortaliter. Similiter, qui illum ad hoc inducit. 23

## DE VOTO.

Votum eſt promiſſio ſaltem interior, deliberatè Deo facta de aliquo bono maiori, à ſuperiori non reuocata, & declaratur hæc definitio. 24

Vota facta aliqua ſubitanea paſſione interueniente, etſi vera ſint, tamen facilius diſpenſantur, quàm cætera. 26

Qui promittit aliquid Deo ſine animo adimplendi, tenet votum; & tenetur adimplere: ſecus, ſi verbotenus dixit, ſine animo ſe obligandi. 27

Votum

28 Votum de re neceſſario ventura, non eſt votum. Qui vouit de peccato mortale, peccat mortaliter.

Votum de re indifferenti, vt indifferens eſt, non eſt votum: niſi aliqua circumſtantia fiat bonum: vt vouere de non nẽdo, vel non filando die ſabbathi; non eſt votum, ſi vero vt recitet roſarium, eſt votum: & ceſſante conditione, ceſſat votum.

29 Votum de non faciẽdo aliquo cõſilio Chriſti. non tenet, & ſic vouere eſt peccatum communiter veniale.

30 Votum de maiori bono, cuius finis eſt malus; vt eſt facere eleemoſynam propter fornicandum, vel vanam gloriam: vel quod finis voti ſit malus; vt ſi quis voueat aliquid ad obtinendam victoriam iniquam, non tenet: & eſt peccatum mortale: ſed, ſi vouet de re bona in negotio iniquo; licèt à cauſa mala impellatur ad vouendum; tenet votum. vt, ſi dicam, Si Deus concèſſerit mihi filium ex fornicaria, faciam hanc rem. & multo magis, ſi eſt in vltionem peccati: vt, ſi peccauero, dabo eleemoſynam, de quo, nu. 43.

Abrenuntiatio, quæ fit in baptiſmo, nõ eſt votum; niſi improprie.

32 Votum eſt duplex, ſolenne in religione, vel ex ſuſceptione ſacrorum ordinum; & ſimplex.

## *Praecepta communiora circa vota.*

QVi vouet peccatum mortale, vel non 34
facere aliquid in caſu, quo ſub peccato mortali tenetur; peccat mortaliter. Qui vouet malum, vel minus bonum, vel 36
indifferens, ſed ex circumſtantia, factum maius bonum, & non implet; peccat mortaliter: & qui vouet peccatum veniale; peccat venialiter.

Qui emittit aliqua vota ſtulta, vel teme 37
raria; vt non pectere capillos in die ſabbati; non lauare caput; non edere capita animalum, in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ; non mittere oſſa in ignem, in honorem ſancti Laurentij; & putat ea valere, & non obſeruat; peccat mortaliter. quia facit contra conſcientiam. ſecus, ſi putat non valere.

Qui vouit aliquid, aduertẽs ſe non poſ- 38
ſe illud ſeruare, peccat. Item, qui vouit animo ſe obligandi, peccat: ſed uotum non tenet. Item, qui vouit animo ſe obligandi, ſed non ſeruandi; bis peccat mortaliter, ſi non implet votum.

Qui violat votum iuſtum, peccat mor- 39
taliter toties quoties; niſi adſit cauſa excuſans: qua ceſſante, redit obligatio. vt, qui poſt votum caſtitatis nubit; poteſt reddere debitum; ſed non petere: & mortua vxore, debet adimplere votum. Immo ha-

bere debet hunc animum, dum viuit coniux.

40 Qui vouit rem minimam, & frangit; peccat venialiter, non mortaliter.

41 Qui vouit aliquid ſtatim facere, vel intra certum tempus; & nō ſtatim facit, vel intra illud tempus; peccat mortaliter. Si nō vouit animo ſtatim adimplendi, nec terminauit tempus; & conſcientia dictat ſe non eſſe in mora circa executionē, nō peccat. ſi ipſe eſt cauſa impedimenti, ob quod impleri nō poteſt, iam peccat: & tenetur implere quantum poteſt. vt, quæ vouit virginitatem, & patitur ſe deinde corrumpi, debet in poſterū eſſe caſta. de quo tractatur nu. 43.

42 Qui vouit cum conditione, & ipſe impedit, quo minus expleatur conditio; & conſequenter non implet votum, peccat: & tenetur ſeruare votum.

43 Vota conditionalia, & pœnalia tenent; & obligant impleta conditione; quæ tamen poteſt Epiſcopus, vel Papa diſpenſare.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in voto conditionato, vel pœnali, de religione, vel terra ſancta; ratione, qua eſt votum de nō peccando tale peccatum, quod eſt votum principale; ſed non ratione, qua eſt votū de religione, vel Hieruſalem; quod eſt votum pœnale: & ſecundariū ceſſat ſublato principali: & intelligitur, antequam peccetur cōtra principale votum. Secus, ſi vo-

tum de religione eſſet principale.

Vota, vel iuraméta, cum cõditione inutili, inhoneſta, vel impoſſibili, tenẽt: & debent adimpleri ſine conditione.

Qui vouet virginitatem perpetuam, & eam violat, tenetur eſſe continẽs: niſi eo animo vouiſſet, vt ſemel fracta, non teneretur ſeruare.

Qui vouit cõtinentiam, ſi ducit vxorem peccat mortaliter.

Qui vouet non ducere vxoré, nõ cenſetur vouere continẽtiam. & ideo fornicando non peccat contra votum.

Qui vouet ducere vxorem ſimpliciter, nõ vouet: quia eſt de minori bono, quam cõtinẽtia. Verũ, ſi vouit ducere vxoré, q̃a ſe cognoſcit caſurum in fornicationé, votum tenet, & debet ducere vxorem.

Qui ſine iuſta cã, & bona intẽtione retrahit aliqué ab ingreſſu religionis, vel eũ ab ea extrahit, peccat: & eſt excõicatus. & teneẽ perſuadere illi, vel alicui ſimili, vt ingrediatur: ſed non tenetur ipſe ingredi. 44

Qui vouit ingredi religioné, nõ ſatisfacit ingrediendo, vbi nõ ſeruaẽ regula. Et, ſi, quando vouit, tantum intendit illã, quę re vera nõ eſt obſeruans, vel in breui non ſperat eam obſeruaturam; peccat: & non tenetur eam ingredi, nec aliquam aliam, quia votũ iã eſt factum illicitum. Similiter de nõ inueniéte Monaſteriũ re vera reformatum. Similiter ſuadens ad ingreſſum religionis non reformatæ, peccat. 45

46 Qui vouet in genere Religionem ingredi, ſi ab una non recipitur, tenetur adire aliam. non autem, ſi animo ſuo reſtrinxit votum ad hanc.

47 Qui vouet talem Religionem ingredi, & perſeuerare, & profeſſionem facere, ſi non admittitur, ad nihil tenetur: & poteſt ducere vxorem. immo, ſi accipit habitum, & poſtea ducit vxorem; licet peccet, matrimonium tenet: & poteſt petere debitum. nec peccat contra votum, ſi fornicatur, & tenetur poſt mortuam uxorem adimplere votum. *& loquitur de eo, qui promiſit perſeuerare, & profiteri.*

Qui vouit ſimpliciter ingredi Religionem, poſt ingreſſum, poteſt, eo ſolo, quòd modus viuendi non ei placet, egredi ſine peccato. ſi vouit profiteri; debet impetrare diſpenſationem, cum cauſa viro prudenti viſa iuſta.

48 Qui vouit ſtrictiorem, & laxiorem ingreditur; peccat mortaliter; & tenetur ſtrictiorem adire; niſi profeſſionem emiſerit in laxiori. Item, qui vouit religioné, ſi nulla vult eum admittere, poteſt ducere vxorem. Item, ſi vouit hanc religionem, ſed non expreſſe, vel tacite limitauit hæc monaſteria, vel illa, ſi in propinquis monaſterijs non recipitur, debet adire remotiora, vbi ſpes erit, quòd recipiatur; ſecus, ſi aliquo modo limitauit.

50 Qui ingreſſus religionem laxam, vbi obligantia ad peccatum mortale, non obſer-

uantur,

uantur, profitetur eo animo, id eſt, non arctius viuere, quàm alij, non excuſatur: ſed tenetur obſeruare omnia obligantia ad mortale, & debet mutare intentionem. & intelligitur de votis eſſentialibus; non de alijs, quæ iam ſunt ſublata, vel mitigata.

Qui offert filias, vel filios monaſterijs, 51
vt fiat monachi ibi, vbi eſſentialia non ſeruantur; peccat mortaliter.

Qui, ob metum mortis animæ, vel cor- 52
poris, &c. vouet, & mox non implet votum; peccat. eſt tamen aliquis timor impediens.

Qui vouit. v.g. ſe numquam bibiturum vinum; toties, quoties bibit, peccat mortaliter: etiam decies in die.

Qui vouit de ſe bonum, ſed impediens maius bonum, facere poteſt maius bonũ: vt vouens profiteri religionem laxiorem, poteſt profiteri ſtrictiorem.

Qui vouit aliquid certo tempore, non 53
reſpiciendo principaliter tempus, ſed rẽ, quam vouit; ſi non implet eo tempore, tenetur ſub peccato mortali deinde quàm primum implere.

Qui vouit, & ſe pęnitet vouiſſe, ſi adim- 54
plet, non peccat: ſi non habet animum adimplendi, peccat.

Qui vouit aliquam abſtinentiam, & dubitat, an poſſit adimplere; ſi votum violat abſque diſpenſatione ſuperioris, quem facile poſſet adire, peccat.

Qui vouet votum, quod per ſe adim- 55

plere non poteſt, & per alios adimpleri nō curat, in tribus caſibus: Primo, quādo votum tacitè extenditur ad id: Secundo, quādo vouit id quod per ſe nullatenus poteſt implere: Tertio, quando ſua culpa eſt factus impotens, peccat mortaliter. Sed oppoſitum eſt verius, cum Silu. verbo Votum, 2. q. 10.

56 Hæres non adimplens vota realia defuncti, peccat mortaliter, ſed non tenetur ad vota perſonalia, nec ad res, quæ talia vota ſequuntur: ad votum partim perſonale, partim reale, ſi vouens vtrumque expreſſit; hęres tenetur ad partem realē: ſi perſonale tantum expreſſit, ad nihil tenetur.

57 Qui ſubreptitie impetrat diſpenſationem, peccat; & eſt inanis diſpenſatio: qui ſine cauſa iuſta impetrat, & qui diſpēſat, vterque peccat: ſed non ſemper mortaliter. niſi quando oritur ſcandalum notabile.

58 Credere pertinaciter, licitum votum eſſe malum, eſt hæreticum.

59 Coniux, vouens continentiam, ſi petit debitum, peccat mortaliter: & vir, de cuius conſenſu vxor vouit, ſi reddat, peccat mortaliter: quia conſentit peccato illius, non autem, ſi petat.

Quando vterque coniux vouit de cōſenſu, ſi vnus fornicatus eſt, vel debitum petit, alter non debet frangere ſuum votū: ſed, ſi timetur fornicatio; petat diſpenſa-

tionem à Papa: quia Epiſcopus regulariter non poteſt diſpenſare. Sed, ſi tantum pactum fecerunt, ſe continendi ad certum tempus, vt vſque ad Paſcha; poſſunt adinuicem remittere pactum, & conuenire. Immo, ſi alter videt ſocium pœnituiſſe pacti, & procliuem ad rem, & facile caſurum; debet reddere debitum.

Votum vnius coniugis ſine cōſenſu alterius de non reddendo, vel non petēdo debitum, eſt illicitum: & poteſt diſſolui ab altero coniuge. 60

Votum non habendi copulā, niſi quando mos eſt gerendus coniugi alteri, eſt licitū: & tenet, quia ſibi ſoli facit p̄iudiciū.

Si coniux ſine conſenſu alterius vouit non habere copulam carnalem, vel profiteri religionem; nō valet votum in præiudicium alterius coniugis in petendo, & reddendo debitum: ſed valet in præiudicium ſuum: vt in præcedēti caſu dixi: & mortua coniuge tenetur ſeruare caſtitatē. Verum, ſi denuo vxorem ducat, tenet matrimonium.

61 Vxor nō pōt vouere in p̄iudiciū viri, niſi de cōſenſu ipſius: & ſi poſtquā cōſenſit, ſine cā reuocet, peccat: & vxor excuſatur ab implēdo voto. Quid de cōſenſu cōtinētiæ? vide inferius c.16.nu.31. Si vero vouit nō in præiudicium vxoris, Votū tenet.

Virgo vouēs votū, quod nupta adimplere nō pōt ſine præiudicio viri, qui nō cōſentit, excuſatur: ſed mortuo viro tenetur

adimplere. excipitur votum ſuccurrendi Terræ S. ſi non adeſt periculum incontinentiæ, de quo infra, num. 75.

62 Vxor ſine licentia viri non poteſt ſumere habitum Tertiarij.

## *De irritatione, diſpenſatione, & commutatione votorum.*

63 IRritat votum, qui ſine cauſa, ſed ex mera voluntate votum annullat. Diſpenſat, qui cum cauſa iuſta, & rationabili votum relaxat, ſine aliquo alio onere. Commutat, qui in æque bonum cum cauſa rationabili, uel in melius bonum ſine cauſa transfert.

64 Tantum Prælati Eccleſiaſtici habent facultatem diſpenſandi, & commutādi Sed multi alij, vt pater, curator, maritus, ſuperiores, poſſunt irritare.

Pater, quo deficiente, mater, vel tutor poſſunt irritare omnia vota tam realia, quàm perſonalia, quæ fiunt à pueris, qui ætatis defectu non poſſunt matrimonium contrahere. & pueri nō tenentur amplius ad vota; etiam ſi deinde parentes conſenſerint: niſi de nouo ipſi voueant, vel ratificent. Idem dicendum eſt de Prælatis reſpectu religioſorum. ſed parentes, & curator, ſi filij ſunt in ætate matrimonij, non poſſunt irritare eorum vota perſonalia; quæ eorum iuri non præiudicant, licèt ac-

ceſſorie ſint realia : vt votum religionis, vel caſtitatis. Poſſunt tamen irritare vota realia, vel perſonalia præiudicantia.

Maritus non poteſt irritare vota vxoris, niſi ſibi ſint in præiudicium; vel niſi ipſe admitteret notoriam fornicationē carnalem, vel ſpiritualem : ſimiliter neque vxor vota mariti. Dominus poteſt irritare vota ſui ſerui, quæ vergunt in ſuum præiudicium.

Votum de non peccando, vel non peccando venialiter, non valet: de non peccādo mortaliter, vel non valet propter difficultatem; vel facile ab ordinario poteſt relaxari.

Nulla trāſgreſſio voti de re leui eſt peccatum mortale, ſed tantum veniale. vt voti de non peccando venialiter, eſt veniale.

Religioſus ſuperior poteſt irritare uotum ſubditi profeſſi, de non peccando hoc peccatum mortale, vel hoc veniale. Sed non poteſt votum de peccato etiam veniali ſubditi nouitij.

Vota perſonæ ſæcularis ingredientis religionem ipſo facto commutantur in votum ſollemne religionis.

Votum ſollemne eius qui nō habet æta 65
tem ad contrahendum matrimonium, non tenet.

Maritus poteſt irritare vota vxoris, quæ fecit antequam nuberet; ſi marito præiudicant.

Vota irritata v.g à marito, vel patre,

mortuo marito, vel patre, nõ obligant: niſi expreſsè vouerint ſe aliquid facturos, quando fuerint liberi à ſubiectione.

67 Vota religioſorum de materia nec in genere, nec in ſpecie ſibi prohibita, obligãt ad obſeruationem, donec irritentur: de materia vero prohibita, licèt alioqui licita, non obligant donec approbentur.

68 Vota iuuenum, qui poſſunt mereri, & peccare, ſed defectu ætatis nõ poſſunt cõtrahere matrimonium. tenẽt, excepto voto ſolemni religionis, tamẽ poſſunt irritari à parentibus.

69 Vota religioſorum, quæ ſuæ regulæ, & iuſſis ſuperiorum nõ repugnant, tenent, & obligant: ſed ſuperior, de votis præmonitus, mera ſua voluntate poteſt illa irritare, & annullare.

70 Vota principaliter perſonalia eorum, qui ſunt apti ad matrimonium, licèt ſint acceſſorie tãgẽtia res temporales, nõ poſſunt irritari à parentibus: ſi non ſunt nocumento, vel iniuria rei familiari, regimini, vel poteſtati parentis. Vota vero realia principaliter poſſunt irritari.

71 Parentes poſſunt irritare votum ſolenne pueri non apti ad matrimonium antequam ætatem attingat; poſſunt etiam irritare votum ſimplex poſt ætatem impletam, dummodo non ſit iam ratum, id eſt, quod puer, ſciens nullitatem, illud de nouo validat: ſecus, ſi neſcit, & putat ſe obligatum, & obſeruat.

## *Qui circa hæc peccant mortaliter.*

QVi ſine auctoritate irritat, diſpenſat, vel commutat votum, vel vbi, & quando non poteſt; peccat mortaliter. 72

Religioſus mẽdicans, qui prius dimittit habitum ſuum, vel ſumit habitum regularium canonicorum; & deinde petit diſpẽſationem à Papa, peccat mortaliter.

Superiores, qui prius conſentiunt, & deinde irritant votum ſine cauſa, peccant mortaliter; & tunc ſubditus, ſi non obſeruat votum, non peccat. 73

Subditi, qui non implent vota, quæ nõ vergunt in damnum dominorum, peccant mortaliter. 74

Clericus habens beneficium, qui non implet vota grauiter non præiudicantia ſuæ Eccleſiæ, peccat mortaliter.

Clericus, vel religioſus, vouens rem prohibitam ſine conditione, ſi placet ſuperiori; vel rem non prohibitam ſine cõditione, ſi non diſplicet, peccat mortaliter.

## *Quis diſpenſare, aut commutare vota poſſit.*

SOlus Papa, & qui ab eo auctoritatem habet, poteſt ſuper quinque votis diſpenſare, ideſt, perpetuæ continentiæ, 75

religionis, peregrinationis in Hieruſalem, Romam, & S. Iacobum Compoſtellæ.

In reliquis votis, poſſunt diſpenſare Epiſcopi, vel qui Epiſcopalem dignitatem habent; vel aliqui ex priuilegio particulari.

76 Epiſcopus, licet non poſſit diſpenſare in voto ſimplici perpetuæ caſtitatis; tamen poteſt in voto ad tempus, vt per annum; uel in voto de non nubendo.

77 Papa non poteſt pro mera ſua voluntate, ſine iuſta cauſa diſpenſare, vel commutare uota. Eſt autem cauſa ſufficiens, quæ reddit complementum voti malum, vel inutile, vel in præiudicium maioris boni: quorum aliquod ſi eſt manifeſtum, poteſt non adimplere votum ſine diſpenſatione. Cauſæ etiam pro diſpenſatione ſunt leuitas, ſeu facilitas vouentis, vel imbecillitas, vel neceſſitas, vel vtilitas publica, vel priuata.

78 Munus in voto promiſſum, non eſt dandum ei, cui eſt promiſſum; ſi facta eſt diſpenſatio, vel commutatio.

Commutans votum, v. g. peregrinationis, debet conſiderare qualitatem perſonæ, & expenſas, quas in executione voti erat facturus; non computatis ijs, quas domi erat facturus: & commutare expenſas, in opera pia; laborem vero, in ieiunia, vel orationes.

Si impedimentum pro executione voti eſt temporaneum, commutãs ſolum poteſt concedere dilationem temporis.

Poteſt

Poteſt diſpenſari in voto, ſine conſenſu eius, cui factum eſt votum.

Quilibet ſimplex ſacerdos poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, excommunicatione, & fractione voti: ſed non pōt diſpenſare, vel commutare vota. 79

Qui non habet ampliorem auctoritatē; quàm commutandi, non poteſt diſpenſare: &, qui habet diſpenſandi, non poteſt commutare.

Mendicantes poſſunt diſpenſare in caſu, in quo poſſunt Epiſcopi: præter peregrinationem vltra duas diætas.

Poſt diplomā, vel bullam Papæ, in quā conceditur, vt confeſſor poſſit diſpenſare; niſi confeſſor diſpenſet, ſemper vota tenent.

Vota antiquorum ex vi pacti, obligant populum præſentem; ſicut iuramenta. Si autem non ſit pactum, votum ex vi voti, non obligat etiam hęredem quò ad obligationem perſonalem, vel realem.

Commutatio votorum ex vi Cruciatæ, 80 debet fieri in vtilitatem ipſius Cruciatæ; ſimiliter & de Iubileis, &c. quando dicūt in vtilitatem ipſius loci.

Qui vouit ſimplicem caſtitatem, & contrahit matrimonium; antequam conſummet, tenetur ingredi religionem.

Qui vouit ingredi religionem, & fornicatur, non peccat contra votum. immo, ſi contraxit matrimonium, & conſummauit; poteſt petere, & reddere debitū ſine peccato,

cato, & ſine alia diſpenſatione. non autem ſic, ſi voueret ſimplicem caſtitatem. Immo contrahens, & conſummans facit duo peccata.

Per Cruciatam poteſt diſpenſari in voto poſt conceſſionem facto: ſicut poteſt abſolui de peccatis poſt conceſſionem cõmiſſis.

## DE BLASPHEMIA.

81 HÆreſis eſt circa credere, Blaſphemia eſt dicere corde, vel ore, vel ſcripto aliquid contumelioſum cõtra Deũ, vel ſanctos; vel tribuendo Deo quod illi non conuenit; vel auferendo quod conuenit; vel quod eſt Dei, dando creaturis, & eſt
82 grauiſſimũ peccatum, nec ſine grauiſſima pœnitentia debet abſolui, & debet corrigi blaſphemus, etiam ſi emendatio non ſperetur: dummodo fiat ſine proprio periculo.

Qui verba blaſphemiæ dicit, ſi attendat, quid verba ſignificent, ideſt, eſſe blaſphemiam; & cum deliberatione dicit; etiã ſi iratus dicat, vel iocoſe, peccat mortaliter, ſi vero iratus non aduertit quod dicit, peccat venialiter. Verum ſi ex praua cõſuetudine illa dicat, & ſi aduerteret non diceret, non peccat mortaliter.

84 Qui iniurioſe Sãctos nominat, & aduertit quod dicit, vt pudẽda explicans, etiã ioco, peccat mortaliter nõ autem, ſi corpus,

vel

vel ſanguis Dei nominetur.

Qui ſimpliciter maledicit creaturæ irrationali, peccat venialiter: ſi vero inquantum eſt creatura Dei, mortaliter. 86

Qui durante officio Diuino admoniti admiſcent cantilenas turpes, & profanas, voce, vel inſtrumentis, peccant: niſi ignorantia excuſet. 87

Fur, qui eſt furatus aliquid, ſi interrogetur à iudice non competenti, vel non iuridice, an ſit furatus tale quid; poteſt ſecura conſcientia reſpondere ſimpliciter, non ſum furatus: intelligendo intra ſe, in tali die, vel anno. 88

Iuramentum illicitum generaliter factum ſine reſtrictione ligat pro tempore, quando actus erit licitus. vt qui generaliter ſine cauſa iurat nunquam intrare in talem domum, iuramentum eſt vanum: ſed, ſi illa domus incipit habitari à muliere ſuſpecta, cuius conuerſationem tenetur ille euitare, iuramentum eum ligat pro tempore illius habitationis: ſed, ſi iuramentum fuit reſtrictum ex natura verborum. vel ex cauſa, ob quam fit, non obligat. vt, qui iurat non intrare domum, donec mater eius ibi habitat, vel vt vitet bonam eius conuerſationem; ſi deinde domus habitetur à muliere ſuſpecta ſibi, iuramentum eum non ligat; licèt, ſi domum adit, aliunde peccet. 89

## *PRAECEPTVM III, Memento, vt diem Sabbati ſanctifices. Cap. XIII.*

### *De obſeruatione feſtorum.*

1 NOta, quòd omnia feſta Chriſtianorũ, etiam Dominici dies ſunt tantum de
2 iure humano. Et ideo non obligant tanto rigore, quanto feſta veteris legis. nec his præcipitur cultus interior meditandi; qui licèt ſit finis, tamen, cum ſit alius à re pręcepta, non cadit ſub præceptum: ſed præcipitur cultus exterior, ideſt, audire Miſſam, cum propoſito, & attentione; & abſtinere ab operibus ſeruilib⁹ exteriorib⁹.

3 In feſtis non omnia opera prohibentur; ſed quæ proprie ſeruientibus conueniũt: non autem communia ſeruis cũ dominīs.

Septem operum genera in feſtis licitè exercentur. Primo, ea quibus in diuino cultu Deo ſeruimus. Secundo, quibus ſpiritualia exercemus; vt docere verbo, & ſcripto. Tertio, quæ neceſſaria ſunt ad propriam ſalutem. Quarto, quæ ad ſaluté corporalem proximi. Quinto, quæ ad euitandum damnum imminens ſibi, vel proximo. Sexto, quibus parantur cibi; per conſuetudinem Eccleſiæ. Septimo, piſcari, per cõſuetudinem.

Quinque opera nõ ſeruilia ſunt prohi-

bitá iure canonico: Nundinæ, iudicium ciuile, vel criminale, iuramentum, niſi pro pace, vel neceſſitate aliqua, proceſſus in iudicio, niſi pietas ſuadeat, & neceſſitas vrgeat.

Non omnia, quæ poſſunt fieri ob neceſſitatem, poſſunt fieri ob pietatem; vt ſunt opera ſeruilia, quæ ex ſola intentione operantis diriguntur in pietatem: opera vero, quæ immediatè tendunt in cultum Dei, & eorum præambula, quę dilationem non patiuntur, poſſunt fieri.

Propoſitum & intentio principaliter lucrandi non facit opus ex ſuo genere non ſeruile, ſeruile.

Feſta in ſingulis Regionibus, quæ lex, vel conſuetudo præſcripta, vel conſtitutio Synodalis non abrogata præcipiunt, ſunt obſeruanda.

Feſta ſunt obſeruanda ſecundum conſuetudinem præſcriptam. v.g a media nocte ad mediam noctem: & eo modo, & tãtum ſunt obſeruanda, quo modo, & quantum conſuetudo illius regionis præcipit.

Aduena debet obſeruare feſta illius loci, vbi eſt; & non illa ſuę patrię: ſic operarij externi. Sic non peccant, qui in die feſto ſuæ regionis, audito ſacro, tranſeunt ad laborandum in alia regione, vbi feſtum nõ obſeruatur; quia feſtum, vbi te inuenit, obligat.

Qui

## *Qui peccant mortaliter contra hoc praeceptum.*

6 QVi faciunt ſeruilia, vel illa quinque prohibita in diebus feſtis, niſi exiguitas, vel licita conſuetudo, vel neceſſitas ſpiritualis, vel corporalis ſalutis ſuæ, vel ꝓximi, vel detrimentum, imminens rebus ſuis, vel proximi, quod non põt præueniri, nec differri; excuſentur. Sic excuſantur agricolę ob periculũ; caupones, & qui vendunt ea, quæ conducunt feſtis; vt vinũ, fructus, &c. Item muliones mulis oneratis: ſed non debẽt diſcedere domo, niſi audita miſſa. iter facientes, audita miſſa. Item, excoquentes vitrum, tegulas, &c. Tõſores aperientes venas. Item, ſubditi, & ſerui compulſi ab heris ſeruilia facere in feſtis. Itẽ, vxores, liberi, agricolę compulſi: & intelligitur, quando, niſi facerent, in damnum corporis, vel reale inciderent: & poſſunt accipere ſtipendium: dummodo id non fiat, vel præcipiatur in contemptum feſti.

8 Qui vendit, vel emit die feſto, conſumendo in hoc multum temporis; peccat mortaliter.

Vbi eſt conſuetudo præſcripta, & nulla noua prohibitio, in nundinis, poteſt fieri negotiatio.

9 Tondere barbam in die feſto, nõ eſt peccatum mortale; ob paruitatem materiæ: ſi adſit cauſa, nec eſt veniale. Item, piſcari

ſcari piſces, qui moram nõ patiuntur: dentur tamen eleemoſynæ Eccleſiæ viciniori. Item, licitum eſt molere in molendinis, vbi non eſt magna occupatio: non tamen in piſtrinis; excepta magna neceſſitate.

Qui laborat in diebus feſtis (audita miſſa) pro pauperibus, ſed principalius propter aliquod commodum, vel amicitiam, vel cognationem, vel propter paupertatẽ, ſed non magnam; peccant mortaliter. In maiori feſto maior cauſa requiritur. 10

Qui ſine magna, & vrgenti neceſſitate accommodat pontes, vias. 11

Qui aliter ſe ſuſtentare nequeunt, poſſunt laborare diebus feſtis, audita miſſa: dummodo euitent ſcandalum.

Non peccat, qui diebus feſtis audita miſſa venatur; etiam quæſtus gratia.

Qui in die feſto mittit iumenta onerata pro vtilitate alterius diei feſti; peccat mortaliter; niſi adſit neceſſitas, vel conſuetudo: & nõ audita miſſa; peccat mortaliter. 12

Licèt facere in die feſto opera non ſeruilia, ſed prohibita, ob ſolam miſericordiã ſine neceſſitate: vt ferre iudicium ruſticis die feſto. 13

Qui tranſcribit librum, vel inſtrumentũ, & tranſcribendo componit librum, peccat mortaliter, licèt ſcribere non ſit opus ſeruile, ob lucrum. 14

Scribere inſtrumentum de rebus, quæ licitè fiunt die feſto, vel pulſare organa,

vel

vel inſtrumenta, & cantare, ſiue ob quæſtum, ſiue animi gratia, non eſt peccatum.

Conſilium dare, informare aduocatum, etiam ſcripto, legere quamcumque facultatem ob lucrum die feſto, non eſt peccatum.

15 Excommunicatio de non violando feſto, eſt intelligenda iuridice; vt niſi neceſſitas cogat: alioqui continet errorem intolerabilem.

Qui audita miſſa conſumit dies feſtos in ludis licitis, vel choreis, vel vagando, nõ peccat mortaliter.

16 Item neceſſitas indubitata excuſat ab obſeruatione feſti, ſine licentia Epiſcopi. Immo contradicente Epiſcopo, modo euitetur ſcandalum; ſicut excuſat à ieiunio. Nemo tenetur ſub mortali conterere ſe de peccato mortali die feſto.

17 Qui miſſam non audit die feſto, vel non cum mediocri attentione, id eſt, quod ſpõte diſtrahitur in impedientia; peccat mortaliter.

18 Qui obligatus non ſoluit ſuo tempore horas canonicas, vel pœnitentiam iniunctam, peccat mortaliter.

Qui eo tempore, quando nullum aliud remedium eſt ſuę ſalutis, vel proximi, Deũ non orat; peccat mortaliter.

19 Qui inter miſſarum ſollemnia non offert, cum poſſit; & eſt ſcandalum; & dat occaſionem, ne maior pars populi offerat;

vbi eſt conſuetudo antiqua, ſaltem à decem annis.

## PRÆCEPTVM IIII.
## *Honora patrem tuum, & matrem tuam. & de amando proximum. Cap. IIII.*

DIfferunt religio, pietas, & obſeruantia. 1

Pater poteſt obligare fillum ad peccatum mortale in re magni momenti, ſpectãte ad ſuam poteſtatem. 2

Sub nomine patris veniunt primario genitores, cognati, patria, amici, conſeruantes: & ſecundario Gubernatores eccleſiaſtici, & ſeculares, tutores, curatores, magiſtri, pedagogi: & large, omnes ab Adamo; qui quando offenduntur. non eſt circumſtantia neceſſario dicẽnda; niſi ſit pater, mater, vel ſuperior, habens poteſtatem ſuper nos. 3

Honor hic intelligitur in amando, obediendo, honorando; corde, ore, opere. 4

Item præceptum de diligendo proximũ non hic numeratur; quia eſt origo ſequentium præceptorum: ſicut primum fuit origo præcedentium. 5

Amor honeſtus proximi eſt duplex, naturalis, & diuinus. Amor naturalis eſt duplex, amicitię, vel concupiſcentiæ. 6

Tenetur in genere amare proximũ 8
ſemper,

ſemper, & ad ſemper: niſi ſit in inferno.

Item quando inimicus veniam poſtulat, tenemur oſtendere illi ſigna amoris, ſaltẽ naturalis.

Item tenemur auxiliari, quando eſt in extrema neceſſitate ſpirituali noſtri auxilij, v.g. ſi baptizandus eſſet, vel admonendus in neceſſitate tali. Item tenemur amore ſaltem naturali auxiliari in extrema neceſſitate temporali.

10 Commendatur hic modus dicendi, Dominus te ſanctum faciat: ſicut oppoſitum damnatur.

## *Qui filij peccent mortaliter, non honorando parentes.*

11 QVi grauiter odit, vel graue damnum deſiderat parentibus, peccat mortaliter: & eſt circumſtantia neceſſario confitenda.

Qui eos ſemper toruo aſpectu intuetur; & licèt in corde diligat, tamen ſemper ſic aſpere alloquitur, ac ſi odiſſet; vel rarò ſigna amoris oſtendit; peccat mortaliter. quia ſunt etiam ore honorandi.

12 Qui non vult obedire in pertinentibus ad gubernationem domus, vel rei familiaris; peccat mortaliter: niſi ex incogitantia, & abſque contemptu, & obſtinatione id fiat: in alijs vero non obedire, non eſt pecca-

peccatum mortale.

Qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos mores, vel ſalutem animæ; vt fugiat ſcandala, ludos prohibitos, meretrices, & huiuſmodi; peccat mortaliter.

Qui parentes percutit etiam leuiter; vel iniurijs afficit deliberate, vt merito eos prouocet ad iracundiam notabilem; peccat mortaliter.

Qui ex animo maledicit parētibus mortuis, vel viuis; peccat mortaliter; ſi oretenus, venialiter.

Qui accuſat parentes alicuius criminis; niſi ſit hæreſis, vel proditio Regis, vel Reipublicæ; peccat mortaliter.

Qui putat ſibi dedecus eſſe haberi pro filio talium parentum; & hoc ex contemptu; peccat mortaliter; ſi ex incommodo, non.

Qui deſiderat mortem parentis ob hæreditatem; vel parentes captiuos non redimit; vel inſanos non curat; vel teſtari prohibet; vel auertit, ne reſtituāt; peccat mortaliter.

Qui parentibus in graui neceſſitate nō 13
ſubuenit ex proprijs; ſi parentes non habent propria, vel officium, quo poſſint ſibi prouidere: dummodo tale officium non ſit ſuo ſtatui dedecori: aliter non tenetur ex proprijs.

Qui parentibus in extrema neceſſitate conſtitutis, & illius ope egentibus, ingre-

ditur Religionem; vel ingreſſus etiam profeſſus non egreditur, ſi veriſimiliter po teſt ſubuenire; peccat mortaliter. In neceſſitate vero non extrema, ſed tali, qua obliget filium, & non alios, ſi ingreditur, peccat; ſi eſt ingreſſus, & profeſſus, non tenetur egredi; ſed in religione adiuuare quantum poteſt. adde, ſi neceſſitas hac præceſſit ingreſſum, & cum egreſſu poteſt ſubleuare, tenetur egredi.

15 Filius nolens accipere vxorem, quam pater præcipit, vt ſopiantur periculoſæ inimicitiæ, vel accipiens indignam ſe ſine conſenſu patris, vel ſine rationabili cauſa, vel tali, quæ coram Deo iuſta illi videatur; peccat mortaliter, Idem de filia nubente. ſed non poteſt exhæredari ob eam cauſam.

16 Filius non reſtituens vſuras inuentas in hæreditate paterna, peccat mortaliter.

Filius ex auaritia, vel negligentia diu differens ſoluere debita, & legata teſtamenti paterni.

17 Parentes, notabiliter negligentes prouidere neceſſitati ſpirituali, vel corporali filiorum, nulla cauſa impediente.

Mater ſine cauſa proprio lacte filium non nutriens, peccat venialiter: notabiliter negligens eligere bonam nutricem, & prouidere vſque ad triennium neceſſaria, peccat mortaliter: poſt triennium ſpectat ad patrem, ſi poteſt.

Parentes, qui ob auaritiam exponunt filios

filios ad hoſpitalia pauperum, vel in locis publicis, vel priuatis, peccant mortaliter. Qui nolunt filias etiam ſpurias dotare, cum poſſint, peccant mortaliter.

Parentes, qui reuocant ſine cauſa vota filiorum, facta eorum bona venia, peccant mortaliter.

Parentes, qui dolo, vel vi reuocant filium à religione, quam in ſufficienti ætate fuerat ingreſſus, peccant mortaliter.

Parentes, qui poſt votum filiorum in ætate diſcretionis factum continentiæ, vel religionis, conſulunt, vel cogunt eos ad coniugem eligendam.

Qui filiam dolis, vel minis cogunt intrare Relig onem, excommunicantur à Concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 18. Similiter, qui impediunt.

Parentes permittentes filiabus amatores ob malum finem; vel à probabiliter ſuſpectis ſodalitijs, v. g. aliquarum fœminarum, eas non ſeparantes, peccant mortaliter. 18

Qui non reprehendit filiam turpem vitam agentem, vel vtentem fucis, & irritamentis ad inducendum aliquem ad peccatum mortale, peccat mortaliter. Si autem eo fine faciat, vt ſe ornet magis, quá ſuo ſtatui côueniat abſque fine malo mortali, peccat venialiter; & ſimiliter pater permittens.

Permittentes ſponſis actus, vel tactus

impudicos, peccant mortaliter. Ideo non permittendum, vt ſoli in ſecreto conuerſentur.

Oſcula, & amplexus ob ſolam delectationem inde percipiendam, ſunt licita ſponſis.

19 Maritus præcipiens vxori contra aliquod præceptum diuinum, vel eccleſiaſticum obligans ad mortale, peccat mortaliter.

Maritus atrociter, & ſupra modũ percutiẽs vxorem, (cum nec ſeruum ita percutere debeat) peccat mortaliter.

Maritus, qui cauſa iniuriandi, vel infamandi notabiliter vxorem, deliberate profert aliquod verbum, licèt ex natura ſua minime iniurium; peccat mortaliter, vel ſi ſine animo infamandi, vel iniuriandi, profert verbum ſua natura aptum ad infamandum cum periculo probabili infamiæ, vel ſequatur infamia; peccat mortaliter.

20 Vxor notabiliter inobediens viro in regimine domus, & familiæ, & bonorum morum; peccat mortaliter.

Vxor nolens ſequi maritum alio migrantem; peccat mortaliter: niſi pactum præceſſerit, ne maritus alio migraret; niſi ſuperuenerit iuſta neceſſitas, vt morbus, vel capitalis inimicitia. nec tenetur ſequi maritum vagabundum, ſi, antequam coniungeretur, non erat vagabundus, vel hoc mulier neſciebat: nec ſi vir ob turpẽ cau-

ſam

ſam vagatur, vel ipſa exponeretur periculo peccati, vel mortis.

Vxor iracunde, vel litigioſe prouocās maritum ad culpam mortalem, id ſciens, vel ſcire debens; peccat mortaliter.

Vxor contemnens præſtare debitam ſubiectionem viro, vel eius iuſtum præceptū non implens. v. g. vt exuat ſuperflua, commutet mores incompoſitos; peccat mortaliter: ſi vero ſit ſine contemptu, nō ſemper eſt peccatum mortale.

## *Qui domini erga famulos, & ſeruos, vel ſubditi erga ſuperiores peccent mortaliter.*

Domini negligentes notabiliter ea, quæ pertinent ad conſcientiam ſuorū ſeruorū, vel famulorū, vt v. g. Chriſtianè viuant, ne aſſueſcant iuramētis, vt ſeruent pcepta Dei, & Eccleſiæ; non curantes eis ſuo tēpore extremā vnctionē, vel confirmationem; peccant mortaliter. 21

Dominus habens neophytum, & non docens per ſe, vel per alium doctrinam Chriſtianam, & qualiter vitam agere teneatur, peccat mortaliter.

Dominus notabiliter negligens noſſe peccata manifeſta ſeruorū, & famulorū, vt corrigat; & incorrigibilē verbis, vel pęna e domo eijciat; vel ei neceſſaria neget, ſi ſic fuerit ſpes correctionis; ſin minus, retineat, peccat mortaliter.

Dominus prohibens (non dico, non conſentiens) ſeruis concubinarijs ducere vxorem, *ſed fuſius de hoc in materia de matrimonio.*

22 Subditus notabiliter contemnens ſuperiores, vel denegans eis notabilem, & debitum honorem, licèt ſint dyſcoli, & mali, peccat mortaliter.

Leges iuſtas ſuperiorum violans, putans neminem in alium poteſtatem habere, peccat mortaliter: & eſt excommunicatus. ſi vero violat, quia non vult ſe ſubmittere, eſt peccatum inobedientiæ. ſi ob alias cauſas, poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale.

## *Qui peccent circa dilectionem proximi.*

23 QVi nec ſe, nec proximum amat amore charitatiuo, ideſt, propter Deū, velut capaces alterius vitæ, vel in tempore extremæ neceſſitatis, amore naturali.

Qui excludit aliquem à communione generali ſuarum orationum.

Qui habuit animum non diligendi, vel ſubueniendi alicui, caſu quo hoc eſſet ei neceſſarium ad ſalutem.

Qui amat aliquod creatum pluſquam ſuam animam, vel ſuum corpus pluſquam animam proximi, vel bona temporalia, & fortunæ, ſeu honores, pluſquam ſuum corpus,

corpus, vel proximi; ita vt non opituletur in neceſſitate: in amore enim debitus ordo eſt ſeruandus, ideſt, vt firmius amemus Deum; hoc eſt, pluris faciamus; etiãſi non intenſius, ſeu feruentius.

Qui tantum amat aliquod creatum, vt ſit paratus Deum mortaliter offendere, animo, vel opere.

24 Qui optat, vt aliquis mortaliter peccet, vel damnationem æternam incurrat, vel ad hoc Deum orat, vel hoc animo malo dicit; vel excommunicationem procurat, eo animo, vt, ſi rem non reſtituat, damnetur; & alia huiu modi.

25 Qui non reprehendit, aut non denunciat proximum, cum debet, aut aliter, quàm debet, peccat mortaliter.

Quilibet offenſus tenetur relinquere odium, & rancorem malum, nulla facta ſatisfactione. Non tenetur dimittere rancorem bonum, ideſt, quo quis appetit, vt delictum per iudicem caſtigetur: immo aliquando illum tenetur concipere. nec tenetur condonare ſatisfactionem iniuriæ: & aliqui non poſſunt condonare etiã ſi velint: non tenetur cũ alloqui, vel ſigna amoris oſtendere, niſi in tpe neceſſitatis. Item, qui prius offendit, vel grauius offendit, debet prius reconciliationem petere.

26 Qui ſe exponit periculo peccandi mortaliter, vel q dubitat de aliquo, an ſit mortale, & committit; vel omiſit cõfiteri; vel qui facit contra conſcientiam dictantem

in particulari, & indiuiduo, aliquod eſſe peccatum mortale; peccat mortaliter.

27 Qui ſine verecundia, incommodo; dedecore, poteſt impedire, ne quis peccet mortaliter, & non impedit: niſi permittat eum cadere in maius ſcelus, vt mox apertius corrigatur: ſunt & alij caſus liciti, de quibus infra, cap. 24 nu. 23.

28 Qui alijs fuit cauſa peccandi mortaliter conſilio, ope, fauore. Non peccat, qui cum iuſta cauſa aliquid petit ab alio. licèt putet hanc petitionem ei futuram occaſionem peccãdi: vt qui in neceſſitate ab vſurario petit mutuũ, non peccat, ſecus ſi ſine neceſſitate à ſacerdote iniquo petat filium baptizari: petit enim rem licitam, modo illicito.

29 Qui facit, vel dicit aliquid, quod de ſe non eſt mortale; ſed tamen dicit cum intentione inducendi alterum ad mortale, peccat mortaliter. Immo ſi ſine intencione tali facit aliquid in tali loco, & coram talibus, ſufficiens arbitrio boni viri ad inducendum ad mortale, peccat mortaliter, & ſi res de ſe erat peccatum mortale, debet etiam confiteri circumſtantiam ſcandali.

30 Qui ex mera voluntate, abſque neceſſitate, vel vtilitate aliquid facit, quod credit allecturũ proximum ad peccatũ mortale. vt fœmina, quæ ſine cauſa ſe exhibet videndam illi, quem ſcit de facili concupiturum; etiam ſi ipſa non intẽdat hoc, peccat:

cat: excuſatur tamen multis cauſis; vt ne in vrbanitatis arguatur, &c. Sed quidnã dicendum ſit de fœmina, quæ propter inanem gloriam ſe fucat; infra, cap. 23. nume. 19.

Qui abſque cauſa neceſſaria, vel vtili, 31
vtitur familiari conſuetudine mulieris ſuſpectę, aduertens ſcandalum aliorũ, & cõtemnẽs, peccat mortaliter; etiã ſi ipſe ſit ſine mala cogitatione. Item qui frequẽtat moniales cum ſcandalo, & murmuratione populi. Item, qui domi ſuæ retinet cognatam, ſiue extraneam, de qua alij malè ſuſpicantur.

Qui dat alteri occaſionem peccandi, 32
id eſt, ſcandalum actiuum mortiferum, id eſt, occaſionem, quæ datur pro peccato mortali; aut cum intentione principali, vel minus principali inducendi illũ ad peccatum mortale, aut ad id adiuuando; vel contemnendo ſalutem ſpiritualem proximi; aut ad id ſaltem interpretatiue
conſentiendo. Ex hac definitione multi 34
caſus ſoluuntur, in quibus datur talis occaſio, & peccatur mortaliter. vt qui coram aliquo mortaliter peccat. Item, qui, 35
intentione principali inducendi aliquam perſonam ad peccatum mortale, dat eleemoſynam, alloquitur, inuiſit, docet, conſulit; vel id facit nutu, blandimentis, tactu, obſequio, munere, &c. Item, qui facit, vel reficit idola, vel templa Paganis, Hebræis, Turcis, Hære-

ticis; vel aliquid facit, cuius principalis vſus eſt peccatum mortale. Item, qui, audita Miſſa, alios, qui Miſſam non audierint, detinent ſono, iocis, choreis, ludis, ſpectaculis, & alijs occaſionibus tempore Miſſarum; peccant mortaliter: ex eo ſolo, quod paruipendunt ſalutem ſpiritualem proximorum, dicentes nil ſua referre; cum ipſi audierint ſacrum. Item, qui, vel quæ ſe oſtendunt, ita, vt pudenda per ſubtile velum videātur: hoc enim communiter ex natura ſua inducit ad peccatum mortale: niſi iuſta cauſa, id eſt, infirmitatis excuſet. Item, qui ſponte fit obuiam perſonæ, quam ſcit caſuram in concupiſcētiā mortiferam, vel iram; licèt ſine intentione, vt illa peccet, hoc faciat.

37 Non peccat mortaliter mulier, quæ ſine intentione, & contemptu mortifero, ita ſe ornat, vt credat aliquem ex populo caſurum in concupiſcentiam, vel iram; neſciens aliquē in particulari, vel non aduertens: vel ſi ſciat aliquem; tamen intelligit illum ex malitia, praua conſuetudine, & habitu peccare. & ſic nec eſt peccatum mortale credere aliquem indeterminatum in Ciuitate, vel Monaſterio eſſe malum.

Excuſantur à mortali ſcurræ, & alij, qui dant magnam occaſionem ridendi, edendi, bibendi, veſtiendi, loquendi modo iſta nimietas non attingat culpam mortalem.

Excuſatur vir, vel mulier, qui dicit,

aut

aut facit aliquid, vt ad amorem vanum, vel ad peccatum veniale tantum alliciat; vt qui blanditur, videt, alloquitur fœminam, non vt eam moueat in copulam carnalem, in tactus, vel motus ad delectationem; ſed vt illa delectetur ſuo colloquio, aſpectu, ornatu, & amet, ſine fine, vel delectatione mortali: licèt hoc periculoſum ſit.

Accommodare arma, vel vendere pig- 38
menta, chartas luſorias, talos, &c. de ſe nō eſt malum: ſed aliquando poteſt eſſe peccatum mortale.

Qui imperant, dāt conſilium, precantur ad hoc, vt peccent, verbi gratia percutiant, occidant, fornicentur; etiamſi fiat tantum ad tentandum illorum virtutem, ſine animo, vt faciant ea, immo diſpliceret ſi facerent, peccant mortaliter. tamen poteſt quis parato offerre occaſionē peccandi, vt mox fructuoſius corrigatur; vt ſupra dixi: ſed non inducere eum ad peccandum.

Non peccat, qui à parato ex ſua mali- 39
tia ad peccandum, petit rem ex ſe bonam, quæ tamen eſt materia, qua ille exercet peccatum: ſed peccat, ſi petit, vt peccet; vel petit rem, quæ ex ſe eſt peccatum. Vt non peccat, qui petit mutuum ab vſurario dante cum vſura; ſed peccat, ſi petit ad vſuram. ſic qui petit ab infideli, vt iuret per ſuos deos, peccat.

Non peccat, qui deponit ſuam pecu- 40

niam apud vſurarium habentem propriã pecuniã ad vſuras: ſed peccat, ſi deponat apud non habentem.

Non peccat, qui hominem deliberatum ad committendum maius peccatum, inducit ad minus: v.g. ſi vult occidere, vt tantum percutiat: ſi adulterari, vt fornicetur.

Petens, quod in ſe bonum eſt, ab eo, qui poteſt bene facere, ſed ſcit illum peccaturum ex malitia; non peccat: ſi ſit ſine contemptu ſalutis proximi, & ſine cõſenſu, & auxilio ad hoc.

41 Inducens ſacerdotem ad celebrandum, quem credit eſſe in peccato mortali, & quod eum non pœnitebit illius peccati ante Miſſam; ſi non eſt notorie excommunicatus, & ſuſpenſus; vel eſt paratus, & obligatus, & ex malitia peccat; non peccat mortaliter, niſi fiat cum contẽptu eius ſalutis, & malo animo.

Non peccat, qui petit adminiſtrationem iuſtitiæ, vel iuſtam gratiam à tyrãno iniuſtè occupante Rempublicam. Caietanus in ſummula ver. Tyrannus

42 Qui introducit mulierem religioſo, vel iuueni, ad tentandam caſtitatem; ſeu qui ſollicitat, vel petit ad tentandam reſponſionem; liẽct ſine animo peccandi; peccat mortaliter. niſi ex qualitate perſonarum, fine, & modo eliciatur circumſtantia, moderans vim verborum inductiuam ad peccandum.

Non

Non peccat mortaliter, qui tangit amore honeſto, & iocoſo, ſine mala intentione, pectus mulieris, mammillas, manũ premit, pedem tangit: immo, vbi mos eſt, amplectitur, oſculatur; licèt vterque ſit iuuenis: dummodo non ſit aſpectus, vel tactus partium obſcenarum.

Non peccat, qui erigit ſtudia doctorum, &c. licèt ibi multa peccata fiant. contra Vuicleff. 43

Artifices, quorum opera ad vſum bonum, vel malum ſunt; vel vt plurimum ad peccatum veniale, vt pigmenta, colliria, mammillaria, &c. non peccant mortaliter: & poſſunt abſolui. quod de monialib⁹ eſt dicendum, etiam ſi maior pars illis operibus malè mortaliter vtatur.

Qui inſtituunt ſolemnes ouationes, nundinas, nuptias, publica conuiuia, in quibus aliqui peccant mortaliter; non peccant mortaliter. 44

Qui propter ſcandalum iniuſtum omittit opus debitum ſub peccato mortali; peccat mortaliter. Immo nec debẽt omitti opera perfectionis: & ſi ſcãdalum eſt ex imbecillitate, eſt prius ſatisfaciendũ propter ſcandalum: & ſi aliquando bona opera ſunt omittenda; tamen non licèt committere peccatum veniale propter quodcumque bonum. Item qui ob iuſtam cauſam occultam non ieiunat in die præcepto, &c. & non ſatisfacit ſcandalo ignorãtium; peccat mortaliter.

Qui dolo, vi, aut fraude nocuit alicui in bonis animæ, inducendo eum ignorantem, aut coactum ad peccatum mortale, debet eum inducere ad pœnitentiam, & ad opera meritoria; impetrando per ſe, vel per alium à Deo illius conuerſionem; non manifeſtãdo peccatum occultum; aliter peccat mortaliter.

## *PRÆCEPTVM XV.*
## *Non occides. Cap. XV.*

1 HOc præceptum includit quodcumque damnum corporale, nō ſolum ab actu exteriori illatum, ſed ab animo.

2 Poteſt quis licite occidere: Primo, auctoritate Iudicis. Secundo, in bello iuſto, & publico. Tertio, ad defenſionem propriæ vitæ. Quarto, quando aliter rem ſuam tueri non poteſt, extra extremam neceſſitatem proximi. Quinto, in defenſionem proximi. In tertio caſu nec peccat, nec eſt irregularis. In reliquis, etſi non peccat, tamen eſt irregularis. In tribus vltimis caſibus debet tantum intendere defenſionẽm ſui, rerum ſuarum, & proximi, licèt inde mors aggreſſoris ſubſequatur. Sed verius mihi videtur, cum Soto, quòd poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ, intendere mortem; ſi aliter ſe, ſua, & honorem maximum defendere non poteſt, verbi gratia, non tenetur quis fugere

cum

cum ſuo dedecore. & poteſt quis inimicum occidere, ſi aliter non poteſt euitare alapam. Quare vxor poteſt occidere virum parantem illi neceſſario mortem; cũ aliter euadere non poteſt: ſed vir occidens, vel præparans occidere vxorem in adulterio deprehenſam, peccat mortaliter. 3

## *Qui peccent mortaliter contra hoc praceptum.*

QVi iniuſtè occidit, mutilat, vel notabiliter ferit, percutit; vel aliquod horum vult procurare; vel delectatur feciſſe; peccat mortaliter. 4

Qui furem diurnum, vel nocturnum occidit, cum aliter ſe, & ſua defendere poſſit; peccat mortaliter. 5

Qui occidit aliquem ad defendendum ſuam caſtitatem, quam cum ſuo honore aliter, id eſt fugiendo, vel clamãdo, poterat defendere.

Qui præter intentionem aliquem caſualiter occidit, non adhibendo diligentiam, quam mediocriter prudentes in ſimilibus caſibus ſolent adhibere; peccat mortaliter. Siue opus ſit licitum, ſiue illicitum, nihil facit ad peccatum mortale: ſed facit ad irregularitatem. 6

Qui illicite aliquid agit, quod eſt cauſa, & via ad homicidium, propter neceſſariam

riam ſui ad defenſionem; peccat mortaliter: & eſt homicida. vt qui intendit etiã tantum percutere hominem, & occidit. & adulter inuentus cum adultera, occidens virum volentem ipſum occidere; peccat mortaliter: & eſt irregularis: de quo ca. 27. nu. 238.

8 Qui damnatus ad mortem occidit miniſtrum iuſtitiæ, vt ſe liberet; peccat mortaliter.

Qui deliberate, ne puſillanimis habeatur, vel ob nimiam audaciam, exponit ſe periculo amittendi vitam, vel mẽbrum aliquod, vel partem notabilem membri; vel infert damnum notabile perſonæ proximi, loco, tempore, vel modo indebito; peccat mortaliter. Idem dicendum nõ eſt de latrone, qui furatur.

Qui vtitur aliquo ioco, cum periculo probabili vitæ ſuæ; peccat mortaliter; ſed poſſunt excuſari, qui practici ſuper funes ambulant; vel qui ad theriacam comprobandam venenum ſumunt, poſt experimẽtum factum in animalibus.

9 Qui duellum illicitum, vel iocum prohibitum, vnde vt plurimum cædes, vel vulnera reportantur, aggreditur; vel aliquem induxit, vel non impediuit cum poſſet; peccat mortaliter De duellis, vide ſupra, c. 11. nume. 39. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 19. eſt etiam Bulla Gregorij xiij.

Spectatores horum ludorũ prohibitorum

rum cum omni voluptate, & conſenſu deliberato quod fierent; vel quorum præſentia eſt cauſa, vt tales ludi fiant; vel ſacerdos, vel monachus, propter ſcandalũ, peccant mortaliter.

Qui deliberate mortem alicuius optat. vt beneficio, aut officio ſuccedat; vel ne caſtigetur; vel aduertenter delectat cogitatione peruerſi operis homicidij, vnde ſibi aliqua vtilitas poſſit prouenire, peccat mortaliter. At delectari propter bonum, & vtilitatem de morte ortam, & non propter mortem, non eſt peccatum mortale.

Licet ſine peccato optare mortem, vel morbum, vel iacturam bonorum alicui, propter reſpectum honeſtum, verbi gratia, vt conuertatur, vel ne grauius peccet. ſic licèt deſiderare mortem Turcarum Principi, & Hęreticis, vt Chriſtianiſmus liberetur à Tirannide, ſi non ſe conuertãt: immo & inimicis Chriſtianis iniuſtè nos perſequentibus, ſi commodius non poſſumus liberari.

Qui deliberato animo ſibi mortem, vel membri mutilitatem optat præ ira, impatiẽtia, dedecore, pauptate, vel alio infortunio: & clericus, ſeu monach⁹, ſi ob id ſibi manus inijcit, excõicatiõé incurrit: nõ auté, ſi zelo deuotionis id faciat. Nec ſi talis eſt percuſſio, quam ſibi licite poteſt inferre, & nõ ab alio tolerare: vt ob mortẽ carorum cędere ſe alapis, vellere barbã. 12

Qui

12 Qui habet animum ſe offerendi, vel ſe offert martyrio, principalius ob vitæ ſuæ tædium, non ob amorem fidei; peccat mortaliter.

Qui ſciens, & aduertens vult decurtare, vel decurtat vitam abſtinentijs indiſcretis; licèt abſque intentione abbreuiandi eam; ſed vt magis Deo ſatisfaciat, peccat mortaliter; ſecus, ſi probabiliter exiſtimat eas non eſſe indiſcretas.

Qui propter aliquod infortunium cupit deliberatè ſe nunquam natum fuiſſe.

Qui iniuſtè conijcit, vel eſt cauſa conijciédi aliquem in carcerem, peccat, & tenetur ad damnum.

13 Qui ægrotus, vel ſanus comedit, vel bibit, vel alijs dedit ad comedendum, vel bibendum, ſciens, vel ſeire debens grauè damnum euenturum; peccat mortaliter; ſi exiguum damnum videtur, venialiter.

Mater, vel nutrix, quæ tenellum puerum in lecto ſuo collocat, cũ periculo probabili ſuffocandi; ſiue ſuffocetur, ſiue nõ; peccat mortaliter, ſecus, ſi ſine periculo.

14 Qui, vel quæ mulierem grauidam ita afficit, vt periculo probabili abortus eam exponat, peccat mortaliter. ſimiliter etiã mulier, quæ ſiue cum animo, ſiue ſine animo abortus, exponit ſe periculo probabili abortus, peccat mortaliter.

15 Qui petit bellum, ſciens eſſe iniuſtum, ſaltem ex parte ſui Ducis; vel qui eò pergit, intuitu ſolius ſtipendij, non attendés,

an

an bellum ſit iuſtum, vel iniu factam Reipu-
mortaliter. Subditus iuſſus ire hæredes ho-
etiamſi non ſecum præmedicetur,
ſtum, dum tamen credat eſſe tale, non ſingula 27
cat eundo. Si tamen vadit cũ animo prin-
cipali occidẽdi inimicum, etiam in bello iuſto, vel perdendi eius bona; peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Qui vult condemnare in aliqua re notabili aliquem iniuſtè; vel condemnatum, ſi poteſt, non liberat; vel inuaſo ab inimicis, ſi ſine periculo ſuo poſſit, non ſubuenit, peccat mortaliter. 16

Qui ſuo teſtimonio poteſt aliquem liberare ab iniuſta morte, vel infamia, & non teſtificatur, etiam non requiſitus; vel ſaltem non facit quantum in ſe eſt, peccat mortaliter: niſi id audiuerit in confeſſione: tunc enim non debet loqui. 17

Nemo tenetur ſe offerre ad teſtimoniũ ferendum, quo aliquis condemnetur, etiã pro liberando accuſatore; niſi aſtrictus à Iudice iuridice, & niſi accuſator obligatus in conſcientia accuſauerit.

Qui dedit teſtimonium falſum, debet illud reuocare, & accuſatum liberare, etiã cum periculo propriæ vitæ. Occiſor tamẽ non debet ſe prodere.

Qui affectus iniuria non prohibet cognatos, vel amicos volentes ſe vindicare. Et in omnibus his caſibus, qui concurrit nouem illis modis, c. 11. nu. 15. imperãdo, laudando, &c. & non impediendo cũ poſ-

ſit,

ſit, & teneatur id facere.

Torneamenta, & ludus taurorum prohibentur per Extrauagantiã Pij V. ſub excommunicatione: niſi ſint moderata, & cum cautela.

## *Ad quid teneatur, qui alium occidit, aut percutit.*

22 QVi iniuſtè occidit hominem liberum, vel ferit, ad nihil tenetur pro deformitate, vel cicatrice relicta, vel pro morte; ſed tenetur ad impenſas; ad ſtipendia, quæ ſanus lucratus fuiſſet per totam vitam; & ad ea, quæ in ſe medicando impendit, antequam obiret; ad damna filiorum, vxoris, &c. ad funeralia debita ſuæ conditioni, infra nume. 26. nec tenetur vinculis, vel morti inferendæ ſe ipſum offer-
23 re; etiam ſi id ſalubre eſſet, ſed debet patienter perferre mortem illatã per leges. Nec neceſſe eſt ſatisfacere, & reſtituere vitam, operibus ſpiritualibus aliquo mo-
24 do æquiualentibus: ſed ſat eſt hæredibus dare tantum, quantum ille viuus, ſuo labore; lucrari poterat. & ſecundum iura reſtituat 50. aureos. & ſic magis tenetur reſtituere qui artificem interfecit, quàm qui nobilem; licèt hoc maius eſſet peccatum. Idem dicendum de excedente debitum modum defenſionis, nu. 27.

25 Latro, vel homicida, punitus à Iudice, tenetur etiam reſtituere damnum parti, ſi pars

ſi pars vltra ſatisfactionem factam Reipublicæ, vellet ſibi ſatisfieri; & hæredes homicidæ tenentur parti.

27 Miles, tempore belli, acceptans ſingularia certamina, principaliter ad oſtendendas vires, vel artem pugnandi, vel ob vanam gloriam, peccat. ſed, ſi principaliter ad victoriam exercitus, proponēdo honorem, reputationem, & fortitudinem ſui exercitus, non peccat.

## *PRÆCEPTVM VI.*
### *Non mœchaberis.*
### *Cap. XVI.*

1 IGnorantia, vel putare non eſſe peccatum coire extra matrimonium, nō excuſat à peccato. Immo aſſerere ſimplicē fornicationem non eſſe peccatum, eſt hæreticum. Voluntas, & conſenſus etiā coactus metu, minis mortis, pudore infamiæ, ſiue vociferetur, ſiue non, eſt peccatum mortale.

Vis abſoluta, & coactio ad fornicandū ſine conſenſu voluntatis, licèt aliquam delectationem accipiat de ipſo actu, dummodo non cooperetur. neque in ipſum actum, neque in delectationem conſentiat, excuſat à peccato, & amiſſione virginitatis, ex S. Lucia. Vnde nec tenetur manus inijcere in corruptorem, nec clamore ſe defendere.

In hoc ſexto præcepto includo nonum præceptum.

Species luxuriæ vniuerſaliores ſunt ſex. Fornicatio, inter ſolutos omni vinculo. Adulterium, cum alter, vel vterq; eſt coniugatus. Inceſtus, ad quem reducitur ſacrilegium, inter cognatos, affines, & ſpirituales, profeſſos, ordinatos ordine ſacro, vel peccatum factum in loco ſacro. Stuprũ, quãdo fœmina eſt virgo: nec refert de viro, an ſit virgo. Raptus, quando rapitur extra domum poſt copulam in vxorẽ, aut violenter extorquetur copula: ſiue illa ſit virgo, ſiue non. Contra naturam, in alio vaſe, vel fœmina cum fœmina, vel vir cum viro, vel cum bruto, vel mollities. nume. *6*.

Monaſterium, & dormitoriũ monachorum non eſt ita locus ſacer, vt peccatum in eo commiſſum ſit ſacrilegium.

Monialis, quæ ante profeſſionem fornicata eſt, vel voluntarie ſe polluit, ſi abſq; diſpenſatione ſaltem Epiſcopi, vel honeſta cautela, velum conſecrationis ſuſcipit, peccat.

Qui committit inceſtum cũ cognata, debet in confeſſione explicare gradum cõſanguinitatis, in quo erant coniuncti.

4 Periculoſum eſt tam confeſſario, quam pœnitenti, immorari in minutis interrogationibus huius materiæ: ſed quàm citiſſimè debet ſe expedire ſacerdos, petendo ſolũ neceſſaria, non deſcendendo ad nimis

mis particularia: & cum hac occaſione pe tat ſimul ea, quæ pertinent ad nonum præceptum.

## *Qui peccant mortaliter circa hoc præceptum.*

QVi rem habet extra matrimonium, & debet cõfiteri numerũ, & ſpeciẽ. Tantum quis peccat cum vna perſona decies habita copula, quãtum cum decẽ ſeparatis eiuſdem qualitatis. 5

6 Qui procurat pollutionẽ, aut cui poſtquam euenit placet; vel qui poteſt, & debet, & non impedit; aut qui ſe exponit probabili periculo vt eueniat, etiam propter exonerandam naturam, peccat. & ſi adeſt deſiderium alicuius perſonæ, non ſolum eſt mollities, ſed eſt etiam alia luxuriæ ſpecies.

7 Pollutio contra voluntatem, quæ impediri non poteſt, non eſt peccatum: vt eſt illa, quæ euenit dormienti, patienti fluxum ſeminis, vel patienti violentum tactum alicuius, cui non conſentit. Item pollutio, quam quis poteſt impedire, ſed non debet, ſi non conſentit, non eſt peccatum. vt operans, qui polluitur ſi non ceſſat ab opere, nõ peccat; vt concionator, doctor, diſputator, confeſſores, qui dum ſtudẽt, vel exercent ſuum munus, polluuntur, non tenentur ceſſare: ſimiliter, qui alloquuntur fœminas honeſtè Idẽ dicẽdũ de Veredario,

ſeu

ſeu curſore. verum hi omnes ſi probabiliter credunt ſe cõſenſuros pollutioni, debent ceſſare ab opere.

Deſiderare pollutionem in ſomno naturaliter, vt leuetur natura nulla adhibita cã, non eſt peccatum. ſic cõplacere ſibi de præterita pollutione ob ſanitatis finem; ſed non procurare. quia non omne, quod poſſum deſiderare, poſſum procurare; vt mortẽ: nec omne volitum eſt voluntariũ.

8 Comedere nimis, vel calida, vt gulæ ſatisfaciat, non vt ſequatur pollutio, licèt deinde ſequatur, non eſt peccatum: ſed peccat, qui ſe ita accõmodat in lecto, vt ſequatur pollutio data opera.

Pollutio, quæ incipit in ſomno, & finitur in vigilia, ſi voluntas ſuperior, ſiue rationalis deliberata non cõſentiat, non eſt peccatum mortale: licèt ſenſualitas de ea delectetur. Immo neque ſi incipiat poſtquam eſt ſemi expergefactus; niſi cũ conſenſu deliberata voluntatis perficiatur: quia ad peccatum mortale requiritur iudicium integrum.

Cõplacentia de præterita, vel deſiderium de futura pollutione ad ſedãdas tẽtationes carnis, dũmodo non procuret, nõ eſt peccatũ. ſecus, ſi complacet deliberate ob delectationẽ carnis, quę inde ſequitur.

Comedere aliquid, vnde putet euenturã pollutionem, modo in hunc finẽ non comedat; non eſt peccatum mortale, licèt ad ſatisfactionem gulæ comedat.

Qui

Qui rem habet cum aliqua, & procurat vt non concipiat, vel ita coit, vt non poſſit concipere, peccat contra naturam : &, ſi vterque conſentit, vterque peccat.

Qui moroſe delectatur de copula ex- 9
plicite, ideſt, cōſentiēdo deliberate in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius naſcitur in ſenſualitate; vel tacitè, ideſt, aduertens ſe illa teneri, & duci in periculum conſentiendi, non expellit, neque nititur expellere, niſi iuſta cauſa excuſet ab expulſione, peccat mortaliter. & toties peccat, quoties mente delectatur, vel circa vnam multoties, vel circa multas ſimul, vel ſeparatim & ſunt circumſtantiæ confitendæ. quia mutant ſpeciem.

Delectatio præſens de cogitatione copulæ cum illa, quam habiturus eſt in vxorem, quando erit vxor, eſt peccatum mortale; quia licèt delectari de ſpe concepta habendi illam; ſed nō licèt deliberate admittere delectationē carnalem, quæ inde naſcetur. quia talis delectatio non eſſet conditionalis, & futura; ſed præſens, & abſoluta.

Qui, vel quæ vidua deliberate, implicite, vel explicite, moroſe delectatur ex memoria copulę præterita, (vt ſupra dixi, c.11.nu. 12.) peccat mortaliter. Licèt tñ viduis reminiſci copulas præteritas, & delectationes inde habitas, & gaudere, ꝙ eas habuerint, & deſiderare eas, ſi qua ratione fieri poſſet; ſed non eſt licitum in præſentia

riam ſui ad defenſionem; peccat mortaliter: & eſt homicida. vt qui intendit etiã tantum percutere hominem, & occidit. & adulter inuentus cum adultera, occidens virum volentem ipſum occidere; peccat mortaliter: & eſt irregularis: de quo ca. 27. nu. 238.

8 Qui damnatus ad mortem occidit miniſtrum iuſtitiæ, vt ſe liberet; peccat mortaliter.

Qui deliberate, ne puſillanimis habeatur, vel ob nimiam audaciam, exponit ſe periculo amittendi vitam, vel mẽbrum aliquod, vel partem notabilem membri; vel infert damnum notabile perſonæ proximi, loco, tempore, vel modo indebito; peccat mortaliter. Idem dicendum nõ eſt de latrone, qui furatur.

Qui vtitur aliquo ioco, cum periculo probabili vitæ ſuæ; peccat mortaliter; ſed, poſſunt excuſari, qui practici ſuper funes ambulant; vel qui ad theriacam comprobandam venenum ſumunt, poſt experimẽtum factum in animalibus.

9 Qui duellum illicitum, vel iocum prohibitum, vnde vt plurimum cædes, vel vulnera reportantur, aggreditur; vel aliquem induxit, vel non impediuit cum poſſet; peccat mortaliter. De duellis, vide ſupra, c. 11. nume. 39. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 19. eſt etiam Bulla Gregorij xiij.

Spectatores horum ludorũ prohibito-

rum

tum cum omni voluptate, & conſenſu deliberato quod fierent; vel quorum præſentia eſt cauſa, vt tales ludi fiant; vel ſacerdos, vel monachus, propter ſcandalũ, peccant mortaliter.

Qui deliberate mortem alicuius optat, vt beneficio, aut officio ſuccedat; vel ne caſtigetur; vel aduertenter delectaẽ cogitatione peruerſi operis homicidij, vnde ſibi aliqua vtilitas poſſit prouenire, peccat mortaliter. At delectari propter bonum, & vtilitatem de morte ortam, & non propter mortem, non eſt peccatum mortale.

Licet ſine peccato optare mortem, vel morbum, vel iacturam bonorum alicui, propter reſpectum honeſtum, verbi gratia, vt conuertatur, vel ne grauius peccet. ſic licèt deſiderare mortem Turcarum Principi, & Hęreticis, vt Chriſtianiſmus liberetur à Tirannide, ſi non ſe conuertãt: immo & inimicis Chriſtianis iniuſtè nos perſequentibus, ſi commodius non poſſumus liberari.

Qui deliberato animo ſibi mortem, vel membri mutilitatem optat præ ira, impatiẽtia, dedecore, pauptate, vel alio infortunio: & clericus, ſeu monach⁹, ſi ob id ſibi manus inijcit, excõicationẽ incurrit: nõ autẽ, ſi zelo deuotionis id faciat. Nec ſi talis eſt percuſſio, quam ſibi licite poteſt inferre, & nõ ab alio tolerare: vt ob mortẽ caro rum cędere ſe alapis, vellere barbã. 12

Qui

12 Qui habet animum ſe offerendi, vel ſe offert martyrio, principalius ob vitæ ſuæ tædium, non ob amorem fidei; peccat mortaliter.

Qui ſciens, & aduertens vult decurtare, vel decurtat vitam abſtinentijs indiſcretis; licèt abſque intentione abbreuiandi eam; ſed vt magis Deo ſatisfaciat, peccat mortaliter; ſecus, ſi probabiliter exiſtimat eas non eſſe indiſcretas.

Qui propter aliquod infortunium cupit deliberatè ſe nunquam natum fuiſſe.

Qui iniuſtè conijcit, vel eſt cauſa conijciẽdi aliquem in carcerem, peccat, & tenetur ad damnum.

13 Qui ægrotus, vel ſanus comedit, vel bibit, vel alijs dedit ad comedendum, vel bibendum, ſciens, vel ſcire debens grauè damnum euenturum; peccat mortaliter; ſi exiguum damnum videtur, venialiter.

Mater, vel nutrix, quæ tenellum puerum in lecto ſuo collocat, cũ periculo probabili ſuffocandi; ſiue ſuffocetur, ſiue nõ; peccat mortaliter, ſecus, ſi ſine periculo.

14 Qui, vel quæ mulierem grauidam ita afficit, vt periculo probabili abortus eam exponat, peccat mortaliter. ſimiliter etiã mulier, quæ ſiue cum animo, ſiue ſine animo abortus, exponit ſe periculo probabili abortus, peccat mortaliter.

15 Qui petit bellum, ſciens eſſe iniuſtum, ſaltem ex parte ſui Ducis; vel qui eò pergit, intuitu ſolius ſtipendij, non attendẽs,

an

an bellum ſit iuſtum,vel iniuſtum ; peccat
mortaliter. Subditus iuſſus ire ad bellum,
etiamſi non ſecum præmedicetur, an ſit iu
ſtum, dum tamen credat eſſe tale,non pec
cat eundo. Si tamen vadit cũ animo prin-
cipali occidẽdi inimicum , etiam in bello
iuſto,vel perdendi eius bona; peccat mor
taliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Qui vult condemnare in aliqua re no- 16
tabili aliquem iniuſtè; vel condemnatum,
ſi poteſt,non liberat ; vel inuaſo ab inimi-
cis,ſi ſine periculo ſuo poſſit , non ſubue-
nit,peccat mortaliter .

Qui ſuo teſtimonio poteſt aliquem libe 17
rare ab iniuſta morte , vel infamia , & non
teſtificatur,etiam non requiſitus ; vel ſal-
tem non facit quantum in ſe eſt, peccat
mortaliter : niſi id audiuerit in confeſſio-
ne: tunc enim non debet loqui .

Nemo tenetur ſe offerre ad teſtimoniũ
ferendum,quo aliquis condemnetur, etiã
pro liberando accuſatore ; niſi aſtrictus à
Iudice iuridice,& niſi accuſator obligatus
in conſcientia accuſauerit .

Qui dedit teſtimonium falſum, debet il
lud reuocare,& accuſatum liberare , etiã
cum periculo propriæ vitæ. Occiſor tamẽ
non debet ſe prodere .

Qui affectus iniuria non prohibet co-
gnatos, vel amicos volentes ſe vindicare.
Et in omnibus his caſibus , qui concurrit
nouem illis modis,c.11.nu.15.imperãdo,
laudando,&c. & non impediendo cũ poſ-
ſit,

ſit, & teneatur id facere.

Torneamenta, & ludus taurorum prohibentur per Extrauagantiã Pij V. ſub excommunicatione: niſi ſint moderata, & cum cautela.

## *Ad quid teneatur, qui alium occidit, aut percutit.*

22 QVi iniuſtè occidit hominem liberum, vel ferit, ad nihil tenetur pro deformitate, vel cicatrice relicta, vel pro morte; ſed tenetur ad impenſas; ad ſtipendia, quæ ſanus lucratus fuiſſet per totam vitam; & ad ea, quæ in ſe medicando impendit, antequam obiret; ad damna filiorum, vxoris, &c. ad funeralia debita ſuæ conditioni, infra nume. 26. nec tenetur vinculis, vel morti inferendæ ſe ipſum offer-
23 re; etiam ſi id ſalubre eſſet, ſed debet patienter perferre mortem illatã per leges. Nec neceſſe eſt ſatisfacere, & reſtituere vitam, operibus ſpiritualibus aliquo mo-
24 do æquiualentibus: ſed ſat eſt hæredibus dare tantum, quantum ille viuus, ſuo labore; lucrari poterat. & ſecundum iura reſtituat 50. aureos. & ſic magis tenetur reſtituere qui artificem interfecit, quàm qui nobilem; licèt hoc maius eſſet peccatum. Idem dicendum de excedente debitum modum defenſionis, nu. 27.
25 Latro, vel homicida, punitus à Iudice, tenetur etiam reſtituere damnum parti,

ſi pars

ſi pars vltra ſatisfactionem factam Reipublicæ, vellet ſibi ſatisfieri; & hæredes homicidæ tenentur parti.

Miles, tempore belli, acceptans ſingularia certamina, principaliter ad oſtendendas vires, vel artem pugnandi, vel ob vanam gloriam, peccat. ſed, ſi principaliter ad victoriam exercitus, proponẽdo honorem, reputationem, & fortitudinem ſui exercitus, non peccat. 27

## *PRÆCEPTVM VI.*
### *Non mœchaberis.*
### *Cap.XVI.*

IGnorantia, vel putare non eſſe peccatum coire extra matrimonium, nõ excuſat à peccato. Immo aſſerere ſimplicẽ fornicationem non eſſe peccatum, eſt hæreticum. Voluntas, & conſenſus etiã coactus metu, minis mortis, pudore infamiæ, ſiue vociferetur, ſiue non, eſt peccatum mortale. 1

Vis abſoluta, & coactio ad fornicandũ ſine conſenſu voluntatis, licèt aliquam delectationem accipiat de ipſo actu, dummodo non cooperetur. neque in ipſum actum, neque in delectationem conſentiat, excuſat à peccato, & amiſſione virginitatis, ex S. Lucia. Vnde nec tenetur manus inijcere in corruptorem, nec clamore ſe defendere.

In

In hoc ſexto præcepto includo nonum præceptum.

Species luxuriæ vniuerſaliores ſunt ſex. Fornicatio, inter ſolutos omni vinculo. Adulterium, cum alter, vel vterq; eſt coniugatus. Inceſtus, ad quem reducitur ſacrilegium, inter cognatos, affines, & ſpirituales, profeſſos, ordinatos ordine ſacro, vel peccatum factum in loco ſacro. Stuprũ, quãdo fœmina eſt virgo: nec refert de viro, an ſit virgo. Raptus, quando rapitur extra domum poſt copulam in vxorẽ, aut violenter extorquetur copula: ſiue illa ſit virgo, ſiue non. Contra naturam, in alio vaſe, vel fœmina cum fœmina, vel vir cum viro, vel cum bruto, vel mollities. nume. 6.

Monaſterium, & dormitoriũ monachorum non eſt ita locus ſacer, vt peccatum in eo commiſſum ſit ſacrilegium.

Monialis, quæ ante profeſſionem fornicata eſt, vel voluntarie ſe polluit, ſi abſq; diſpenſatione ſaltem Epiſcopi, vel honeſta cautela, velum conſecrationis ſuſcipit, peccat.

Qui committit inceſtum cũ cognata, debet in confeſſione explicare gradum cõſanguinitatis, in quo erant coniuncti.

4 Periculoſum eſt tam confeſſario, quam pœnitenti, immorari in minutis interrogationibus huius materiæ: ſed quàm citiſſimè debet ſe expedire ſacerdos, petendo ſolũ neceſſaria, non deſcendendo ad nimis

mis particularia: & cum hac occaſione pe
tat ſimul ea, quæ pertinent ad nonum
præceptum.

## *Qui peccant mortaliter circa hoc præceptum.*

QVi rem habet extra matrimonium, 5
& debet cõfiteri numerũ, & ſpeciẽ.
Tantum quis peccat cum vna perſona
decies habita copula, quãtum cum decẽ
ſeparatis eiuſdem qualitatis.

Qui procurat pollutionẽ, aut cui poſt- 6
quam euenit placet; vel qui poteſt, & de-
bet, & non impedit; aut qui ſe exponit
probabili periculo vt eueniat, etiam pro-
pter exonerandam naturam, peccat. & ſi
adeſt deſiderium alicuius perſonæ, non
ſolum eſt mollities, ſed eſt etiam alia luxu
riæ ſpecies.

Pollutio contra voluntatem, quæ impe- 7
diri non poteſt, non eſt peccatum: vt eſt il
la, quæ euenit dormienti, patienti fluxum
ſeminis, vel patienti violentum tactum
alicuius, cui non conſentit. Item pollutio,
quam quis poteſt impedire, ſed non de-
bet, ſi non conſentit, non eſt peccatum. vt
operans, qui polluitur ſi non ceſſat ab ope
re, nõ peccat; vt concionator, doctor, di-
ſputator, confeſſores, qui dum ſtudẽt, vel
exercent ſuum munus, polluuntur, non te
nentur ceſſare: ſimiliter, qui alloquuntur fœ
minas honeſtè. Idẽ dicẽdũ de Veredario,
ſeu

ſeu curſore. verum hi omnes ſi probabiliter credunt ſe cōſenſuros pollutioni, debent ceſſare ab opere.

Deſiderare pollutionem in ſomno naturaliter, vt leuetur natura nulla adhibita cā, non eſt peccatum. ſic cōplacere ſibi de præterita pollutione ob ſanitatis finem; ſed non procurare. quia non omne, quod poſſum deſiderare, poſſum procurare; vt mortē: nec omne volitum eſt voluntariū.

8 Comedere nimis, vel calida, vt gulæ ſatisfaciat, non vt ſequatur pollutio, licèt deinde ſequatur, non eſt peccatum: ſed peccat, qui ſe ita accōmodat in lecto, vt ſe quatur pollutio data opera.

Pollutio, quæ incipit in ſomno, & finitur in vigilia, ſi voluntas ſuperior, ſiue rationalis deliberata non cōſentiat, non eſt peccatum mortale: licèt ſenſualitas de ea delectetur. Immo neque ſi incipiat poſtquam eſt ſemi expergefactus; niſi cū conſenſu deliberata voluntatis perficiatur: quia ad peccatum mortale requiritur iudicium integrum.

Cōplacentia de præterita, vel deſiderium de futura pollutione ad ſedādas tētationes carnis, dúmodo non procuret, nō eſt peccatū. ſecus, ſi complacet deliberate ob delectationē carnis, quę inde ſequitur.

Comedere aliquid, vnde putet euenturā pollutionem, modo in hunc finē non comedat; non eſt peccatum mortale, licèt ad ſatisfactionem gulæ comedat.

Qui

Qui rem habet cum aliqua, & procurat vt non concipiat, vel ita coit, vt non poſſit concipere, peccat contra naturam : &, ſi vterque conſentit, vterque peccat.

Qui moroſe delectatur de copula explicite, ideſt, cõſentiẽdo deliberate in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius naſcitur in ſenſualitate; vel tacitè, ideſt, aduertens ſe illa teneri, & duci in periculum conſentiendi, non expellit, neque nititur expellere, niſi iuſta cauſa excuſet ab expulſione, peccat mortaliter. & toties peccat, quoties mente delectatur, vel circa vnam multoties, vel circa multas ſimul, vel ſeparatim & ſunt circumſtantiæ confitendæ. quia mutant ſpeciem. 9

Delectatio præſens de cogitatione copulæ cum illa, quam habiturus eſt in vxorem, quando erit vxor, eſt peccatum mortale; quia licèt delectari de ſpe concepta habendi illam; ſed nõ licèt deliberate admittere delectationẽ carnalem, quæ inde naſcetur. quia talis delectatio non eſſet conditionalis, & futura; ſed præſens, & abſoluta.

Qui, vel quæ vidua deliberate, implicite, vel explicite, moroſe delectatur ex memoria copulę præterita, (vt ſupra dixi, c. 11. nu. 12.) peccat mortaliter. Licèt tñ viduis reminiſci copulas præteritas, & delectationes inde habitas, & gaudere, ꝙ eas habuerint, & deſiderare eas, ſi qua ratione fieri poſſet; ſed non eſt licitum in

præſentia

præſentia admittere delectationē carnalem, inſurgentem ex hac memoria. Idem poteſt dici de coniugatis reſpectu copulæ præteritæ, vel futuræ.

11 Qui vult tangere, vel tangit, amplectitur, vel oſculatur animo deliberato implicite, vel explicitè fruēdi delectatione carnali; nata ex tali facto, licèt tactus de ſe non ſit impudicus, vel tangat futuram cōiugem non deſponſatam, peccat mortaliter, tantum licèt hæc facere ad ſe delectādum honeſtè ob honeſtum amorē, vel ad vrbanitatem, vel ad laudandum Deum, qui eam tam pulchram fecit; modo non ſe exponat periculo.

Videre, & alloqui ob ſolam curioſitatem cognoſcendi, cuius pulchritudinis ſit, vel quo inceſſu, vel geſtu ſit; & oblectare ſe deliberate vidēdo, & alloquēdo huiuſmodi creaturā formoſam, & eius res nouas, & pompoſas, ſine intētione mala, & carnali delectatione, non eſt pluſquam veniale.

12 Qui tantū ſponſalia cōtraxerūt de futuro, poſſunt ſe oſculari, amplecti, & tāgere ſe tactibus, qui de ſe non ſint impudici, & frui voluptate, quæ ex his oritur; ſine tamē ampliori volūtate, id eſt, copulæ, & probabili periculo pollutionis; & ſine tactibus verendorū, quia iſti de ſe ſunt impudici.

13 Qui petit aliquem locum, præſertim Eccleſiam, vt videat, & concupiſcat mortaliter fœminas; vel qui promittit, dat, vel

recipit epiſtolas,vel munuſcula, licèt par
ua,hac intentione ; peccat mortaliter.

Qui quærit mediatrices , vel malefi-
cas ad hunc effectum ; peccat mortaliter.

Qui, vel quæ ſe exhibet feneſtræ, vt vi- 14
deatur ab aliquo, à quo, vel à qua ſcit ſe
mortaliter amari , & ſuo aſpectu morta-
liter peccaturum , licèt in opus peccati
non conſentiat; peccat mortaliter, toties
quoties .

Qui ſe veſtit , vel ornat , vt alicui eius
pulchritudo videatur, & carnaliter mor-
taliter ametur, peccat mortaliter; ſed,ſi,
vt ametur honeſte carnaliter; peccat ve-
nialiter. ſi in finem honeſtum , vel in ma-
trimonium , non peccat .

Qui deliberate delectatur loquendo ,
audiendo , canendo verba turpia luxu-
riæ ; peccat mortaliter. de hoc vide c. 11.
numero 12.

Qui nutu, verbis, cantu nititur prouo-
care ad hoc peccatum,licèt ipſe nolit pec
care; aut adhibuit ſibi ſocios in actum
mortiferum , vt in muſicam , cantum ad
hoc aptum , & collimatum ; peccat mor-
taliter.

Qui falſo gloriatur ſe rem habuiſſe cũ
illa,vel illo; peccat mortaliter,& tenetur
ad reſtitutionem famæ .

Qui pluſquam oportet comedit , vel 15
bibit, vel calida,vel aromata quærit,quo
magis delectetur hoc peccato ; peccat
mortaliter ; niſi ſit cum coniuge ad ſol-

uendum debitum; quia non peccat: vel vt magis delectetur in ſoluendo debito; & eſt tantum peccatum veniale.

Is, quem piget impotentię coeundi luxurioſe; peccat mortaliter. ſed quem piget impotentiæ coeundi cum vxore, non peccat.

Qui mulierem longo tempore inſequitur ad peccatum, grauius peccat. &, ſi mulier honeſto habitu incedat, tenetur ad infamiam, & contumeliam, quæ inde ſequitur. &, ſi inducit ad peccandum, tenetur ei perſuadere pœnitentiam, de quo ſupra c. 14. nu. 32.

Qui locat domum meretrici, vbi ſcit probabiliter exercendum meretricium; peccat mortaliter.

## *Quid debet reſtituere, qui rem habet cum virgine, vel putata virgine.*

16 QVi deflorat virginem, quæ ſponte ſe obtulit, vel leuiter rogata, ad nihil tenetur; ſecus ſi importune rogata; in foro autem exteriori ad multa tenetur.

17 Qui importunis precibus, vel falſis promiſſionibus decepit virginem, in conſcientia debet eam ducere in vxorem; licèt id ei non promiſerit: vel tenetur facere id, quo ipſa ſit contenta; vel reſarcire totum damnum inde ſecutum, vt augere dotem, vt accipiat talem maritum, qualem virgo accepiſſet; etiam aliquid plus, ob vere-

cundiam,

cundiam, quam in tota vita paſſura eſt: ſed non tenetur penitus dotare, niſi à Iudice condemnetur.

Qui promittit ſe ducturum eam in vxorem, licèt non magnis precibus; ſi animo ficto promittit, tenetur accipere, maximè ſi interſit iuramentum; niſi eſſent valde inæquales genere, vel diuitijs: quia tunc ſatis eſt reſarcire damnum, vt ſupra. Si promittit animo vero, debet eam ducere, niſi magnũ ſcandalũ ſequat̃, aut pater puellæ oĩno renuat, aut niſi eſſet vxoratus, vel ſacris initiatus. Itẽ tenet̃ placare patrẽ, & ſatisfacere pro iniuria illata. 18

Aliquid ei debetur ob fracturam ſigilli, ſi ob id à marito aliquid patitur, quando dolo, vel precibus importunis eam corrupit. 19

Qui rem habet fraude, vel precibus importunis cum corrupta pro virgine reputata, quam infamauit. licèt ob virginitatem ad nihil teneatur, tamen propter infamiam tenetur.

## *Concubinarius quando non eſt abſoluendus.*

Concubinarius cohabitans cum concubina non eſt abſoluendus, donec ab ea firmo propoſito ſeparetur. vt ſupra c. 1. & c. 14. nu. 31. Idem faciendũ cũ his, quos populus credit eſſe tales; donec 20

veritas publicetur. &, ſi quis eſt caſus, (qui rariſſimus eſt) quo concubinarij ſine periculo peccandi poſſint cohabitare; tamen ſine deliberato propoſito non conuerſandi opere, & voluntate, non ſunt abſoluendi.

21 Qui iudicat ſe non poſſe euitare peccatum, niſi ab ea ſeparetur, debet ſeparari; licèt ſit pater, mater, filius, filia, vxor, maritus.

Ancilla, qua dominus abutitur, ſi non poteſt reſiſtere, niſi fugiendo, iuſte poteſt fugere, vel compellere dominum, vt eam vendat alteri, qui ea non abutatur. ſupra c. 14. num. 32. Concubinarij prius moniti, ſunt excommunicandi, & concubinæ in exilium eijciendæ. per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de reformat.

Vxor poteſt diſcedere à marito, qui eam ad peccatum attrahit.

## *Quibus modis coniuges peccent in coniugio.*

24 Coniux, qui habet rem cum coniuge, ac ſi non eſſet coniux, vel eſſet aliqua alia, peccat mortaliter.

25 Qui, vel quæ ſine cauſa legitima negat coniugi debitum, loco, & tempore idoneo petitum; niſi precibus contrarium ſuadeat; quæ non debent eſſe nimiæ; peccat mortaliter.

Non tenetur reddere in loco ſacro, vel

publico, vel cum periculo vitæ, vel grauis infirmitatis, vel abortus: ſed non excuſat quadrageſima, vel feſtus dies paſchatis. & grauius peccatum eſt, quando ex odio negatur.

Debitum poteſt peti verbis, nutibus, ſignis, &, quando coniux aduertit coniugem id deſiderare, ſed ob verecundiam, vel puſillanimitatem id non audere petere, tenetur reddere. 26

Coniux, ſi ante conſummatum matrimonium vult ingredi religionem, poteſt negare debitum: ſed debet ei aſſignari tempus ad iudicium boni viri. 27

Stultitia, vel furor petentis non excuſat à redditione debiti, ſi ſine periculo notabilis damni perſonæ, à qua petitur, reddi poſſit.

Mulier, copulam habens cum viro adultero, non fit bigama, vel irregularis. Vir vero cum adultera fit, licèt neſciret illam adulteratam fuiſſe.

Maritus, ſciens vxorem adulterari, ſi non ſe ſeparat ab ea, immo petit, vel reddit debitum, peccat mortaliter; niſi res eſſet occulta, vel illa ſe emendaſſet; vel ideo petat, ne ipſemet adulteretur: dummodo ne credatur leno vxoris. 28

Vxor, cohabitans cum marito publico adulterante, & petens, vel reddens debitum, non peccat.

Maritus non poteſt accuſare vxorem adulteram, ſi ipſe eſt adulteratus; vel v- 29

xor eſt paſſa vim, vel probabiliter crede bat maritum mortuum; vel fuit decepta ſub ſpecie mariti; vel maritus dat occaſioné adulterandi; vel ſi maritus tolerat, & eſt eã paſſus, poſt cognitũ adulterium.

30 Qui, vel quæ vouit continentiam, & poſtea contrahit, præſertim animo coeundi, etiam ſi nõ cõſummet; & iterum quoties conſummat petendo: licèt aliqui velint tantum prima vice peccare. poteſt tamen diſpenſare Epiſcopus.

31 Qui, vel quæ coniux vouit continentiã, ſi petit debitum, peccat: &, ſi vir conſenſit voto vxoris, & deinde reddit petenti debitum, peccat: quia conſentit in peccatum: ſed non peccat, ſi ipſe petit, licèt conſenſerit voto vxoris: ſi vterque vouit, vterque peccat. de quo ſupra, c. 12. num. 60.

Si ambo pacti ſunt, ne à ſe mutuo debitum peccãt, & cognoſcunt, quòd vterque id peteret, ſi poſſet, non peccant, ſi habent copulam.

32 Vterque coniux, petens, vel reddens debitum tempore menſtruorum, numquam peccat mortaliter; licèt credat cõcipiendum monſtrum. &, ſi petit, vel reddit, ne ſit odio conſorti, vel vt euitet ſuã, vel conſortis fornicationem; nec peccat venialiter. licèt S. Th. oppoſitum teneat.

Rem habere cum cõiuge in loco ſacro, vel benedicto, ob quemcumque finem, eſt peccatum mortale. licèt Sotus contrariũ

teneat

teneat in copula occulta.

Impedire cóceptionem prolis ob quẽcumq; finem, eſt peccatum mortale. & ob id effundere ſemen extra vas, eſt peccatum contra naturam. 33

Poſſunt coniuges de communi conſenſu à debito abſtinere, ne faciant plures filios, quàm alere poſſint: dummodo non ſit periculum fornicationis.

Qui, vel quæ malitioſe, vt defraudet coniugé, ſit patrinus, in baptiſmo, vel con firmatione filij, & ideo non reddit debitum, peccat, ſed non poteſt petere: ſed Epiſcopus poteſt diſpẽſare. ſi vterq; fuit patrinus, non poſſunt petere, ſed poſſunt reddere. nõ ſic de voto. Si vero fuit error, neceſſitas, vł ignorãtia, põt petere debitũ. 34

Pater, qui eſt patrinus filij concubinæ, non poteſt ducere concubinam in vxoré.

Qui, vel quæ habuit rem cum cognata, vel cognato coniugis, poteſt reddere debitum, ſed non petere: ſi cum proprio cognato, poteſt reddere, & petere. 35

Vxor, quæ dat facultatem viro, vel conſentit, vt cum alia miſceatur; immo, ſi nõ impedit, quando commode poteſt, peccat mortaliter.

Qui clamdeſtine, quamuis cum parocho, & teſtibus, matrimonium ſine iuſta cauſa contrahit, peccat mortaliter. 36

Qui contraxit publice, & matrimoniũ reperitur nullum, ob aliquod impedimẽtum; habita diſpẽſatione, poteſt clamde- 37

ſtine contrahere coram parocho, & teſtibus. Confeſſarius poteſt per curare matrimonium iam iam morientis cum concubina, vt filij legitimentur; & ipſe tutius moriatur.

Vſus matrimonij clamdeſtini contracti ſine teſtibus, eſt peccatum mortale.

38 Vſus matrimonij ante benedictionem nuptialem non eſt peccatum mortale. nec eſt differentia inter primã, & alias vices.

Qui, vel quæ ſine legitima cauſa, vel ſine periculo incontinentiæ, facit matrimonium clamdeſtinum, & non vult illud publicari; peccat mortaliter.

39 Mulier, contrahens clamdeſtine cum vno, & publicè cum ſecundo, ſi rem habeat cum ſecundo, etiam coacta ab Eccleſia, peccat: ſi cum primo, & cum ſcandalo aliorum, peccat. datur remedium à Sil. v. Debitum coniugale, q. 6. ſed non valet, niſi in terris, in quibus Concilium Tridentinum non eſt receptum.

40 Mulier, non ſatis certa de coniugis morte, nubens cum ſecundo, peccat mortaliter, &, ſi probabiliter, & cum rationabili cauſa dubitans, petit; vel reddit debitum, peccat; ſed poteſt expellere animi dubietatem, vt reddat; licèt credat, nec poſſit, vel debeat non credere, ad effectum petendi: ſi vero ſcit, vel credit ex leui cauſa, poteſt deponere dubietatem, ad effectum petendi, & reddendi debitum.

Qui,

Qui, vel quæ ſe polluit, vel ſe tangit 42
cum periculo probabili pollutionis; peccat mortaliter.

Qui eo modó rem habet cum coniuge, vt non poſſit recipere, vel retinere ſemé; peccat mortaliter.

Qui véro non modo naturali rem habet, & ſemen poteſt recipi, & retineri, licèt non peccet mortaliter, tamen eſt grauiter reprehendendus. Similiter peccat, qui, vel quæ, licèt nolit his modis rem habere, tamen concurrit nouem illis modis, mandando, &c. ſupra, c. 11. nu. 15.

## *Mulier, quæ filium ex adulterio concepit, vel fingit parere ſuppoſitum filium, quid faciet.*

PEccàuit, ſed poteſt abſolui, licèt ta- 43
ceat, & noceat patri putatiuo, & hæredibus; quando timetur mors, vel amiſſio famæ, vel vitæ ſpiritualis cõiugis: ſed,
ſi mulier iam eſſet infamata, & putat, ꝙ 44
pater, & filius adhibebunt ſibi fidem, nec 45
timet ſuæ vitæ, debet reuelare: ſimiliter, 46
ſi crederet filium ſpurium eſſe tantæ virtutis, vt crederet ſecreto reuelanti, & relinqueret hæreditatem fratribus legitimis, debet reuelare.

Et, quando talis mulier non tenetur id 47
reuelare, inducat filium ad religionem, non potentem ſuccedere hæreditati, facta

ante proſeſſionem renuntiatione patri; vel de paraphernalibus ſatisfaciat; vel ipſa plus laboret, quam onus matrimonij requirit; vel minus veſtibus ſibi neceſſarijs impendat, &c. vt reficiat impenſas; vel ſaltem pœniteat.

48 Tenetur etiam ad damnum ille, qui tradidit filium ſuum ad fingendum partum; vel tenetur adulter ſatisfacere, maxime quando vxor non ſatisfacit; ſi tamen credit illum eſſe ſuum filium, vel credibile eſt. quod ſi non eſt illi credibile, non poteſt cogi à confeſſario.

Si hoſpitali nutriendum relinquerent, tenentur hoſpitali; niſi paupertas eos excuſet.

Adultera ſecreta poteſt teſtari filio de adulterio habito cum iuramento, fingendo ſibi aliam intentionem.

Quantum adulter debeat reſtituere patri putatiuo, vel hæredibus eius, eſt ſtandum iudicio boni viri, conſiderantis damnum patris putatiui, & mercedem, quam meruit filius putatiuus.

## *PRÆCEPTVM VII.*

### *Non furtum facies. Cap. VII.*

1 SVb hoc præcepto non ſolum continetur contrectatio rei alienæ inuito domino ad acquirendum proprietatem, vel vſum, vel poſſeſſionē; quod proprie furtū dici-

dicitur; ſed etiam omne iniuſte acceptũ, vel retentum; vel iniuſta damni illatio; & omnis vſurpatio illicita. & hæc, vel eſt mẽtalis, quæ non obligat ad reſtitutionem, vel eſt realis. Furtum eſt ex genere ſuo mortale. excuſat à mortali peccato paruitas materiæ: ob quam moraliter ſpecificatur. quæ paruitas, arbitrio boni viri iudicanda eſt. z

Qui parum furatur, volens multum furari; peccat mortaliter.

Qui parum furatur ſine animo plus furandi, vel maius damnum faciendi, quàm illa res valet, non peccat mortaliter: licèt ſciat dominum moleſte ferre, nec poſtulatum daturum. Caiet. 2.2.q.66.art.6.

Qui furatur rem paruam, vt acum à ſartore, ſciens aliam non habere, & inde ſequi magnum damnum; peccat mortaliter. Sic, qui furatur rem paruam, ſciens futuram magnam perturbationem domino: vt ſeruus malum punicum à Domino; peccat mortaliter. hinc aliquando, qui rẽ paruam aufert à diuite, peccat mortaliter; non à paupere; vel contra, qui à paupere; vel contra, qui à paupere, non à diuite. Paruitas materiæ, per Nauarrum, eſt intra dimidium iulij.

Excommunicatio lata cõtra furantes, intelligitur de materia per ſe ſufficienti ad peccatum mortale, vel ſecundum conſtitutionem illius diœceſis, quæ determinat quantitatem furti pro excommunicatione.

nicatione. excuſat etiam à mortali indeliberatio, vel ſubreptio, & defectus iudicij idonei.

5 Excuſat etiam à veniali ignorantia probabilis, quod res eſſet aliena: & magna neceſſitas, & probabilis præſumptio, quod dominus æquo animo ferat. non autem, ſi dubitaret: quia tunc peccat mortaliter; etiam ſi dominus æquo animo ferat: quamuis tunc non teneatur ad reſtitutionem. Nec excuſat; ſi id patiatur dominus timore, vel pudore. Excuſat etiam impotentia recuperandi ſuum ſine ſcandalo. Item excuſat propoſitum reſtituendi quod accepit, domino proprio. vt ſi quis accipiat à fure, vel ab aliquo, quod male emit, vt domino reddat Item excuſat iuſta voluntas iuuandi dominum ſpiritualiter, vel temporaliter.

## DE RESTITVTIONE.

*Quid ſit, quis, quid, quantum; cui; vbi, quomodo, quo ordine, & quando.*

6 Reſtitutio eſt actus iuſtitię commutatiuæ, quo redditur alteri quod ſuũ eſt; circa bona animi, corporis, honoris,
7 vel pecuniæ. Si rem alienam bona fide accepit, vel emit, & apud ſe eſt; tenetur eã reddere domino; etiam ſine pretio. ſi nõ

eſt apud ſe,nõ tenetur,niſi id, in quo fuit factus ditior : ideſt, ſi rem alienam pluris vendidit,quam emiſſet,illud plus reſtitue re tenetur, quia quo ad illud alienum retinet. & hoc debetur illi, cui vendit.

Qui monetam adulterinam pro bona, vel aurichalcum pro auro accipit;& mox alij vendidit bona fide ; vbi rem ſciuerit, tenetur reſtituere emptori pretium:quia eſt in culpa aliquo modo non ſic,qui rem bonam vendidit. quòd ſi non eſt in culpa aliquo modo,idẽ eſt iudicãdũ de vtroq;. 8

Inuitatus ad cęnam vituli furto ablati, ſi comedit mala fide, tenetur ad id,quod comedit; ſi bona fide, ad id, quod eſt lucratus, parcendo cęnæ propriæ domus : &,ſi nihil eſt lucratus ; ad nihil tenetur . ſimiliter de vſu alienæ veſtis. 9

Qui emit bona fide rem à non domino; vbi hoc ſciuerit, poteſt rem reddere venditori,& ſuam pecuniam recuperare.

Qui accipit mala fide,& retinet, tenetur eandem rem reſtituere, ſi poteſt : ſin minus,quia perijt, tenetur tantum, quanto pluris valuit à tempore acceptionis malæ,vel retentionis. 10

Ille dicitur habere bonam fidem, qui probabiliter credit rem eſſe ſuã,vel eius, qui illam ei dedit. 11

## *Quis teneatur reſtituere.*

Reſpondetur,qui alienum tenet, vel aliquid vere debet lege iuſtitiæ ſpeciali: 12

ciali. & ſunt iſti.

Tenens rem alienam.

Obligatus ex contractibus.

13 Obligatus ex quaſi contractu: vt tutor pupillo.

Obligatus lege aliqua obligante conſcientiam: non ſic pœnalia, quia non obligant ante condemnationem Iudicis.

14 Obligatus ex teſtamento; vel voluntate vltima.

Obligatus ex ſententia iuſta.

Obligatus ex delicto damnificante bona aliena animæ, corporis, famæ, fortunæ; ſiue ſine conſenſu dãnificati, ſiue cum
15 conſenſu coacto, & cum metu; dummodo ille metus coram Deo ſit cauſa principalis; licèt non ſit cadens in conſtantem vi-
16 rum. Verum, contra Caietanum, non tenet, qui blanditijs puris aliquid obtinet: vt meretrices: dummodo ſit ſine fraude.

17 Obligatus, ex quaſi delicto, vt Iudex ex ignorantia ſententiam iniquam proferens; vt is, ex cuius domo aliquid eiectũ damnificauit alium; vt magiſter nauis, de furto facto in naui; & caupo, ſiue ſtabularius, de re ſibi ab hoſpite commendata.

18 Qui conſenſit facienti, aliquo nouem modorum prædictorum, id eſt, iubendo; conſilium dando, conſentiendo ſimpliciter, laudando, recipiendo, participando, tacendo; ſi ex officio, non impediendo, non manifeſtando: & tantum tenetur reſtituere illud damnum, cuius fuit cauſa,

ſine

ſine qua non. nec excuſatur ſeruus occi- 19
dens iuſſu domini, dicens, ſi ego non fecíſ- 20
ſem, alius feciſſet. Non tenetur, qui à fure 21
aliquid accipit, vt taceat; dummodo illud
ſit furis; dummodo non teneatur ex offi-
cio: nec officialis in periculo vitæ, vel ſta
tus ſui, tenetur ſeruare vitam, vel ſtatum
alterius particularis.

In capitulo, conſiſtorio, vel vniuerſitate, vbi res fiunt per ſuffragia publica maioris partis, ſi minor pars conſentit in rē malam; & aliquis non poteſt ſuo ſuffragio rem malam reuocare, vel in aliquo iuuare; ſi conſentit cum maiori parte, peccat: ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Obligatus eſt confeſſarius reſtituere, 22
qui per ignorantiam craſſam, vel affectatam abſoluit, antequam præcipiat confitenti reſtitutionem: id eſt ſciens futurum, vt aliter non reſtitueret, niſi confeſſor præcipiat.

## *Quid reſtituendum.*

REſpondetur, quod acceptum eſt: ni- 24
ſi dominus alia re fuerit contentus;
& niſi manifeſtetur occultus peccator;
vel graue damnum ſequatur. Item, ſi res 25
eſt fructifera, ſunt reſtituendi omnes fructus, deductis impenſis: ſi vero non eſt fructifera, non eſt reſtituendum, quod vſu, & induſtria eſt acquiſitum: vt latro, qui lucratus eſt pecunia furtiua: niſi reſtitueret illud propter aliquod intereſſe.

*Quan-*

## Quantum reſtituendum.

27 Reſpondetur, ſi quantitas damni eſt certa, tantundem; ſi incerta, ad iudicium boni viri.

## Cui reſtituendum.

28 Reſpondetur, domino. & per dominum intelligimus etiam eum, cuius cuſtodiæ res eſt commiſſa. & ſic quo ad hoc, cenſetur dominus pignoris, creditor; depoſiti, depoſitarius; veſtis fingendæ, ſartor; veſtimenti lauandi, lotor; rei commodatæ, commodatarius. Verum in conſcientia poteſt reſtitui proprio domino: dummodo ſit ſine ſcandalo, & damno alterius: maxime, quando prædicti ſunt fures, vel verſuti, aut aliqua mala qualitate affecti. hoc intelligitur regulariter. nam ſunt caſus, in quibus non eſt dominis reſtituendum, ſed alijs.

29 Si dominus eſt furioſus, prodigus, aut habet tutorem, vel curatorem.

Quando ignoratur dominus, adhibita diligentia.

Quando eſt longinquus, aut in tali loco, quo mitti non poſſit, vel non, niſi cum magno periculo, & ſcandalo; tunc reſtituendum eſt Chriſto.

Acceptum à fure, furi: niſi ceſſantibus incommodis præſtaret reddere domino.

Accepta per vim, & metum, vel ne ma- 30
lum iniuſtum faceret, debent reſtitui dānificato. Acceptum vero, vt malum facēret, ſi malum ſequatur, non debet reſtitui; niſi forte pauperibus, & ex conſilio: ſi malum non ſequitur, eſt reſtituendum danti.

Qui iniuſte aliquid accipit ab aliquo iuſte dante, ita, vt turpitudo ſit tantum ex parte accipientis; tenetur reddere damnificato, ſeu danti. vt, qui accipit, ne fornicetur; vel officiales accipientes plus ſuis ſtipendijs: ſed non tenetur reddere, niſi, qui dedit, repetat. Hic caſus non intelligitur, quando non tenetur in conſciētia illud facere: ſed ad perfectionem.

Meretrix non tenetur reſtituere pre- 31
tium meretricij: licèt peccet illud accipiendo. Idem dicendum de alijs fœminis, & viris cuiuſcunque ordinis, qui ob fornicationem aliquid accipiunt. dummodo non id recipiant notabilibus fraudibus, &c. & ab his, qui non poſſunt dare: Promiſſa, & non data, non poſſunt peti; vt debita meretricio; ſed ob amoré, &c. Idem dicendum de occidente aliquem precibus, & promiſſis alterius.

## *Vbi reſtitutio facienda.*

Res bona fide poſſeſſa; reſtituatur, vbi ſita eſt.

Res

Res ex contractu, vel quaſi contractu, debita, reſtituenda eſt in loco expreſſe, vel tacitè deſtinato; vel vbi petitur, ſine damno debitoris, vel creditoris; vel vbi coram Iudice competenti petatur.

43 Si res ob delictum, vel quaſi delictum debetur, reſtituenda eſt in loco, vbi nullum damnum dominus patiatur: niſi aliter domino placuerit. Reſtituere enim, eſt, in primo ſtatu rem ponere. hinc mutuatarius reddens in diuerſo loco, poteſt deducere cambia.

## *Quo modo reſtituendum.*

44 REſpondetur, iuxta naturam contractus, delicti, vel vltimæ voluntatis. Et ſufficit, ꝙ obligatus per ſe, vel per alium reſtituat. Sed, quando per alium fit reſtitutio; cauendum eſt, ne ille ſibi retineat. quia tunc adhuc duraret obligatio.

45 Sufficit etiam, quòd is, cui debetur, liberaliter, & voluntariè remittat; ſiue realiter, & præſentialiter offeratur debitum, ſiue tantum verbis.

## *Quis ordo ſeruandus in reſtitutione.*

47 CVm omnia, poſſunt ſolui; ſine ordine ſoluantur: ſin minus; prius res incerta in propria ſpecie reddatur Chriſto; res certa ī propria ſpecie reddatur domino.

49 Venditor reddat pretium emptori, quam-

quamdiu res in propria ſpecie eſt apud emptorem: vel ſeruentur ſtatuta particularia regionum: mox his, qui habent hypothecas, vel expreſſam obligationem, mox his qui habent priuilegium perſonale; mox alijs ſine ordine, deductis impenſis funeralibus, non ſumptuoſis: ſed ex his omnibus, diligentioribus in iudicio prius ſatisfaciendum, quàm alijs.

Qui mutuauit pro reficienda domo, vel 52
naui, &c. in ſolutione ex pretio illius, pręfertur omnibus habentibus hypothecam ſuper bona illius domini.

Debitor, non valens omnibus ſatisface 53
re, ſi prius ſoluit minus priuilegiato, peccat. Creditor diligentior in petendo, ſi accipit ſolutionem ante alios magis priuilegiatos, peccat. vt Gener retinens bona Soceri pro ſibi debito, ſciens eius bona deberi alijs magis priuilegiatis.

Vſurarius non factus pauperior, prius debet ſoluere, quæ debet per contractus licitos, quàm vſuras: ſecus, ſi eſt factus pauperior.

## *Quando reſtituendum.*

STatim. vnde, etiamſi non peccet ſingu 54
lis momentis non reſtituendo, peccat tamen, quoties ea re vtitur; vel quoties commode poteſt eam reſtituere, & non reſtituit. nec tenetur à lecto, vel Eccle-

ſia

ſia egredi, cum recordatur: ſed ſat eſt proponere.

65 Excuſat ignorantia iuris, vel facti; volunraria condonatio; creditoris impotentia reſtituendi, non ſolum ob extremam neceſſitatem, ſed etiam ſi commode non poſſit ſine damno ſuorum bonorum altioris ordinis; vt vitæ, ſalutis, famæ, rei familiaris; vel cum magno damno rerum eiuſdem ordinis: dummodo creditor magnũ damnum etiam ob moram non patiatur. nec dicitur magnum damnum, ſi res alienæ reſtituendæ ſint multæ, & magnæ; vel quia ceſſat lucrum ex earum vſu. Item in extrema neceſſitate non tenetur reſtituere: quia omnia tũc fiunt communia, ideſt communicanda. ſed, vbi venit ad pinguiorem fortunam; tenetur reſtituere, quæ acceptit: quod eſt contra aliquos.

63 Quando ex reſtitutione tunc facta ſequeretur damnum, vel corporis, vel animæ eius, cui reſtituitur: vt ſi furioſo datur enſis: niſi ex retentione maius damnum ſibi ſequatur.

Qui alienum iniuſtè retinet, & ſcit illud ſe debere, ſi expectat, donec condemnetur per ſententiam, peccat mortaliter.
65 liter. Confeſſarius non poteſt concedere dilationem quando ſcit eum poſſe reſtituere; nulla exiſtente cauſa excuſante.
66 &, qui poteſt totum ſimul, & non vult; ſed per partes in ſingulos annos, vel mẽſes, non eſt abſoluendus: eſt enim in pec-

cato

cato mortali. & hoc non ſolum procedit in debitis ex delicto, & furto; ſed etiã in alijs, vt mutuo; vel alijs iuſto modo contractis.

Poteſt quis per tertium reſtituere: præſertim ne ſe manifeſtet, & habens dominium rei reſtituendæ, ſi tertius non reſtituit, non ſoluitur ab obligatione reſtituendi. 67

Decedentes e vita, cnm poſſint, & non reſtituunt, ſed legant in teſtamento, non ſecure decedunt. 68

## *De impediente bonum alienum.*

QVi impedit bonum alicuius habentis ius perfectum, vel imperfectum, tenetur ad reſtitutionem: dummodo impediat per modos iuſtitiæ contrarios. non vero, qui impedit iuſtè: ſed malo animo. 69

Qui blanditijs ſine vi, dolo, & mendacio facit teſtamentum transferri in aliũ, non tenetur ad reſtitutionem: nec qui impedit, ne collator, aut elector eligat, vel conferat beneficium in illum. 70

Qui ob odium facit, vt herus dimittat famulum, qui non poteſt ab alio tantum ſtipendium habere, quantum habebat à dimittente, nõ tenetur ad reſtitutionem: dummodo non fiat contra contractum.

Quæ

## *Quæ cauſæ excuſent à peccato non reſtituentem.*

75 EXcuſat neceſſitas ; libera condonatio domini ; vt ſupra dixi , licèt debitor non exponat præſentialiter pecuniam .

79 Excuſatur debitor à peccato dilationis , ſi creditor , ſciens ſibi deberi debitum, abſque alio metu non petit : ſecus, ſi neſcit , vel non petit ob metum,etiam reuerentialem .

80 Qui aliquid debet in genere, non excuſatur à reſtitutione,vel ſolutione ; ſi ſpecies , quam deſignauerat ad reſtituendũ, perijt. ſed debitor in ſpecie,nempe huius bouis, vel equi,veſtis,&c.excuſatur; ſi ſine culpa,& fraude,& ante moram petijt. Immo in conſcientia ſi poſt moram , ſi ſciret,quod ita erat ſcriptura apud creditorem,vt apud eum.ſecus,ſi cõſtaret,quòd, antequam perijſſet, dominus vendidiſſet, vel eo vſus eſſet .

81 Non excuſat à reſtitutione alicuius rei, procuraſſe alicui, vel dediſſe beneficium Eccleſiaſticum:niſi creditor , poſt beneficium habitum, cauſa gratitudinis , libere debitum remittat. Idem dico de officijs; quæ ſine ſimonia , vel peccato vendi non poſſunt: non ſic de alijs officijs, quæ vendi poſſunt .

82 Excuſat probabilis ignorantia facti, vel iuris obſcuri , præſertim ſi peritus , & timora-

moratus dicat non teneri:ſecus , ſi debi-
tor conſulat loquentem ei placentia ; vel
multos quærat, donec inueniat vnum,qui
hoc dicat. Quod ſi dubitat de facto, vel
de iure; reddat illud venditori , & com-
mutatori,vt ſuum recuperet .

Excuſat vſucapio, & præſcriptio cano 85
nica: non ciuilis: ideſt,debet incipere bo
na fides, & manere donec tempus perfi-
ciatur .

Ceſſio bonorum qua debitor ea relin- 86
quit creditoribus , excuſat in foro exte-
riori : quia in interiori excuſat ratione
neceſſitatis .

Qui reſtitueret cum periculo vitæ , eſ- 87
ſet laudandus ; licèt nemo teneatur re-
ſtituere cum amiſſione rerum altioris or-
dinis .

Nota , neminem teneri reſtituere cum 89
periculo famæ conſequentis virtutem mo
ralem,vel theologicam ; at vero cum pe-
riculo famæ partę in alijs rebus præcla-
ris , vt ingenio,diuitijs,tenetur .

## *De reſtitutione bonorum incertorum .*

BOna incerta poteſt debitor per ſe , 92
poſt inquiſitionem,pauperibus dare.
nec poteſt Epiſcopus regulariter ſe intro
mittere.. *& ibi exponuntur canones ſyno-
dales* Poteſt etiam ſibi pauperi,vel totū ;

vel partem applicare, iudicio confeſſarij.

93 Per pauperes intelliguntur Eccleſiæ, monaſteria, xenodochia, &c. Et de compoſitionibus per Pontificem diſcretis, dicendum eſt, eas valere: ſed, dum non eſt facta compoſitio, quæ quæritur; ſi non reſtituant ſtatim, cum poſſint; ſunt in peccato mortali.

## *De fructibus beneficiorum malè impenſis.*

BEneficiarij, impendentes fructus beneficiorum in prauos, vanos, vel prophanos vſus, & ab eis accipientes, peccant; & tenentur ad reſtitutionem.

Item retinentes ſuperflua, ſine iuſta cauſa, peccant ſaltem venialiter. Similiter & prodigi. &, ſi ſint bona Eccleſiaſtica, communiter peccant mortaliter. Verum ne ſis facilis ad iudicandum, quia multa excuſant. Vide ibi multa.

## *Qui peccent mortaliter contra hoc præceptum.*

95 PEccat primo, qui rem alienam notabilem furatur. vel furari vult. Item, qui rem ſuam, ſed putans eſſe alienam. Qui rẽ ſuam, ſed in quam aliquod ius alius habebat; vt equum locatum, vel commodatũ. Qui vi aliquid accepit: & debet confiteri

rapinam;

rapinam; & ſatisfacere de iniuria illata. v. g. contra honorem, vim inferendo.

Qui rem ſacram ex loco ſacro, vel non ſacro; vel non ſacram ex loco ſacro: eſt ſacrilegium. &, ſi cum furto adiunxerit frangere fores, feneſtras, poſtes, tectum, aut parietem; eſt excommunicatus.

Locus ſacer dicitur quælibet Eccleſia, xenodochium, baſilica, eremitorium, auctoritate Papæ, vel Epiſcopi ædificata, & cæmeterium per illos ſacratum.

96 Qui accipit aliquid notabile, vt faciat quod facere tenebatur. & debet reſtituere.

Qui accipit, vt faciat, quod non debet, vel non faciat, quod debet vt dixi ſupra nume. 33. Item ſeruus dicens domino ſe pluris emiſſe.

Diſtributor communitatis non æque diſtribuens: niſi ignorantia excuſet. & tenetur reſtituere damnificato. Item conferens beneficium, vel officium indigno. vt ſupra dixi, numero 72.

97 Qui impediuit aliquem à conſecutione boni officij, vel beneficij, in quo habebat ius in re, vel ad rem; peccat: & tenetur ad reſtitutionem. Item, ſi malo animo, ſine fraude impediuit non habentem ius; quamuis non teneatur ad reſtitutionem, vt ſupra dixi, nu. 1. peccat. Item, qui eſt cauſa, vt quis non iuſte puniatur, vel ne ius ſuum conſequatur; peccat mortaliter & tenetur ad reſtitutionem.

98 Qui accipit naufragata, cum excommunicatione, tenetur reſtituere, quia non derelicta: niſi accepiſſet cum periculo probabili mortis, vt infra, numero 170. Item ex incenſa domo: quia non habetur pro derelicta.

100 Qui de induſtria in domum, vel in ſegetem ignem mittit, peccat. ſi in locum ſacrum, eſt excommunicatus, vt infra, c. 27. nu. 94. Nemo tenetur ſeipſum prodere vi excommunicationis.

101 Qui iniuſte ſoluit, vel ſolui facit incarceratum ob debita: & tenetur ad reſtitutionem: niſi incarceratus nullo modo poſ-

102 ſet ſoluere. Non autem peccat, ſi erat ob crimen; modo vim non inferat miniſtris iuſtitiæ: nec tenetur aliquid reſtituere cuſtodi carceris pro damno ſecuto. Ille, qui quæritur à iuſtitia, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, poteſt fugere, ne capiatur: dummodo animum habeat ſatisfaciendi, quãtum debet in conſcientia. & quilibet priuatus poteſt illum iuuare in fuga: niſi aliquo mandato particulari ſit prohibitum.

103 Qui captiuus fugit, aut efficit, vt captiuus in iuſto bello captus fugiat, tenetur ad reſtitutionem.

105 Qui accipit ab alio, qui dare non poteſt, vt ab Abbate, Religioſo, moniali, filiofamilias, vxore, (præter paraphernalia) ſine expreſſo, vel tacito cõſenſu ſuperioris, vel viri, vel quando vir ad id tenetur.

106 Sunt tamen octo caſus, in quibus vxor poteſt

reſt dare: quos ponit Silueſter verbo, elee moſyna, q. 5. Primus, quando de licentia mariti eſt in diuerſa regione quaſi peregrina: tunc poteſt facere illas eleemoſynas, quas ſimiles peregrinę honeſtę faciũt. Secundus, in extrema neceſſitate; etiã cõtra prohibitionẽ mariti: immo tunc tenet̃ facere, quia omnia ſunt cõmunia. Tertius, in neceſſitate magna, quando non poteſt haberi recurſus ad maritum, ſeu ſuperiorem: tunc enim præſumitur volũtas. Quartus, quando ſcitur voluntas viri expreſſa, vel præſumpta; vt, quia ei committit omnium adminiſtrationem. Quintus, ſi conſuetudo loci habet, vt vxores dent in elee moſynam panem, vinum, & ſimilia: conſuetudo enim dat iuriſdictionem: ſed huiuſmodi eleemoſyna moderate fieri debet: &, ſi aliquando vir prohiberet, debet ſibi formare conſcientiã, quòd ei non diſpliceat; immo placeret, ſi videret inopiã pauperum: niſi eleemoſyna eſſet immoderata. ſed, ſi propria conſcientia dictet omnino diſplicere viro, deponat conſcientiã, ſi poteſt, ſi non poteſt deponere, ceſſet ab eleemoſyna: niſi pauper eſſet in extrema neceſſitate, vel faceret negotium vtile marito, v. g. vt ab eo ſcelerato irã Dei auertat. Sextus, quando vir aſſignauit aliquid certũ pro victu vxoris, à quo illa abſtinet, vt faciat eleemoſynam. Septimus, ſi vir ſit fatuus: quia tũc ad ipsã pertinet guberna tio dom⁹: niſi aliter ſuperior ordinauerit.

Octauus, ſi vltra gubernationem domus, & familiæ, lucratur aliquid; illud poteſt dare; præſertim, ſi ſufficientem dotem attulit, & vir eius non indiget illa eleemoſyna pro ſuſtentatione. de quibus infra, nu. 153. Item, qui accipit à furioſo, & pupillo ſine licētia tutoris, vel à prodigo habente curatorem, vel à non domino.

107 Simulans ſe ſanctum, deuotum, pauperem, infirmum, vel religioſum, cum nō ſit, vt eleemoſynam accipiat: dummodo ſimulatio ſit cauſa finalis, & non tantū impulſiua. & tunc tenetur ad reſtitutionem, non danti, ſed Deo, & pauperibus.

108 Qui non ſtatim ſoluit mercenario, vel non in re, in qua conuenerunt, ſed in alia contra eius voluntatem: quod ſi mercenarius vendens illam non poteſt habere ſuum, tenetur herus compenſare damnū: ſed non tenetur ſoluere pro tempore, quo ſeruus ægrotauit.

Item, ſi illum, qui ſuam operam locare conſueuit, aſſumit nullo pretio ſtatuto, tenetur ei ſoluere tantum, quanti alium ſimilem conduxiſſet, vel ad iudicium boni viri.

Item, qui ſoluere vult pretium conuentum: ſed illud eſt longe minus iuſto.

109 Item, magiſtri artium mechanicarum, ſumentes tirones, vt eos doceant artes, & nullam, aut exiguā dant mercedem, ſi eos occupent in alijs rebus contra eorum voluntatem, ita, vt non poſſint addiſcere,

peccant:

peccant: & tenentur ad reſtitutionem. excuſantur tamẽ nobiles, qui ſumunt pueros precibus parentum, & inſtituunt eos elegantia morum, mox ſine vlla alia mercede dimittunt.

Qui ſeruos accipiunt cum obligatione ad certa officia, & non dant pecuniam ſufficientem pro ſuo labore, tenentur ſatisfacere. 110

Qui clam accipit, quod ſibi deberi putat pro delicto commiſſo, peccat. Immo non poteſt iure petere: ſed poteſt datum retinere. 111

Qui ſuum occulte accipit, cum commode id iure recuperare poteſt: vel exponit ſe periculo mortis, vel membri; vel contra conſcientiam, putans id eſſe peccatũ, vel cum notabili ſcandalo, vel dãno illius. aliter vero poteſt, modo reſtituat ſi quod damnum alteri ſit ſecutum; & vt caueat, ne iterum debitum ſoluatur. 112

Item vxor poteſt accipere de bonis viri nolentis reſtituere; & pro eo reſtituere, cum cautela. 116

Item, qui dubitat, an ſit ſuũ, & accipit, peccat, & tenetur ad reſtitutionem. 117

Qui legata pia tempore, & modo debitis non ſoluunt, nec ſunt abſoluendi, niſi ſoluant, ſi poſſunt ſine magno ſuo detrimento. quæ legata valent etiam facta corã duobus teſtibus tantum.

Qui extra extremam neceſſitatem aliquid accipit ad edendum, vel veſtiẽdum 118

pro ſe, vel pro alio, peccat: & tenetur reſtituere. vt ſupra nu.62.

120 Qui occidit, vel grauiter percutit aliquod animal domeſticum, in ſuo prædio damnum inferens: cum nõ ſit ſui iuris hoc facere, ſed tantum expellere, vel includere, donec damnum reſtituatur.

Iniuſte prohibens venationem, vel piſcationem: & tenetur ad reſtitutionem emolumẽti, quod inde ſequi poterat. Sed, vt iuſte prohibeat, quinque requiruntur, 1. auctoritas regia iuſta, vel conſenſus liber populi, vel præſcriptio canonica, ſine vi, & metu introducta, 2. vt non puniat eos, qui nõ procurãt dolis, feras extrahi extra loca prohibita, vt eas capiant, 3. vt prohibeat in ſuis proprijs prędijs, vel alie
121 nis de conſenſu dominorum, 4. vt reſtituat omne dãnum, quod feræ faciunt in alienis prædijs, quorum domini non conſentiunt in damnum ipſorum prędiorum, 5. caueat, ne ſubditi ob metum non audeant loqui, vel petere, qđ alias peterent. adde, quando, his poſitis, prohibitio eſt iuſta, non debet contrauenientes ſaltẽ prima vice interficere, vel mutilare; quamuis eſſet lex, vel conſuetudo ſic puniendi: quia eſt intelligẽda cõtra cõtumaces ex cõſuetudine; & nõ prima vice: alioquin eſt lex iniuſta.

122 Cuſtodes iurati, aut fide aſtricti, permittentes venari, aut piſcari, aut ligna cædere in locis iuſte prohibitis; niſi ſit neceſſitas, aut conſanguinei, aut amici cari ſui domini:

ni: tamen non excuſat, eos tales eſſe, qui, ſi peterent, facultatem obtinerent, ſed no lunt petere.

Si aliquis ciuium venatur in aliquo tem pore prohibitionis, non tenetur reſtituere; niſi poſt iudicis ſententiam.

Qui prohibet ſubditis, ne feras occidāt 124 in ſuis prædijs, etiam cum damno notabili.

Venatores, quorum canes damna affe- 125 runt animalibus domeſticis; & equi campis, &c. tenentur ad reſtitutionem.

Magnates, prohibentes, ne feræ non incluſæ, & damnificantes occidantur; etiam ſi animum habeant reſtituendi, peccant mortaliter. ſicut, qui furatur cum animo reſtituendi.

Tenentes columbaria iniuſte, vbi lex, 126 & cōſuetudo id prohibet: &, ſi cum damno notabili alterius, tenentur ad reſtitutionem. Item, qui ineſcat ſuum columbarium, vt aliorum columbas attrahat; & retineat, peccat: & tenetur reſtituere.

Qui ſibi accipit, vel includit animalia 128 aliena domeſtica fugitiua; niſi ex conſuetudine deſinant redire per aliquot dies.

Examen āpum, antequam in aluearijs 129 includatur, eſt accipientis illud, etiam in alienis arboribus. ſimiliter & aliæ aues; ėtiam ſi accipiens prohibeatur ab ingreſſu, vel aſcenſu arborum: ſed tunc tenetur ſatisfacere iniuriæ factæ, contra prohibitionem.

## *De participatione in damno dato.*

130 PEccat coadunatus ſub vno duce ad dãnificandum: & tenetur ad reſtituendum id, cuius eſt cauſa, vel ſaltem quod ad ſe peruenit, ſi non fuit cauſa vlterioris damni.

131 Item procuratores, vt quis, v.g. Iudex tollat cuiquam, quod ſuum eſt, nec quod debet reſtituatur, nec debitor cogatur, peccant; & tenentur reſtituere.

132 Qui ſcienter, vel ignorantia craſſa male dant conſilium. Item laudans ingenium alicuius, vel vituperans ignauiam, vt is aliquem damnificet, peccat mortaliter. & tenetur ad reſtitutionem.

133 Audiens, & gratum habens aliquem ſuo nomine alicui nocuiſſe, peccat: non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſi ei gratum non eſt, quatenus ſuo nomine factum eſt.

134 Teſtis legitimè interrogatus à iudice ſciens furtum, ſi taceat, peccat; & tenetur ad reſtitutionem: niſi id faciat metu ſui ſtatus, vel bonorum.

135 Poſt excommunicationem promulgatam, ſciens furem, non debet denunciare eum ante correctionem fraternam: &, ſi id probare non poteſt, non tenetur manifeſtare, etiam ſi is non ſatisfaceret. ſecus, ſi probare poteſt, poſt admonitionem tenetur denunciare: aliter peccat, & tenetur reſtituere: niſi iuſtus metus excuſet.

Vxor,

Vxor, quando confiſcantur bona mariti, poteſt abſcondere aliqua pro dote ſatisfacienda: & id ſcientes, non tenentur denunciare. Dixi, denunciare; non teſtificari, quia caſus variaretur.

Cuſtos ciuitatis, vel agri non obſtans, ſaltem clamando, damno notabili, quod fieri videt, peccat mortaliter: & tenetur ad reſtitutionem. ſed, qui ex officio non tenetur, licèt ex malitia taceat, peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem. Immo, ſi non ex malitia, ſed ex negligentia, vel modeſtia ſe non ingerendi negotijs aliorum taceat, non peccat mortaliter. 136

Iudex non faciens reſtituere damnum, cum poſſit: & tenetur ad reſtitutionem.

Adminiſtratores alienorum bonorum, ſi in vtilitatem domini alicui damnum inferunt, peccant, & tenentur ad reſtitutionem: poſſunt tamen ex bonis domini occulte accipere tantundem, quo ſatisfaciant; obſeruatis his, quæ ſupra num. 113. poſita ſunt. 137

Qui occulte aliquid accipit ab eo, cui diſplicet acceptio occulta, non publica, peccat venialiter. ſicut ſerui, & filij, vt veſcantur, non autem vt vendant, & dent cæteris. Poteſt eſſe furtum ſine peccato mortali, ſed cum obligatione ad reſtitutionẽ ſub peccato mortali: vt de minimis animo interrupto continuatis. Fur tenetur ad impenſas, quibus dominus ſua quæſi- 138

uit, ad iudicium boni viri.

140 Impediens euntem ad impediendum damnum, quod tertius quarto inferre vo lebat, peccat: & tenetur ad reſtitutioné. Item, qui mitteret famulos enſibus diſtri-ctis ad terrefaciendum, vel ad iocandum, ſi damnum ſequatur ob defectum diligen tiæ, peccat: & tenetur ad reſtitutionem.

## *De peccatis patrum circa bona filiorum.*

141 PEccat pater accipiens aliquid notabi le à filio ex bonis caſtrenſibus, ideſt
142 in bello acquiſitis; vel quaſi caſtrenſibus, ideſt acquiſitis per officium publicum, vt Medici, Aduocati, Scribæ, Magiſtri artiũ liberalium, vel ſtipendio regis, vel quę cle rici acquirunt officio clericali, vel benefi-cio; vel accipiens ex eorum fructibus: & tenetur reſtituere. tamen debetur pecu-
143 lium filio aduentitium, ideſt, bona parta hęreditario iure, à matre, aut à ſuis cogna tis, aut amicis, & nõ intuitu patris: ſic etiã bona parta ſuo labore, & induſtria, fauen
144 te fortuna: & in huiuſcemodi bonis pro-prietas eſt filij; & regulariter vſusfructus eſt patris, dum viuit, & ſi pater damnifi-cat proprietatem bonorum filij, tenetur ad reſtitutionem, vel ipſe, vel alij filij hæ-redes, cum bona inter ſe diuiſerint.

Filius laborans in bonis paternis, ſi qd acquirit ſua induſtria eſt patris, & hære-

dum:

dum:ſed pro ſuo labore debet aliq̃d plus habere,quàm alij;ſaltem tantundẽ,quantum mercedis deberet ſolui extraneo ſimiliter laboranti : ſi pater habebat, vnde aleretur ſine labore filij: & requiritur,vt filius tacite,vel expreſſe ſit proteſtatus ſe velle laboris mercedẽ,quę daretur extraneo. Et ob hanc,vel ſimiles cauſas do- 145
natio patris,facta filio,dum eſt ſub ſua cu 148
ra,valet: aliter nõ valet,niſi in caſibus,in q̃bus donatio mariti facta vxori valeret.

Inducẽdo per fraudem, vel metum re- 152
uerentialem, filiam,vt renunciet,vel contenta ſit minore dote legitima, peccat : & tenetur ad reſtitutionem. *Caterum declarationem aliquorum terminorum, & quando donatio valeat,vide ibi,nu.145.*

## *De peccatis mariti circa bona vxoris, & è conuerſo.*

MAritus aliquid ſumens de bonis pa- 153
raphernalibus, ideſt, de bonis, quæ habet vxor præter dotem, peccat, & tenetur ad reſtitutionem, infra nu.155.

Vxor aliquid ſumens notabile de bonis mariti cõtra eius voluntatem : & tenetur ad reſtitutionem. Item, non poteſt dare eleemoſynam ex bonis mariti;niſi exiſtẽti in extrema neceſſitate, & vbi conſuetudo regionis id ferret; (niſi expreſſe con
ſtaret de cõtraria voluntate viri.)vel ſi fa 154

ceret ad euitandum damnum temporale, vel ſpirituale mariti; ſi maritus ſit amēs; ſi ex datis a marito parcius impendit de paraphernalibus, vel ſi quid lucretur poſt datam ſufficientem dotem, modo lucrum non ſit commune viro. *& alia multa, de quibus ſupra n.u.* 106. & ſi maritus eſt prodigus, poteſt clam accipere pro neceſſitate domus ſaltem futura. Item mortuo marito poteſt totam dotem repetere; licèt maritus ſuperflua impendiſſet in eā alendo, & ornando.

## *De peccatis filiorum circa bona parentum.*

156 Filius aliquid notabile ſumēs à patre, etiam de bonis aduentitijs, & profectitijs, ad eleemoſynam, peccat: & tenetur reſtituere patri, vel hæredibus: qā fructus illorum bonorum ſunt patris. &, ſi cum voluntate patris plus accipit, quam pater poſſit donare; tenetur ad reſtitutionem.

159 Filius, ſi non vult tradere bona, quæ pater viuens ipſi emit, ſed non dedit, vt arma, libros, &c. non tamen debet computari cibus, vel veſtitus. Item filius, qui lucratus eſt ex bonis patris, & lucrum non diuidit, mortuo patre: aut aliquid ei datum contemplatione patris, non diuidit cum hæredibus, peccat; tenetur ad reſtitutionem. poteſt tamen accipere mercedem

161

162

suo

ſuo labori, ſi præceſſit proteſtatio.

Gener nolens computare in hæredita- 166
tem vxoris veſtes, & ornamenta data à
patre viuente.

## *De peccatis falſariorum, &c.*

QVi nummos in ſubſtantia, pondere, 167
vel forma falſificauit, aut falſis ſciēs
vſus eſt: & tenetur ad reſtitutionem. ſi
quid eſt damni, paſſo damnum, ſi ſcitur;
alioqui paueribus. nec excuſat, quòd cū
errore ab alio accepit pecuniam.

Qui forſicibus circumcidit, vel aquis 168
acribus attenuat nummos, non publica au
ctoritate, peccat ad reſtitutionem.

Qui falſat ſcripturam, aut ea vtitur, aut 169
falſare facit, & tenetur ad damnum, quod
inde ſequitur: &, ſi ſunt litteræ Apoſtoli-
cæ, eſt excommunicatus.

Qui falſat ſubreptionem, vel inſcriptio-
nem, aut ſigillum, tenetur ad reſtitutionē
damni, ſi quod ſequitur.

Qui vtitur falſis, vel veris reliquijs cau
ſa turpis quæſtus, ideſt, cum pacto, & fine
principali aliquid accipiendi, vel cauſa
ebrietatum, vel commeſſationum more ta-
lium; ſic, qui vtitur miraculis, aut reli-
quijs nouis, ab Epiſcopo non approbatis.

## *De peccatis circa inuenta.*

QVi inuenit rem notabilem alienam; 170
& retinet, vel ſtatim non reddit, vel
non

non fecit quæ oportuit, vt noſceret domi num. Quæ vero non ſint aliorum, & quæ quaſi derelicta habeantur à dominis, præſumitur ex coniecturis. *vide ibi*. Et poteſt ſibi pauper applicare: *ſed quomodo, vide*.

172 Qui inuenit theſaurum caſu in loco alie no, debet dare dimidiam partem domino: ſi data opera: ſed ſine facultate, debet totum dare domino: ſi cum facultate, totũ ipſe inuentor poteſt accipere, ac ſi in proprio loco inueniret. Qui inuenit in domo, vel agro locato, vel per emphytheoſim,
173 debet diuidere cum domino: & contra, ſi dominus inuenit, debet diuidere cum habente ius fruendi: ſic vir, ſi in agro per dotem habito cum coniuge: ſic, qui inuenit in loco publico, vel ſacro. hoc intelligitur ſecũdum ius commune, quia poſſunt eſſe
175 aliæ leges ſeruandæ. Sciens eſſe theſaurũ in loco, & emens locum, non tenetur dare aliquid venditori. Nomine theſauri non intelliguntur nummi recenter abſconditi metu belli, vel vt conſeruentur tutius: debent enim reſtitui hæredibus.

Qui diuinationibus, & modis illicitis inuenit theſaurum, etiam in ſuo loco: eſt fiſci poſt condemnationem, quia eſt pęna.

176 Qui trabem inuenit in flumine, & accipit: niſi pro derelicta habeatur. *& quomodo, vide ibi*.

Auis, vel fera deprehenſa in laqueo, etiam alieno, eſt inuenientis: niſi conſuetudo ſit in contrarium.

De

## *De peccatis circa contractus, & primò, circa depoſitum.*

NEmo tenetur dè damno depoſiti, qđ 179
caſu fortuito cõtingit, niſi culpa prę
cedat, vel mora, vel pactum.

Qui dat alicui facultatem, vt depoſito 181
vtatur, ſperans lucrum; peccat: quia eſt
vt mutuum.

Qui non vult reddere depoſitum, vel ſoluere pro depoſito amiſſo, dolo, vel lata culpa: nõ leui; niſi aliquam mercedem accipiat pro cuſtodia: tunc enim tenetur pro leui: ſed non pro leuiſſima; niſi præceſſerit pactum, vel mora in reſtituendo. Qui vtitur contra voluntatem deponẽtis.

## *De peccatis circa commodatum.*

REpetens commodatum antę tempus, 182
peccat: &, ſi cum damno tertij, tenetur ad reſtitutionem.

Commodatarius non reddens ſuo tem- 183
pore; & ſi deterioretur ſua culpa, vel qa
forte reddere diſtulit, vel quia alteri cõ- 184
modauit, ſi in alios vſus, *(vide ibi multa)*
teneť ad reſtitutionẽ; dummodo non eodẽ modo fuiſſet peritura in manu domini.

Quando res commodata mittitur per 185
amicum fidelem habitum, & ſine dolo
perit, perit commodanti: quòd ſi transfertur dominium, vt in mutuo, vt in pane,

vino,

vino, & oleo, & id genus alijs, quæ vſu cõſumuntur, perit ei, cuius eſt dominium, ideſt accipienti.

186 Qui non vult reddere, niſi ſolutis impenſis, quas ipſe iure tenebatur facere: poteſt tamen illud retinere pro compoſitione alicuius debiti.

## *De peccatis circa locata, & conducta.*

189 Locator, qui, penſione accepta, ob crimen commiſſum ſua bona perdidit, & non vult reddere penſionem conductori, ſaltem pro rata temporis.

Item, qui cogit ſoluere conductorem coactum ob peſtem, vel aliam iuſtam cauſam relinquere ante tempus rem iam locatam. Item, qui non vult deducere partẽ agricolę debitam propter ſterilitatem fortuitam, non compenſante fertilitate præcedenti, vel ſubſequenti. *vbi multa ſunt vide da.* & ſunt ſex conditiones ad hoc: & oportet ſeruare leges locationis expreſſas, vel tacitas illius regionis.

188 Non dicitur ſterilitas, quando fructus iam percepti damnificãtur, ſurripiuntur, aut pereunt. ſed ſterilitas fortuita eſt, quę contingit ex inſolito calore, frigore, tempeſtate, terræmotu, magna alluuione, locuſtis, bruchis, & id genus, abſque culpa agricolæ: & tandem illa dicetur ſterilitas, quam conſuetudo, vel communis vſus regionum approbat.

Hæc

Hæc remiſſio non habet locum, quandô locator, & conductor ſunt ſocij partiarij, tam lucri, quàm damni: nec quando ſterilitas imputatur negligentiæ agricolæ, vt quia non exſtirpauit zizania, frumentum ſuffocarunt: nec quando res conducitur in longum tempus, vt in decem, vel plures annos, vel in vitam vnius, & pẽſio exigua ſoluitur, potius ad recognitionem dominij directi, quàm ad ſolutionẽ fructuũ; ſecus, quando tantum ſoluit, quantum ſolueret, ſi ad breue tempus conduceret, prô fructibus.

Quando per induſtriam cõductoris frũctus excreuerint, non eſt augenda penſio prouentus, vel merces locationis: ſimiliter nec quando ex fęcunditate agri fructus excreuerint. ſed, ſi caſu fortuitô cõtingit fertilitas, poteſt augeri penſio: vt; ſi locatum eſt molendinum, & hoc annô; quia vicina molẽdina caſu ſunt deſtructa, lucrum augetur, poteſt augeri penſio prô rata maioris lucri, quam fuerat ſolitum. 191

Qui habet rem alicuius Eccleſię in emphyteoſim, & per duos annos non ſoluit penſionem, ipſo facto eam perdet, niſi purget morã, ſoluendo ante citationẽ, vel ſtatim poſt citationem ſine dilatione: ſed, ſi prædium eſt alterius perſonæ priuatæ, nõ amittitur niſi per tres annos non ſoluat: & tunc non purgatur mora: ſed poſſet fieri compenſatio, ſi dñs aliunde eſſet debitor. 192

Locans domum ſuam alicui ad certum 193

tem-

tempus, poteſt eam repetere ante præfinitum tempus, in quatuor caſibus. Primò, ſi non ſoluit die præſtituto, nec celeriter ſatisfacit. Secundò, cum ea opus habet ad ſuam habitationem, propter aliquam ſu-
194 peruenientem neceſſitatem. Tertiò, quando domus indiget refectione, qua non indigebat tẽpore locationis. Quartò, quando conductor abutitur ea, etiam abſque damno domini; vt recipiendo meretrices, lenones, ſeditioſos; & tunc nihil de penſione debent deducere; vel male ea vtitur cum dãno; vt arbores cædendo, agros non colendo.

195 Qui locat domum, vel aliquid aliud alicui, putans ea abuſurum ad peccatũ mortale, peccat mortaliter: dat enim auxiliũ, & difficile ſaluatur à peccato mortali, qui locat domos meretricibus. Permiſſio enim peccati cum participatione lucri, nulli eſt licita.

196 Qui ſciens, & tacens rem vitioſam locat, tenetur reſtituere, ſi ſequatur damnũ. Item ignorans rei vitium, & eam pro integra vendens, tenetur etiam ad damnũ. ſecus, ſi dixit conductori ſe neſcire vitiũ.

198 Qui conducit, & nõ vtitur re locata, & non vult ſoluere, peccat, niſi dominus eam alicui locauerit. Conducens debet ſoluere in tempore ſecundum pactum, vel mores regionis, vel regulariter in fine anni.

*De peccatis circa tributa publica.*

QVi non ſoluit iuſtas gabellas. Item, qui imponit iniuſtas, ſaltem ſecundũ aliquam partem: & eſt excommunicatus. Qui iniuſtas exigit, vel dubitat eſſe iuſtas, niſi ex obedientia id faciat, & conſcientiã deponat Itẽ, qui à clericis, niſi negotienť. 202

Mercator, qui falſum iurat; vel, remiſſus ſuæ conſcientiæ, pauciores merces monſtrat, tenetur ad reſtitutionem.

*De peccatis circa pignora.*

CReditor, ſi, inſcio domino, vtitur pignore, eſt furtum; ſi ſciente, & volente, eſt vſura: niſi ſit vſus, qui gratis inter amicos cõceditur, vt de libro. Item, ſi ſua culpa graui, vel dolo, pignus perit, & nõ vult ſoluere, peccat. Itẽ paciſcens, quòd, ſi debitor ad certum tempus non redimat, pignus cedat creditori: niſi fiat in pœnam domini, ita, vt pro vendito iuſto pretio habeatur. Item, ſi tranſacto tempore, pignus vendat antequam dominum admoneat, niſi ſit pactum in contrarium. 203 204

Creditor poteſt pignus retinere, donec debitor omnia ſoluat, vſque ad minimum quadrantem: poteſt etiam poſt tempus, alteri pignorare, & fructus perceptos debet ſoluere; ſed impenſæ debent repeti. 205

*De peccato vſuræ circa mutua.*

VSura eſt lucrũ proueniens ex cõtractu mutui. &, quia mutuũ eſt duplex 209

clarum,

clarum, & palliatũ, ideſt latenter mutuũ, ſub contractu non mutui, cum ob anticipationem minus emit, vel expectatam ſolutioné plus iuſto pretio vendidit; ideo vſura eſt duplex, aperta, & palliata. Mutuum à commodato differt in hoc, quia in commodato non transfertur dominium, ſicut in mutuo; licèt gratis vtrumque fieri debeat: ad vſuram requiritur, vt ſit vi mutui; & principaliter rei ſuapte natura pecunia æſtimabilis.

209 Poteſt quis in mutuo etiã principaliter ſperare lucrum amicitiæ, & gratitudinis; & ex amicitia, & gratitudine ſperare etiã principaliter lucrum pecuniæ.

Qui mutuat principaliter ob lucrum, & poſtea, cum pœniteat, mutat intentionem lucri in minus principaliter, non eſt vſurarius. nec ſunt vſurarij, qui ſpe lucri mutuant, ſi id minus principaliter faciant; etiam ſi ſine ſpe lucri non mutuarent.

Mutuans ex caritate, & deinde accipiens ſibi aliquid datum ob timorem, peccat: poteſt tamen ſuum recuperare per mutuum, quod aliter recuperare non poterat, & aliquid accipere ob laborem in mutuo.

211 Poteſt accipere plus ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis. *per Nauarrum ſemper valet; non per Sotum.* Lucrum ceſſans debet ſumi, quando pecunia parata domino plus valet, quàm altera alteri. Quod ſi æquè valeat, non poteſt aliq̃d accipe-

accipere, licèt accipienti plus valeat. Conditiones lucri ceſsātis neceſſarię sūt tres, prima, vt intereſſe ſit verum: ſecunda, vt mutuatio, vel non ſolutio ſit cauſa amiſsionis lucri, qualis non eſt, ſi dominus habeat aliam pecuniam expoſitam, qua negotietur: tertia, vt non recipiat intereſſe prius, quàm conſtet, quantum veriſimiliter lucratus fuiſſet: & debet conſiderari illa veriſimilitudo, ſeu dubietas, & non totum intereſſe ſumi.

Maritus poteſt paciſci cum eo, qui dotem promiſit, & non ſoluit, vt in ſingulos annos pro ſubſidio matrimonij ſoluat tantundem, quantum aliquis mediocriter induſtrius cum illa dote lucrari potuiſſet.

Qui dotém accepit in caſu diuortij, vel eius hæres in caſu mortis, tenetur dare vxori ſeparatæ, vel viduæ, alimenta, quæ dari poſſunt ſalua dote, donec dos ſoluat.

Iuſte ſeruari poſſunt ſtatuta regionum, quæ præcipiunt, vt detur quid pro centū in ſingulos annos, donec dos ſoluatur.

Montes pietatis ſunt liciti, & gener, ſeu 213
quilibet maritus poteſt recipere fructus pignoris vſque ad ſolutionem dotis, non computando in dotem, niſi contrarium exprimatur.

## *Qui peccent peccatum vſuræ circa mutua.*

PEccat mortaliter, qui mutuat princi 214
paliter ob lucrum ſperatum. Itē, qui

215 potens, non ſoluit tempore ſuo. Item, qui
ſciens alium non poſſe adimplere, mutuat
ei, appoſita pœna, niſi ad diem, &c. Item,
ſi, ſoluta parte debiti, totam pœnam exi-
216 git. Item, creditor vtens fructu pignoris,
& nolens illum computare in ſortem, de-
ductis expenſis, etiam ſi talem fructum
creditor non collegiſſet, nec colligere pu-
taſſet. Hæc non poſſunt fieri, etiam appo-
ſito pacto. Quid autem de feudis dicen-
dum, *vide ibi*.

219 Qui mutuat triticum, &c. ita, vt ſibi
reddatur eo tempore, quo veriſimile eſt
auctum iri: & tenetur ad reſtitutionem;
220 ſi tamen illud non erat ſeruaturus. Qui
mutuat mutuabile cum pacto, vel intentio
ne principali, vt molat in ſuo molendino,
emat ex ſua taberna, laboret in ſuo præ-
dio, &c. & tenetur ad reſtitutioné; etiã ſi
mutuaturus nil damniari habuerit hinc,
& mutuator nil vtilitatis; propter obliga-
tionem. Ité mutuãs cũ pacto, vt ſibi védat
linum, vel lanam, &c. etiam iuſto pretio,
222 Item, ſi mutuat cum pacto, quòd, ſi mu-
tuatarius intra certum tempus moriatur,
ſit liber; ſin minus, duplum reddat: ſecus,
ſi gratis daret, & eſſet contractus innomi
natus, ideſt, do, vt des: & tandem debet à
mutuo abeſſe omnis obligatio.

223 Ité, de mutuante pro habendo officio,
& non principaliter pro acquirenda ami-
citia, ſed fructus officij non debét reſtitui.
224 Item, mutuans triticum, vt tantumdem
reſtituat

reſtituat recens, ſciens, illud futurum melius, peccat: & tenetur reſtituere. Dare triticum ad renouandum, fieri poteſt.

Qui non vult recipere, quod ſibi debetur, niſi vſque ad tempus, quo pretium creſcit; vel non in loco, vbi debetur. 225

Qui mutuat argentum, vt reddat aurum: niſi ſit venditio. 226

Qui triticum, vinũ, vel oleum, alicuius prędij, ante meſſem, vel vindemiam emit ob anticipatam ſolutionem minoris, quã collecta ſunt valitura, peccat; & tenetur ad reſtitutioné: ſecus, ſi minoris, ſed ęquo pretio ob periculũ ſi emit, cũ pacto, vt eligat triticũ huius, vel illi⁹ agri, vt libuerit, debet plus ſoluere pro illa optione, ad iudiciũ boni viri. Idẽ dicendũ de eo, qui vendit pluris iuſto pretio, ob dilatam ſolutionem. de quo ſupra, nu. 210. & iuſtum pretium non ſtat in indiuiſibili; ſed eſt triplex. de quo infra, cap. 23. nu. 78. 227 228

Qui pecora, vel prædia emit ab eo, quem putat non habere, & ſtatim eidem locat cum penſione; tenetur ad reſtitutionem penſionis. 230

Debita poſt longum tempus ſoluenda, poſſunt iuſte emi minoris. 231

Qui emit cenſum perpetuũ vel tẽporalem, redimibilé, vel irredimibilem, ſine requiſitis conditionibus; pro quibus eſt extrauagans Pij V. *vide ibi, in Nauarr.* 234

Qui mutuat, vt detur aliquid alicui tertio, vel pauperibus, vel vt remittatur dãnum 237

num

num iniuriæ allatæ: non autem, vt remittatur iniuria.

239 Vendens triticum, quod non erat ſeruatū us, pro maiori pretio, quā valiturū eſt ī alio mēſe, & tenet ad reſtitutionē: ſi vero erat ſeruatur⁹, dēt accipere mediocre ptiū, deductis expēſis, & nō ſummū.

241 Vendens iuſto pretio egenti, cum intentione principali, vt ille ſibi vendat minoris iuſto pretio; ſecus, ſi ſimpliciter, & vt reuēdat infimo pretio iuſto. Eſt vſurarius, qui cum pretium mercaturæ ſuæ aduentu aliarum decreuerit, ipſe ne perdat, dilata ſolutione pluris iuſto pretio vendit.

242 Deponens pecuniam apud mercatorē, vel nummularium, cum intentione principali lucri menſtrui, vel annualis: ſecus, ſi quid datur gratuitum. nec eſt conſiderabile periculum in mercatore.

243 Qui rem valentem 15. ob dilationem dat pro 20. & tenetur ad 5. etiam ſi poſtea res valeat 20.

244 Mercatores, qui dant regibus, vel alijs pecuniam, vt accipiant 10. pro 100. etiam ſi Rex ſcribat eſſe gratuitam mutuationem. Item officiales, qui ob anticipatam ſolutionem aliquid accipiunt. Item, qui iurat ſe ſoluturum vſuras, & non ſoluit, niſi fuerit à iudice abſolutus.

## *De vſura in pactis de retrouendēdo.*

248 QVi emit cū pacto retrouendendi, animo magis mutuandi, quàm emendi; peccat

peccat mortaliter: & tenetur ad reſti-tutionem.

Item, ſi minoris iuſto pretio.

Pactum retrouendendi eſt licitum. & emptor poteſt fructus retinere, & poteſt vendenti locare; dummodo fiat ſine fraude, & dolo, ideſt, vt emptor vere, & principaliter intendat emere ſine ſimulatione, & pactum non ſit, vt redemptio fiat maiori pretio, quàm fuit facta emptio. quod pretium emptionis cū pacto retrouendendi ſemper eſt minus, quàm ſi fieret ſine pacto.

Nota, pactum poteſt fieri tripliciter: primó, vt, quandocunque voluerit, poſſit redimere: & tunc res minus valet. Secūdo, vt ad certum tempus, verbi gratia, duos annos non poſſit; ſed poſt duos annos poſſit, quando voluerit: & tunc res plus valet, quàm cum primo pacto; & minus, quàm ſi numquam poſſit redimere. Tertio, vt intra tantum temporis; v. g. duos 249
annos poſſit redimere; & vltra non poſſit: & hoc pactum eſt licitum in emptionibus, excepta emptione cenſus, per Pium V.

Nota, vendere prædia non ſata, & vi- 250
neam vindemiatam, cum pacto redimendi infra annum, & paulo ante meſſem, vel vindemias redimere, eſt fraus.

Nota, emptor cum pacto, ſi pretium redemptionis, loco, & tempore debitis, oblatum non recipit, peccat: & non poteſt

accipere amplius fructus à tempore moræ.

## *De vſura in ſocietate.*

252 VT ſocietas ſi licita, tria requiruntur: primo, vt negotiatio ſit licita: ſecundo, vt pecunia ſubiaceat periculo dantis; non ſic in mutuo: tertio, vt in omnibus, iudicio boni viri, ſeruetur æqualitas; & lucrum pro rata diuidatur.

254 Poteſt pecunia aſſecurari ſoluto pretio à ſocio: & etiam poteſt aſſecurari lucrũ incertum.

258 Dans pecuniam in ſocietatem ei, quem ſcit non eſſe negotiaturum in certum lucrum; vt militi, vel clerico; licèt faciat tres contractus, ideſt ſocietatis, aſſecurationis, & redemptionis, peccat, quia eſt mutuum palliatum.

259 Qui verè dat pecuniam in ſocietatem, & facit ſcripturam de mutuo, vel commodato, peccat: & debet reſcindere ſcripturam; ſi vult recipere lucrum.

260 Omnis ſocietas circa animalia in qua ponuntur pacta cum damno notabili ſocij, eſt illicita: ſicut illa, in qua partes cõmoditatum non reſpondent ex æquo partibus collatis in ſocietatem. Item, ſi animal moritur fortuito, vel ſine culpa agricolæ, domino moritur. de quo ſupra. nume. 187.

## *De Vſuræ participantibus, & eam non reſtituentibus.*

262 INducens ad vſuram, peccat mortaliter; niſi in extrema neceſſitate ſit: non autem, ſi à parato accipiat, vel non volente mutuare gratis.

263 Qui accipit ad vſuras ob res vanas, grauando ſe ære alieno, damnificans familiam, peccat.

264 Mutuans vſurario in fines malos, vel vanos, non poteſt ſolutionem mutui accipere; ſi vſurarius, facta hac ſolutione, non poſſet vſuras reſtituere. & loquitur in conſcientia.

265 Item ſuadens, vt mutuet ad vſuram, & vt contrahat contractus vſurarios, tenetur in ſolidum. De emente ab Vſurario pignus amiſſum ob non ſolutionem vſuræ, perinde iudicandum eſt, ac de emente rē alienam.

Bona vſurarij non ſunt obligata pro vſuris extortis. & dominium rei lucrifactę per vſuras tranſit in vſurarium: & dominium rei venditæ ab vſurario tranſit in emptorem. poteſt tamen debitor rećuperare rem, quàm dedit, ſi ſit penes vſurariū, vel penes alium titulo gratuito; ſaltem cum deſunt vſurario bona ad ſoluendum.

Gratis quid accipiens ab vſurario , nõ habente , vnde ſatisfaciat , tenetur reſtituere .

266 Inſtitor,negotiorum geſtor, tutor, famulus , ſeruus, ſcienter dantes pecuniam ad vſuram, vel vſuram colligentes , & internuntij ex parte vſurarij , tenentur ad reſtitutionem .

268 Vxor vſurarij , non habẽtis, niſi quantum reſtituat, ſi viuat ex vſuris mariti ad luxus , ad quem dominium non tranſijt:
271 cum aliunde poſſit honeſte viuere . Item, gener accipiens dotem à ſocero vſurario, ſciens,aut debens id ſcire, cuius bona nõ ſunt ſatis ad reſtituendum,peccat, & tenetur reſtituere .

273 Socer mutuans genero tantum , quantum debet pro dote, vt gener det prædiũ fructiferum, quod pro dote tenebat.

275 Iudex,adiudicans vſuras vſurario , vel non cogens eum reſtituere .

Procurator , & aduocatus, adiuuantes in hoc vſurarium, vel obuiantes petenti reſtitutionem . Notarius etiam , faciens inſtrumentum vſurarium ſimulatum ; non autem, ſi clarum, &c. Teſtes , & tenẽtur ad reſtitutionem .

278 Vſurarius, non reddens, quod vltra ſortem accepit, & fructus pignoris : nec refert, an ille ex pecunia multum ſit lucratus. & , ſi non reſtituat ; hæredes eius , & qui gratis ab eo aliquid habuerunt,tenebuntur reſtituere .

Confeſ-

Confeſſarius, audiens confeſſionem vſu- 279
rarij, vel ei miniſtrans aliquod ſacramentum, ſine cautione, &c.

Dans pecuniam nautis ad aliquod o- 282
pus, ita, vt, ſaluo ſemper capitali, partem lucri habeat, ſicut & ſinguli nautæ, peccat, & tenetur reſtituere.

## *De Vſura circa Cambia.*

MVtuans cum pacto aſſecurandi, eſt 284
vſurarius. Aſſecuratio tamen ſimpliciter eſt licita. Item excepto mutuo, & 287
commodato, poteſt capi pretium pro pecuniarum vſu, ſeruata æqualitate valoris in commutatione; vt tanti valeat, quando datur, quanti valebit, quando accipietur.

Cambiens, immo mutuans ex officio. 288
poteſt accipere ſtipendium ab vniuerſitate, vel aliquod paruum lucrum à mutuatarijs pro labore: vt in Monte pietatis.

Licitum eſt cambium per minutum, vt cum quis cambit quadrantes pro iulijs: & poteſt accipere lucrum pro labore ſtatutum à lege, vel conſuetudine. &, qui cãbit non ex officio, minus debet accipere, quam qui cambit ex officio.

Sic cambium per litteras cum lucro; 289
dummodo ſit cambium de loco ad locũ: non de tempore ad tempus, & à perſona non habente pecuniam, vel animum cambiendi: & conſequenter recambia ſunt

vſuraria.

290 Licèt emere, vel vendere pecuniam, quæ alibi pluris valeat, contra Sotum.

292 In cambijs poteſt aliquid accipi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſi tunc verè ceſſat: & per Pium Quintum non poteſt in principio cambij præfigi certum intereſſe.

293 Telonarij poſſunt aliquid accipere ob pecuniam ſeruatam: aliqui nihil accipiũt: aliqui dant tot pro centum deponenti, & eſt vſura.

294 Eſt licitum, commutare pecuniam præſentem pro abſente cum lucro.

Vna moneta poteſt plus alia valere, octo ob cauſas: prima eſt, diuerſitas metalli: ſecunda eſt, diuerſitas bonitatis eiuſdem metalli: tertia, diuerſitas formæ, & pōderis: quarta, diuerſitas locorum: quinta, reprobatio totalis, vel partialis: ſexta, diuerſitas temporis: ſeptima, copia, vel defectus: octaua, abſentia, vel præſentia. & numquam valet plus ob dilationem temporis; quia tardius datur, vel recipitur.

Qui mutuat centum aureos ad annum, ſi eos erat ſeruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur eiuſdem metalli, & formæ; licèt infra annum eorum valor creuerit, vel decreuerit, debent ijdem aurei reſtitui: immo, etiam ſi nō præceſſerit pactum, nec fuiſſet ſeruaturus.

Nec cōtra prædicta obſtat pretium ſtatutum

tutum à Repub.nummis.

Qui dant centum ducatos in India, 295
non poſſunt accipere centum in Hiſpania.

Campſor, emens abſentem pecuniam notabiliter minoris, quam ibi valeat com muni æſtimatione, etiam detracto eo, quo minoris valet propter abſentiam, tenetur ad reſtitutionem, ſicut & qui emit quamcunque rem hoc modo.

Emens à non habente rem, vel num- 299
mos, ſaltem virtualiter: & tenetur reſtituere; debet enim ſeruari extrauagãs Pij V. de qua vide ibi cum optima applicatione.

## PRÆCEPTVM VIII.

### *Non falſum teſtimonium dices. Cap. XVIII.*

PRohibetur principaliter falſa teſtifi- 1
catio iudicialis, vel celatio veri: & ſecundariò omnis inordinata ſignificatio verborum, ſignorum, factorum, mentiẽdo; inhonorando, ſuſurrando, deridendo, maledicendo, detrahendo. & omnis ſignificatio huiuſmodi. ſaltem eſt peccatum veniale: quia eſt inordinata.

Teſtificans, neſciens verum, ſed quia 2
alius fide dignus affirmauit, peccat mortaliter: ſed non tenetur reſtituere.

3 Mendacium notabiliter pernicioſum, vel iuratum, eſt mortale. alioquin, ſiue in iudicio, ſiue extra eſt veniale.

4 Mentiri in materia fidei, ſacræ ſcripturæ, vel morum, eſt mortale : nempe ſi fiat cum periculo, & animo nocendi. & ſic cócionator lapſu linguæ falſo citans ſcripturas, vel Doctores, non peccat mortaliter.

5 ſed ſcienter recitans falſa miracula, vel vitas ſanctorum, peccat mortaliter.

6 Qui non adimplet promiſſionem obligantem, ideſt veram, deliberatam, voluntariam, nudam, rei licitæ, poſſibilis, notabilis, quam diuerſus ſtatus non eneruauit, peccant mortaliter.

Qui promittit aliquid Deo, vel homini, animo non ſe obligandi, non obligatur; ſed peccat. &, ſi alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere, peccat mortaliter.

Promiſſio facta ob aliquam cauſam, nõ obligat in conſcientia, quando cauſa principalis non eſt vera ; & promittens non habebat animum ſe obligandi, abſque illa cauſa ; ſiue eam expreſſerit, ſiue non.

7 Promiſſio facta abſque deliberatione requiſita, non obligat. & illa deliberatio ſufficit, quæ ſufficit pro voto. de quo cap. 12. num. 24.

Promiſſio metu, aut dolo extorta nõ obligat in conſcientia, niſi adſit iuramentum. ſimiliter non obligat promiſſio rei illicitæ,

licitæ, vel impoſſibilis.

Promiſſio paruæ rei, etiam voto, vel iurumento firmata, ſi non ſeruarur, eſt peccatum veniale, & non mortale.

Promiſſio non obligat in conſcientia, quando ſtatus rerum mutatur, quam mutationem ſi promittens præcogitaſſet, nõ promiſiſſet: & in hoc eſt ſtandum ſuæ conſcientiæ. vt, ſi promiſit ducere aliquam in vxorem, quæ deinde fuit fornicata. Similiter, ſi res, quæ prius erat licita, modo eſt illicita.

Qui factis ſimulat aliquid cum damno 8
notabili alterius, vt hypocrita, peccat mortaliter. Peccat ſaltem venialiter, qui ſimulat ſe bonum, cum non ſit, etiam ad ædificationem proximi.

Qui leui indicio aliquem iudicat fir- 9
miter de peccato mortali, peccat mortaliter.

Ledens notabiliter alterius honorem, 10
vel dans cauſam lædendi per contumeliam, conuicium, vel improperium, peccat mortaliter.

Lædens notabiliter per ſuſurrationem 13
aliquorum amicitiam bonam, peccat mortaliter, & tenetur ad damna ſecuta.

Nota ex Soto, Licitum eſt vni minuere 14
aliquorum amicitiam, vt ipſe contrahat cum altero illorum amicitiam; ſi non lædit notabiliter.

Qui inijcit notabilem erubeſcentiam, 15
vel animi perturbationem, per deriſio-

nem, peccat mortaliter. Deriſio autem eſt inordinata pœnæ, vel culpæ, vel defectus naturalis ſignificatio. & in hoc peccatum ſæpe incidunt aulici.

## *De Detractione, ſeu murmuratione.*

17 LÆdens bonam famam, vel gloriam notabiliter per detractionem, peccat mortaliter. Detractio, murmuratio, ſeu infamatio, eſt inordinata ſignificatio expreſſa, vel tacita mali, qua læditur, vel periclitatur fama, vel gloria alicuius homi-
19 nis non beati. Fama, eſt bona exiſtimatio de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis ad aliquem bonum vſum.

22 Imponens peccatum mortale falſum, vel verum, putatum falſum, peccat mortaliter.

25 Imponens venialia falſa, vel defectus naturales falſos, ita tamen, vt damnum notabile inferant famæ, peccat mortaliter.

26 Qui detegit peccatum mortale, verùm ſecretum, alicuius inordinatè; peccat mortaliter, niſi aliqua circumſtantia excuſet. Nam non eſt peccatum mortale, detegere notoria facti, vel iuris, vel famoſa, ſine intentione nocendi, quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent, & perſonam cognoſcant. Idem dicendum de detectione eorum, quæ cito diuulgã-
27 da ſunt. Seipſum vero poteſt quiſpiam diffamare, etiam falſo: dummodo non ſit

nota-

notabile nocumentum animæ , vel corporis, vel aliorum .

Dixi , Inordinatæ, quia licèt accuſare 30
etiam ob priuatam vtilitatem ſine odio ; & extra accuſationem detegere delicta Reipublicæ,vel ſuperiori,vt prouideatur, vel vt aliquis adiuuetur.non peccat , qui detegit omiſſa correctione . quando non ſperatur fructus .

Non peccat mortaliter, detegens pec- 33
catum illius,qui ſe iactat de eo; vel detegens ei perſonæ, quæ non oberit : eſſet enim,ac ſi non detexiſſet:vt parentibus;nõ enim ſunt publicaturi .

Qui inuenit peccata pœnitentis ſcri- 34
pta , & legit , vel diuulgat , ſi ſint notabiliter lędẽtia famã,peccat mortaliter .

Qui libellũ famoſum continẽtẽ peccata falſa alterius,vel vera occulta cõponit,& proijcit in publicũ,vt legatur ; & qui inuentum diuulgat,peccat mortaliter.

Qui peccata aliorum audita aliter re- 36
fert,ideſt augendo.vel magis certificando notabiliter .

Qui audit detrahentẽ mortaliter aſſen 37
tiendo,vel non reſiſtendo cum debet; vel ſe delectando;peccat mortaliter ,

Qui interrogatus de vita , & moribus alicuius,cum teneatur loqui , tacet virtutem illius,cum damno notabili .

Iudex procedens contra aliquem per 38
viã inquiſitionis,non præcedente infamia, quamuis id probari poſſit tribus teſtibꝰ.

licèt poſſit procedere ob delictum notorium generaliter, ſed non nominatim, niſi accuſetur.

39 Iudex poſt confeſſum delictum, interrogans reum de ſocio, vel auxiliante occulto; niſi in aliquibus caſibus.

40 Non tenentur ſubditi denuntiare ſuperioribus reos, vt puniantur; ſatis eſt, ſi reſtituant: nam mandata vniuerſalia ſunt intelligenda ſecundum ius, v. g, præmiſſa correctione.

30 Qui non debens vult ſcire aliorum peccata, etiam ſi ſit iudex: ſicut, qui cũ aſſenſu audit detractionem.

## *De fama reſtituenda.*

42 QVi non vult reſtituere damnum notabile famæ datum iniuſtè à ſe, vel ab eo, cuius ipſe eſt hæres; peccat mortaliter,

Lædens notabiliter per vnum peccatũ mortale famam habentis alia peccata notoria, peccat mortaliter; & tenetur ad reſtitutionem famæ. ſed, quomodo, & quantum, vide ibi.

43 Perſona publica tenetur quærere reſtitutionem famæ.

44 Qui, multum aliquem laudando, alios notabiliter infamat, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere. Intellige in his, ſi ſequatur infamia.

45 Si falſo infamauit, tenetur reſtituere, di

cendo

cendo ſe falſum dixiſſe; etiam cum iuramento, ſi opus eſt.

Detegens verum peccatum occultum, infamat; & tenetur reſtituere: ſed quomodo, vide ibi.

Si infamatus condonet, ceſſat obligatio 46 reſtituendi. vide ibi aliqua.

Qui ſe mutuo infamarunt, non excuſan 47 tur à reſtitutione per recompenſationē. Condonatio facta petenti veniam generaliter omnium detractionum, non valet; niſi pro ijs, ad quas probabiliter ſe extēderit intentio condonantis.

Couuerſatio familiaris infamantis cū infamato, non tollit obligationem reſtituendi.

Excuſat à reſtitutione periculum maioris boni, & omnimoda obliuio infamiæ. non ſic, ſi quis ſe iactat habuiſſe puellā, etiam ſi ipſa ſenuiſſet: ſemper tamen remanet damnum reſarciendum.

Lædens famam iuſtè, nec peccat, nec 48 tenetur. Excuſat læſio parua, & non ei fides habita.

Quando accuſatus accuſanti non tenea 49 tur, & econtra, vide ibi.

Non obligatur, qui otioſe ſolum refert 50 aliena delicta à ſe audita ſine affirmatione, licèt audientes credant. (niſi referés exiſtimaret audientes ita credere, ac ſi affirmaret.) Nec ſi is, contra quem dicitur, ſit infamis in ea re. Nec referens peccatum cum auctoris pœnitentia, ita, vt potius

tius ſit ei honor, quàm infamia. Nec qui ſolam occaſionem remotam infamiæ dedit. Nec detractor conſpicuus reſtituere tenetur famam alicuius hominis infimæ ſortis, &c. res eſt dubia.

## *De Secreti detectione.*

51 SEcretum dicitur illud, quod à nemine, vel à tam paucis ſcitur, vt non ſit notorium, vel famoſum. & tale ſecretum, quādo eius detectio noceret animæ, corpori, honori, famę, fortunis, obligat ſcientem ad celandum: etiam nulla facta promiſſione, &, ſi eius detectio non noceret prędictis, non obligat: & præcipiente ſuperiore ſciens tenetur reuelare; etiamſi, eo celato, nullum damnum timeretur: niſi ſit facta promiſſio celandi expreſſa, vel tacita: quæ colligitur ex modo dicendi ſecretum, licèt nulla promiſſio exprimatur. & tunc detegere in re graui, eſt peccatum mortale, etiam præcipiēte ſuperiore: niſi graue dānum timeretur ſeruato ſecreto: ſed in re leui, eſſet peccatum veniale; niſi ſciatur per confeſſionem ſacramentalem.

52 Promiſſio rei parui momenti non obligat ad mortale. Confeſſarius, vel interpres confeſſionis, vel laicus, cui in neceſſitate quis confitetur, vel doctor, à quo cōſilium de confeſſis petitur, vel quicunq;, qui media confeſſione ſacramentali peccatum publicum, vel ſecretum, leue vel grau-

ue,

ue,etiam metu mortis, detegit; peccat mortaliter; niſi de facultate pœnitentis, iuſta cum cauſa.

53 Peccat mortaliter, qui literas aliorum aperit, & legit, cum damno notabili alicu ius, ſaltem probabili, vel cum animo dānificandi, aliter non niſi venialiter: vt, qui ſine animo nocendi, vel ſine periculo probabili nocendi notabiliter, ſed ſola cu rioſitate, verbi gratia, ſciendi noua, vel ridendi ex barbara compoſitione, vel delectandi ex eleganti, peccat venialiter. & aperiens litteras ex conſenſu expreſſo, vel tacito eius, qui mittit, vel cui mittitur; vel legitima auctoritate, vt faciunt ſuperiores Religioſorum, vel duces exercitus in finitimis hoſtium locis, vel qui iuſte timet ſibi per literas aliquod damnum parari; vel vt impediat damnum iniuſtum, quod per literas alteri paratur; non peccat.

54 Qui reuelat ſecreta non vergentia in iniuſtam eorum, quibus reuelat, perniciem; ſed cum magno damno exercitus, vel Ciuitatis; etiam ſi id fiat vi tormentorum, & timore mortis; peccat mortaliter.

Qui extra confeſſionem ſacramentalē audiuit peccata, quæ ſunt noxia Reipub. poteſt denunciare, ſine peccato; præmiſſa correctione fraterna.

55 Poteſt quis aliquem denunciare volentem ducere vxorem, habuiſſe rem cū cōſanguinea futuræ vxoris; præmiſſa ſcilicet

corre-

vſuraria.

290 Licèt emere, vel vendere pecuniam, quæ alibi pluris valeat, contra Sotum.

292 In cambijs poteſt aliquid accipi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſi tunc verè ceſſat: & per Pium Quintum non poteſt in principio cambij præfigi certum intereſſe.

293 Telonarij poſſunt aliquid accipere ob pecuniam ſeruatam: aliqui nihil accipiũt: aliqui dant tot pro centum deponenti, & eſt vſura.

294 Eſt licitum, commutare pecuniam præſentem pro abſente cum lucro.

Vna moneta poteſt plus alia valere, octo ob cauſas: prima eſt, diuerſitas metalli: ſecunda eſt, diuerſitas bonitatis eiuſdem metalli: tertia, diuerſitas formæ, & põderis: quarta, diuerſitas locorum: quinta, reprobatio totalis, vel partialis: ſexta, diuerſitas temporis: ſeptima, copia, vel defectus: octaua, abſentia, vel præſentia. & numquam valet plus ob dilationem temporis; quia tardius datur, vel recipitur.

Qui mutuat centum aureos ad annum, ſi eos erat ſeruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur eiuſdem metalli, & formæ; licèt infra annum eorum valor creuerit, vel decreuerit, debent ijdem aurei reſtitui: immo, etiam ſi nõ præceſſerit pactum, nec fuiſſet ſeruaturus.

Nec cõtra prædicta obſtat pretium ſtatutum

tutum à Repub.nummis.

Qui dant centum ducatos in India, non poſſunt accipere centum in Hiſpania. 295

Campſor, emens abſentem pecuniam notabiliter minoris, quam ibi valeat communi æſtimatione, etiam detracto eo, quo minoris valet propter abſentiam, tenetur ad reſtitutionem, ſicut & qui emit quamcunque rem hoc modo.

Emens à non habente rem, vel num- 299
mos, ſaltem virtualiter: & tenetur reſtituere; debet enim ſeruari extrauagãs Pij V. de qua vide ibi cum optima applicatione.

## PRÆCEPTVM VIII.

### *Non falſum teſtimonium dices. Cap. XVIII.*

PRohibetur principaliter falſa teſtifi- 1
catio iudicialis, vel celatio veri: & ſecundariò omnis inordinata ſignificatio verborum, ſignorum, factorum, mentiẽdo; inhonorando, ſuſurrando, deridendo, maledicendo, detrahendo. & omnis ſignificatio huiuſmodi. ſaltem eſt peccatum veniale: quia eſt inordinata.

Teſtificans, neſciens verum, ſed quia 2
alius fide dignus affirmauit, peccat mortaliter: ſed non tenetur reſtituere.

3 Mendacium notabiliter pernicioſum, vel iuratum,eſt mortale. alioquin, ſiue in iudicio, ſiue extra eſt veniale.

4 Mentiri in materia fidei,ſacræ ſcripturæ,vel morum,eſt mortale: nempe ſi fiat cum periculo,& animo nocendi. & ſic cõcionator lapſu linguæ falſo citans ſcripturas, vel Doctores, non peccat mortaliter.

5 ſed ſcienter recitans falſa miracula, vel vitas ſanctorum,peccat mortaliter.

6 Qui non adimplet promiſſionem obligantem,ideſt veram, deliberatam, voluntariam,nudam,rei licitæ, poſſibilis,notabilis,quam diuerſus ſtatus non eneruauit, peccant mortaliter.

Qui promittit aliquid Deo, vel homini, animo non ſe obligandi, non obligatur; ſed peccat. &, ſi alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere,peccat mortaliter.

Promiſſio facta ob aliquam cauſam, nõ obligat in conſcientia, quando cauſa principalis non eſt vera; & promittens non habebat animum ſe obligandi, abſque illa cauſa; ſiue eam expreſſerit, ſiue non.

7 Promiſſio facta abſque deliberatione requiſita, non obligat. & illa deliberatio ſufficit,quæ ſufficit pro voto. de quo cap. 12.num.24.

Promiſſio metu, aut dolo extorta nõ obligat in conſcientia,niſi adſit iuramentum. ſimiliter non obligat promiſſio rei illicitæ,

licitæ, vel impoſſibilis.

Promiſſio paruæ rei, etiam voto, vel iuramento firmata, ſi non ſeruarur, eſt peccatum veniale, & non mortale.

Promiſſio non obligat in conſcientia, quando ſtatus rerum mutatur, quam mutationem ſi promittens præcogitaſſet, nó promiſiſſet: & in hoc eſt ſtandum ſuæ conſcientiæ. vt, ſi promiſit ducere aliquam in vxorem, quæ deinde fuit fornicata. Similiter, ſi res, quæ prius erat licita, modo eſt illicita.

Qui factis ſimulat aliquid cum damno 8
notabili alterius, vt hypocrita, peccat mortaliter. Peccat ſaltem venialiter, qui ſimulat ſe bonum, cum non ſit, etiam ad ædificationem proximi.

Qui leui indicio aliquem iudicat fir- 9
miter de peccato mortali, peccat mortaliter.

Ledens notabiliter alterius honorem, 10
vel dans cauſam lædendi per contumeliam, conuicium, vel improperium, peccat mortaliter.

Lædens notabiliter per ſuſurrationem 13
aliquorum amicitiam bonam, peccat mortaliter, & tenetur ad damna ſecuta.

Nota ex Soto, Licitum eſt vni minuere 14
aliquorum amicitiam, vt ipſe contrahat cum altero illorum amicitiam; ſi non lædit notabiliter.

Qui inijcit notabilem erubeſcentiam, 15
vel animi perturbationem, per deriſio-

 nem.

nem, peccat mortaliter. Deriſio autem eſt inordinata pœnæ, vel culpæ, vel defectus naturalis ſignificatio. & in hoc peccatum ſæpe incidunt aulici.

## *De Detractione, ſeu murmuratione.*

17 LÆdens bonam famam, vel gloriam notabiliter per detractionem, peccat mortaliter. Detractio, murmuratio, ſeu infamatio, eſt inordinata ſignificatio expreſſa, vel tacita mali, qua læditur, vel periclitatur fama, vel gloria alicuius homi-
19 nis non beati. Fama, eſt bona exiſtimatio de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis ad aliquem bonum vſum.

22 Imponens peccatum mortale falſum, vel verum, putatum falſum, peccat mortaliter.

25 Imponens venialia falſa, vel defectus naturales falſos, ita tamen, vt damnum notabile inferant famæ, peccat mortaliter.

26 Qui detegit peccatum mortale, verùm ſecretum, alicuius inordinatè; peccat mortaliter, niſi aliqua circumſtantia excuſet. Nam non eſt peccatum mortale, detegere notoria facti, vel iuris, vel famoſa, ſine intentione nocendi, quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent, & perſonam cognoſcant. Idem dicendum de detectione eorum, quæ cito diuulgā-
27 da ſunt. Seipſum vero poteſt quiſpiam diffamare, etiam falſo: dummodo non ſit

nota-

notabile nocumentum animæ, vel corpo-
ris, vel aliorum.

Dixi, Inordinatæ, quia licèt accuſare 30
etiam ob priuatam vtilitatem ſine odio;
& extra accuſationem detegere delicta
Reipublicæ, vel ſuperiori, vt prouideatur,
vel vt aliquis adiuuetur. non peccat, qui
detegit omiſſa correctione. quando non
ſperatur fructus.

Non peccat mortaliter, detegens pec- 33
catum illius, qui ſe iactat de eo; vel dete-
gens ei perſonæ, quæ non oberit: eſſet e-
nim, ac ſi non detexiſſet: vt parentibus; nō
enim ſunt publicaturi.

Qui inuenit peccata pœnitentis ſcri- 34
pta, & legit, vel diuulgat, ſi ſint no-
tabiliter lędētia famā, peccat mortaliter.

Qui libellū famoſum continētē peccata
falſa alterius, vel vera occulta cōponit, &
proijcit in publicū, vt legatur; & qui in-
uentum diuulgat, peccat mortaliter.

Qui peccata aliorum audita aliter re- 36
fert, ideſt augendo. vel magis certificando
notabiliter.

Qui audit detrahentē mortaliter aſſen 37
tiendo, vel non reſiſtendo cum debet; vel
ſe delectando; peccat mortaliter,

Qui interrogatus de vita, & moribus
alicuius, cum teneatur loqui, tacet virtu-
tem illius, cum damno notabili.

Iudex procedens contra aliquem per 38
viā inquiſitionis, non præcedente infamia,
quamuis id probari poſſit tribus teſtibꝰ.

licèt poſſit procedere ob delictum notorium generaliter, ſed non nominatim, niſi accuſetur.
39 Iudex poſt confeſſum delictum, interrogans reum de ſocio, vel auxiliante occulto; niſi in aliquibus caſibus.
40 Non tenentur ſubditi denuntiare ſuperioribus reos, vt puniantur; ſatis eſt, ſi reſtituant: nam mandata vniuerſalia ſunt intelligenda ſecundum ius, v. g. præmiſſa correctione.
30 Qui non debens vult ſcire aliorum peccata, etiam ſi ſit iudex: ſicut, qui cũ aſſenſu audit detractionem.

## De fama reſtituenda.

42 QVi non vult reſtituere damnum notabile famæ datum iniuſtè à ſe, vel ab eo, cuius ipſe eſt hæres; peccat mortaliter,

Lædens notabiliter per vnum peccatũ mortale famam habentis alia peccata notoria, peccat mortaliter; & tenetur ad reſtitutionem famæ. ſed, quomodo, & quantum, vide ibi.
43 Perſona publica tenetur quærere reſtitutionem famæ.
44 Qui, multum aliquem laudando, alios notabiliter infamat, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere. Intellige in his, ſi ſequatur infamia.
45 Si falſo infamauit, tenetur reſtituere, dicendo

cendo ſe falſum dixiſſe; etiam cum iuramento, ſi opus eſt.

Detegens verum peccatum occultum, infamat; & tenetur reſtituere: ſed quomodo, vide ibi.

Si infamatus condonet, ceſſat obligatio 46
reſtituendi. vide ibi aliqua.

Qui ſe mutuo infamarunt, non excuſan 47
tur à reſtitutione per recompenſationẽ. Condonatio facta petenti veniam generaliter omnium detractionum, non valet; niſi pro ijs, ad quas probabiliter ſe extẽderit intentio condonantis.

Conuerſatio familiaris infamantis cũ infamato, non tollit obligationem reſtituendi.

Excuſat à reſtitutione periculum maioris boni, & omnimoda obliuio infamiæ. non ſic, ſi quis ſe iactat habuiſſe puellã, etiam ſi ipſa ſenuiſſet: ſemper tamen remanet damnum reſarciendum.

Lædens famam iuſtè, nec peccat, nec 48
tenetur. Excuſat læſio parua, & non ei fides habita.

Quando accuſatus accuſanti non tenea 49
tur, & econtra, vide ibi.

Non obligatur, qui otioſe ſolum refert 50
aliena delicta à ſe audita ſine affirmatione, licèt audientes credant. (niſi referẽs exiſtimaret audientes ita credere, ac ſi affirmaret.) Nec ſi is, contra quem dicitur, ſit infamis in ea re. Nec referens peccatum cum auctoris pœnitentia, ita, vt po-

tius ſit ei honor, quàm infamia. Nec qui ſolam occaſionem remotam infamiæ dedit. Nec detractor conſpicuus reſtituere tenetur famam alicuius hominis infimæ ſortis, &c. res eſt dubia.

## *De Secreti detectione.*

51 SEcretum dicitur illud, quod à nemine, vel à tam paucis ſcitur, vt non ſit notorium, vel famoſum. & tale ſecretum, quãdo eius detectio noceret animæ, corpori, honori, famę, fortunis, obligat ſcientem ad celandum: etiam nulla facta promiſſione, &, ſi eius detectio non noceret prędictis, non obligat: & præcipiente ſuperiore ſciens tenetur reuelare; etiamſi, eo celato, nullum damnum timeretur: niſi ſit facta promiſſio celandi expreſſa, vel tacita: quæ colligitur ex modo dicendi ſecretum, licèt nulla promiſſio exprimatur. & tunc detegere in re graui, eſt peccatum mortale, etiam præcipiẽte ſuperiore: niſi graue dãnum timeretur ſeruato ſecreto: ſed in re leui, eſſet peccatum veniale; niſi ſciatur per confeſſionem ſacramentalem.

52 Promiſſio rei parui momenti non obligat ad mortale. Confeſſarius, vel interpres confeſſionis, vel laicus, cui in neceſſitate quis confitetur, vel doctor, à quo cõſilium de confeſſis petitur, vel quicunq;, qui media confeſſione ſacramentali peccatum publicum, vel ſecretum, leue vel graue,

ue, etiam metu mortis, detegit; peccat mortaliter; niſi de facultate pœnitentis, iuſta cum cauſa.

Peccat mortaliter, qui literas aliorum aperit, & legit, cum damno notabili alicu ius, ſaltem probabili, vel cum animo dã-nificandi, aliter non niſi venialiter: vt, qui ſine animo nocendi, vel ſine periculo probabili nocendi notabiliter, ſed ſola cu rioſitate, verbi gratia, ſciendi noua, vel ridendi ex barbara compoſitione, vel delectandi ex eleganti, peccat venialiter. & aperiens litteras ex conſenſu expreſſo, vel tacito eius, qui mittit, vel cui mittitur; vel legitima auctoritate, vt faciunt ſuperiores Religioſorum, vel duces exercitus in finitimis hoſtium locis, vel qui iuſte timet ſibi per literas aliquod damnum parari; vel vt impediat damnum iniuſtum, quod per literas alteri paratur; non peccat. 53

Qui reuelat ſecreta non vergentia in iniuſtam eorum, quibus reuelat, perniciem; ſed cum magno damno exercitus, vel Ciuitatis; etiam ſi id fiat vi tormentorum, & timore mortis; peccat mortaliter. 54

Qui extra confeſſionem ſacramentalẽ audiuit peccata, quæ ſunt noxia Reipub. poteſt denunciare, ſine peccato; præmiſſa correctione fraterna.

Poteſt quis aliquem denunciare volentem ducere vxorem, habuiſſe rem cũ cõſanguinea futuræ vxoris; præmiſſa ſcilicet 55

corre-

correctione fraterna.

57 Qui iuridice, id eſt à Iudice competenti, re ſemiplene probata, & ei notificata, interrogatus, ſua delicta non fatetur; peccat mortaliter. Item, qui, contra iuris ordinem interrogatus, eadem fatetur.

58 Quando reus ſocios debet detegere, & non detegit: vt, qui pernicioſos ſocios Reipublicæ non detegit, peccat mortaliter; & confeſſor non admonens, vt id faciat, peccat mortaliter.

59 Iudex interrogans iniuſtè, vel omittẽs interrogare iuſtè, peccat mortaliter, &c.

60 Qui peccatum non vergens in damnũ alterius; vel, quod, ſi vergit alia via excuſari poteſt, reuelat iudici etiam competenti, peccat.

62 Epiſcopus, vel prælatus, vel publica perſona curans aliorum animas, ſi ſe infamat, vel notabiliter infamantibus non reſiſtit, peccat mortaliter; priuatus vero poteſt tolerare in caſu aliquo. Qui in viſitatione interrogatus de peccatis publicis, reuelat occulta; niſi timeatur periculum alijs, ex eius modi peccatis occultis.

62 Reuelans ſecretum ſibi commiſſum, vnde ſit ſecuturum graue damnum.

PRAE-

## *PRÆCEPTVM IX.*

### *Non concupiſces vxorem proximi tui. Cap. XIX.*

Iſdem modis peccatur, quibus & contra ſextum: Non mœchaberis. Tamen addo, quòd peccat mortaliter, qui, vel quæ deliberate cupit, vel gaudet amari amore libidinoſo mortali ab alio, vel ab alia; licèt ipſe non ſic amet, quia conſentit peccato alieno. 1

## *PRÆCEPTVM X.*

### *Non concupiſces rem proximi tui. Cap. XX.*

INordinate concupiſcere aliquid notabile contra iuſtitiam, eſt mortale. 1

### *De Ludo.*

LVdus, & iocus ad recreandum generat virtutem eutrapeliam: & eſt inter exceſſum, & defectum. 2

Ludus animo lucrandi potius eſt negotiatio: & fere ſemper eſt malus. & ex hoc animo non eſt mortalis; ſed venialis: immo nunquam eſt mortalis: niſi frangat aliquod præceptum: nec ex ſe eſt prohibitùs, 3

tus, niſi ratione loci ſacri, vel perſonæ, vel temporis feſti, ſcaccorum ludus minimè laudatur: quia is minus, quàm alij, animum relaxat.

4 Ludens cum notabili irreuerentia Dei, vel dictis, aut factis mortalibus; vt abutendo ſcripturis, vel cum ſcandalo, periculo, vel nocumento notabili alterius; peccat mortaliter.

5 Ludens rem notabilem ludo prohibito per legem obligantem ad mortale; vel ludo licito, ſed cum non potente donare; vel cum parente, ſed metu coacto; vel fraude; peccat mortaliter.

9 Monachi, clerici, beneficiati, & in ſacris conſtituti, ludentes notabilem quantitatem aleis, vel ludis illicitis; peccant mortaliter: &, ſi ludũt de fructibus beneficiorum, tenentur ad reſtitutionem: non ſic de ſecularibus.

14 Clericus, vel monachus, multo tempore ſpectans ludum mortaliter malum, vel qui eo delectatur.

15 Subminiſtrantes neceſſaria ad ludum; vt domum, menſas, candelas: ſunt enim cõſentientes peccato, operando, iubendo, mandando, inuitando, inducendo, &c.

17 Peritus ludi, diſſimulans, & alliciens imperitum; vel qui vtitur falſis inſtrumẽtis; vel tranſgreditur leges ludi, cum notabili damno, peccat mortaliter.

Fraudans in punctis, vel prioritate manus,

manus, peccat.

Lædens meſſem, non tenetur reſtituere quantum in area redderet; ſed quanti tunc æſtimatur.

In Regnis Hiſpaniæ ludens ſub fide ſua non iurata, non peccat, non ſoluendo: ſed, ſi ſub iurata, tenetur ſoluere. & poteſt mox pecuniam ſolutam repetere; vel poteſt petere ſolutionem à iuramento: & poſtea non amplius tenetur ſoluere. ſicut de iurante ſoluere vſuras.

Qui de re notabili facit ſponſionem; 18
quæ Italis dicitur Scommeſſa, ſciens à ſe aſſertum eſſe verum, & diſſimulans, vt alium attrahat, peccat mortaliter. ſi ſine dolo, non peccat.

Qui lucratur ſine fraude in ludo illici- 19
to, non tenetur ad reſtitutionem.

Habilis ludens cum inhabili, poteſt compenſare, quæ lucratus eſt cum perditis.

Qui lucratur fraude, & dolo, non poteſt compenſare cum perditis in eodem, vel diuerſo ludo.

## *De Conſilijs Chriſti.*

Peccat in conſilia Euãgelica, qui con- 20
tẽnit, vel proponit nõ adimplere, q̃ñ obligabunt ſub mortali; vt de Martyrio.

Qui dicit ſimpliciter, conſilia non eſſe 21
meliora, quàm contra; vel non debere vo uerí; eſt hæreticus.

Mona-

22 Monachus, venditurus ſuum frumentũ veniente caritate tritici, poteſt gaudere de augmento pretij, ſed non de cauſa, id eſt, caritate ſimpliciter.

## *PRÆCEPTVM Eccleſiæ primum.*

### *De audiendo Sacro diebus feſtis. Cap. XXI.*

1 QVicumque diſcretus ſine iuſta cauſa integram Miſſam die feſto non audit, peccat mortaliter.

In die Natalis Domini de lege communi non tenemur niſi vnam Miſſam audire.

2 Qui omittit partem notabilem Miſſæ, peccat mortaliter. Pars notabilis eſt iudicanda ad arbitrium boni viri. & videtur ea, quæ eſt à principio Introitus vſque ad Epiſtolam incluſiuè. immo ex vna particula principij, & ex vna finis, poteſt conſtitui pars notabilis. verum, poſt Miſſam, legendo per ſe illam partem omiſſam, vel ab alio audiendo, ſatisfacit; ſaltem, ſi non fuit pars notabilis.

Qui dimidium Miſſæ ab vno ſacerdote, & dimidium ab altero audit, ſatisfacit præcepto.

Qui ante benedictionem exit à Miſſa, non peccat mortaliter.

Varijs

Varijs cauſis excuſatur quis ab audienda Miſſa die feſto: vt, qui, abſque graui dãno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum, & proximi, non poſſunt audire ſacrum. 3

Excommunicati, interdicti, excuſantur; licèt non curent abſolutionem: nam; licèt peccent, quia negligunt procurare abſolutionem, quam conſequi poſſunt, non tamen peccant, quia Miſſam non audiunt; ſed non, ſi habent priuilegium.

Infirmus, & eius miniſter, ſi adeſt damnum corporalis ſalutis.

Nutrices, quæ ſine periculo eorũ, quos lactant, non poſſunt audire.

Qui habent graue negotium impediens.

Qui ratione officij prohibentur exire, vt cuſtodes arcium.

Sic Domini, & Conſultores grauiter occupati in negotio moram non patiente.

Iter faciens, qui alioqui ſocios neceſſarios amitteret.

Pauperes, qui, abſque notabili pudore defectu veſtium, non poſſunt.

Vidua, quæ, ſecundum conſuetudinem regionis, non egreditur per menſem. ſed difficile excuſatur, ſi vltra menſem.

Coniugata, quæ, ſine graui ſcandalo mariti; non poteſt intereſſe. 4

Epiſcopus non poteſt cogere populum ad audiendum Miſſam in propria parochia.

6 Qui audiens Miſſam die feſto, intendit animum in ea, quæ repugnant attentioni neceſſario debitæ, peccat mortaliter: vt, qui in parte notabili Miſſę loquitur, pingit, ſcribit, dormit, &c.

Qui excuſatur à Miſſa, non tenetur ſupplere alia oratione.

8 Qui audiens Miſſam ex pręcepto, alias preces ita recitat, vt neceſſariam attentionem auditioni Miſſæ non tribuat, peccat mortaliter: ſed, ſi ita recitat preces ſub præcepto, vt ſufficienter attendat ſacro ſub pręcepto, ſatisfacit vtrique.

Nemo tenetur ex præcepto intelligere, immo nec audire verba ſacerdotis. ſatis eſt adeſſe, etiam ex longinquo.

9 Dominus, pater, herus, notabiliter negligens ſubditos audire Miſſam in feſto, vel eos occupans in opus, quod poterat differri, peccat mortaliter.

Conſuetudo, qua nubiles puellæ ſacrũ non audiunt, non eſt tolerãda, ſi aliò egrediuntur, vel ſi eis permittuntur feneſtræ. verum detentæ à patre non peccant: nec mater quæ in earum cuſtodia remanet: ſed pater peccat; niſi ſaltem aliquando ſolennioribus feſtis domi, vel foris Miſſas eis permittat.

Menſtrua non excuſant, niſi adſit alia magna debilitas.

10 Sunt multi errores contra Miſſam, quos refutat Concilium Triden. ſeſſ. 22. & ſeſſ. 26. vide ibi multa.

## II. PRÆCEPTVM
### De Ieiunando.

QVi credit ſe vincendum carnis tentatione, ſi talem cibum comedat; debet omni tempore ab eo abſtinere, ſub peccato mortali. 11

Qui à media nocte in mediam noctem die ieiunij præcepti ab Eccleſia comedit pluries, quam ſemel, etiam cibos conceſſos; peccat mortaliter: niſi cauſa iuſta, vera, vel putata, vel diſpenſatio excuſet.

Si vigilia Sancti Ioannis incidat in diem Corporis Chriſti, ieiunetur præcedēti die, ideſt feria 4. ex Leo. X. ad Legatum in Hiſpania.

Vouens ieiunare, & abſtinere à carnibus omni feria ſexta, vel ſabbato, ſi tunc incidat dies Natalis Domini, debet ieiunare, vel abſtinere à carnibus. 12

In ieiunio licèt cuiuis bibere vinum, vel aquam, quoties voluerit; etiam ad ſuſtentandum ſe, vel ſedandam famem. &, licèt actus in ſe propter indigeſtionē videretur immoderatus, & peccatū veniale; tamen, ſi adeſt iuſta cauſa, vt pax, & ſocietas, excuſatur. 13

Accipere aliquid per modum medicinæ; vel prægustare cibos, verbi gratia dominorum, licèt ſint oua, vel carnes, non frangit

frangit ieiunium.

Lector menſæ poteſt comedere aliquid, & poſt lectionem cęnare.

Veſperi poteſt ſumi collatio à ieiunantibus, ex pane, vel fructu, vel vtroque, iuxta morem regionis; dũmodo nõ ſit multum: non ſolum ob potum, ſed etiam ad ſuſtentandam naturam; licèt non bibat.

Non licèt ientare mane, & cęnare veſperi: nec conſuetudo excuſat, niſi ratione medicinæ, debilitatis, vel neceſſitatis agẽdi aliqua neceſſaria.

14 Qui facta cęna tempore ieiunij ſurgit à cœna animo amplius non comedendi, & deinde reuertitur ad cœnam, & comedit: frangit ieiunium.

Notabiliter magna collatio frangit ieiunium: vt communiter fit in vigilia Natiuitatis.

Qui ſæpius in ieiunio comedit, tantum in ſecunda comeſtione peccat mortaliter, non in alijs: at, ſi edat cibos vetitos, tunc toties quoties.

15 Licèt in iure communi oua, & lacticinia prohibeantur in ieiunijs quadrageſimæ, & non in alijs; tamen ſeruanda eſt cõſuetudo ſaltem 40 annorum.

16 Cauſa iuſta excuſans à ieiunijs eſt triplex, impotentia, neceſſitas, maius bonum.

Impotentia excuſat pueros vſque ad 21. annum: quamquam expediret eos aſſueſcere: & ob aliquam neceſſitatem

poſſunt

poſſunt compelli.

Eximit ſenes ſexagenarios. & quia alij alijs citius ſeneſcunt, ideo arbitrio prudentis, vel ſuperioris id relinquendum eſt.

Eximit mulieres grauidas, & nutrices immo, ſi ieiunarent, peccarent; niſi ita robuſtæ eſſent, vt vna comeſtio ſibi, & infantulo ſufficeret.

Pauperes, non valentes ſibi quærere cibum ad vnam comeſtionem: non alios pauperes.

Infirmos, non valentes, vel non debentes tantum comedere, &c.

Eos, qui ita ſunt infirma complexione, vt vacuo ſtomacho patiantur vertiginem, vel dolorem capitis; vel nocte non valeāt calere, vel dormire.

Neceſſitas excuſat, in primis omnis illa, quæ à feſto ſeruando excuſat; aut quando quis facit aliquid neceſſarium ad vitam, vel ſui ſtatus decorum; aut ad vitandum damnum notabile; aut ad lucrādum, quod raro lucrari poteſt.

Excuſatur etiam omnis operarius, vt faber ferrarius, agricola, qui, niſi aſſiduo ſuo labore, non poteſt familiam ſuſtentare, filias collocare, aut in ſtudijs filios ſuſtentare, neceſſaria ad decentem cultum ſibi, & ſuis comparare: licèt aliter ab obſeruandis feſtis non excuſaretur: & licèt aliquo modo ſint diuites. Excuſatur à fortiori, qui ieiunando non

poteſt facere neceſſaria ad ſuam, vel aliorum ſalutem ſpiritualem, vel corporalem.

Concionatores, ex officio, vel obedientia docentes verbo, vel ſcripto.

Audientes confeſſiones. Item, qui ieiunando non poſſunt fungi ſuo officio, vt par eſt; vt magnum iter facturus, ſaltem pedes.

Maritus, qui vxori aliter reddere debitum non poteſt. Coniux, ſi ieiunando ſatis placere non poteſt marito.

17 Maius bonum excuſat eos, qui non poſſunt ieiunando vacare ſanctioribus, & melioribus operibus: vt ſunt opera miſericordiæ ſpiritualis, & corporalis; etiam ſi fiant cum mercede: dummodo principalis intentio non ſit excuſari à ieiunando, vel lucrum.

18 Peregrinatio voluntaria non excuſat, niſi inde reſultet magna ædificatio proximi, vel maior fructus animæ, quam ex ieiunio: ſecus, ſi ad peregrinationem tenetur, nec commodè differri poteſt.

Si dubitat, an opus pium, quod intendit, excuſet, conſulat ſuperiorem: vt ſæcularis Epiſcopum, quo abſente, Vicarium, vel parochum: Monachus Prælatum; & eius dicto acquieſcat.

19 Vxor in ieiunijs votis voluntariè, repugnante marito excuſatur: in ieiunijs Eccleſiæ non; niſi quando cum mariro oriatur notabilis diſcordia, odium, ſcandali,

rixa,

rixa, percuſſio, blaſphemia; nec tenetur in rigore ſupplere alijs pijs operibus.

20 Si quis bona fide putat ſe habere iuſtam cauſam ad non ieiunandum; nõ peccat mortaliter, ſi non ieiunat.

Et qui dubitat, an poſſit ieiunare ſine notabili damno ſuæ ſalutis, confeſſarius debet ei ſuadere, vt experiatur; &, ſi dãnum, experientia cognoſcitur, iuſte poteſt ceſſare: quod ſi adhuc dubitat, petat diſpenſationem à ſuperiore; ſi non vult adire, non eſt abſoluendus.

Qui non poteſt totam quadrageſimam ieiunare, ſed bis, vel ter in hebdomada; tenetur bis, vel ter ieiunare: & ſatisfacit præcepto de ieiunando.

21 Diſpenſare generaliter, vt quis nullis teneatur ieiunijs, vel non illis, vel illis diebus, eſt ſolius Papæ: diſpenſare vero ſingulariter cum illo, vel illo, iuſta de cauſa, vel ne illo, vel illo die, poteſt Epiſcopus; quo abſente, Parochus.

22 Prælati non debent relinquere conſciẽtiæ ſubditorum petentium diſpenſationẽ in ieiunio: ſed potius benigne debent diſpenſare.

Diſpenſatio de non ieiunando, non cõcedit comedere carnes, lacticinia. Nec diſpenſatio præueniendi horam, concedit non ieiunare.

Propter eleemoſynam, quam quis facit, non excuſatur à ieiunio.

23 Neceſſitas, vel iuſta cauſa, quæ excu-

ſant ab integro ieiunio, non excuſant ſecundum Caietanum ab omni parte ieiunij: debet enim ſeruari quantum poteſt. quare excuſatus à ieiunio, edens carnes, vel oua, ſi ſuſtentari poteſt eſcis congruis ieiunio, peccat mortaliter.

24 Qui inuitat ad cœnam obligatum ieiunare, ſine iuſta cauſa, ſciens, aut dubitans probabiliter ob inuitationem fracturum ieiunium; peccat mortaliter. ſed, ſi ſcit inuitatum eſſe cęnaturum alibi, & ipſe inuitat paratum cenare, non conſentiendo peccato, ſed ob honeſtam cauſam, v.g. vrbanitatis, non peccat.

26 Paterfamilias, caupones, hoſpites, & adminiſtrantes ad ſe veniĕtibus cibos, quibus putāt eos ſine cauſa ieiunium frangere, vel dubitant, peccant mortaliter

47 Quare tabernarij parati adminiſtrare cibos in die ieiunij quibuſcunque veniĕtibus, nulla admonitione de ieiunio facta, peccant mortaliter.

Qui in die ieiunij miniſtrat cibos prohibitos, ſine diſpenſatione legitima, nec conſuetudine id permittentes, peccat mortaliter.

Qui mane comedit in die ieiunij, per talem ignorantiam, vel incogitantiam, vt excuſetur à violando ieiunio, tenetur ieiunare illam diem more conſueto. ac ſi nihil comediſſet. ſi autem illa comeſtio fregit ieiunium, non tenetur in poſterū, nec ſequenti die: contra Paludan. &c.

Nota-

Notabiliter præueniens horam in loco conſuetam edendi, frangit ieiunium; ſi ſine honeſta cauſa fiat.

Obligati ad horas non debent ſine cauſa comedere in quadrageſima ante recitatas veſperas; in alijs diebus ieiunij, ante nonam: licèt ieiunium non frangeretur.

Qui famulos obligatos ad ieiunandum, die ieiunij compellit ad opera incompatibilia ieiunio, cum poſſit illa opera in aliam diem transferre, peccat mortaliter.

Qui ieiunat diebus Dominicis, credens ſuperſtitioſe tunc ieiunandum eſſe, contra conſuetudinem Chriſtianam, peccat mortaliter. ſecus, ſi ob alios bonos fines.

## *III. PRÆCEPTVM*

### *De ſoluendis decimis.*

DEcimam, (quæ vel eſt perſonalis, vel 28
prædialis, vel mixta; quæ, quo ad ſu-
ſtentationem cultus diuini, eſt de iure di- 29
uino naturali, quo ad quotam, eſt de iu-
re poſitiuo) qui non ſoluit, peccat mor-
taliter.

Decima quoad quotam, poteſt minui, 30
vel tolli; dummodo parochus commo-
de ſuſtentetur: vt fere in tota Italia ſer-
uatur.

31 Decima perſonalis non debetur, vbi eſt conſuetudo legitime præſcripta non ſoluendi.

Qui in ſoluendis decimis deducit impenſas, quas facit, aut partem peiorem decimat, peccat.

Qui ſoluit omnes decimas debitas, ſed non vbi, quando, & cui iure, vel conſuetudine legitima debetur, niſi interueniat pactum legitimum inter Eccleſiaſticos
32 & laicos; peccat mortaliter. & qui ſubtrahunt, aut impediunt decimas, excommunicantur in Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. cap. 12.

Qui primitias iure, vel legitima conſuetudine, vbi, & quando, & cui debet, non ſoluit; peccat.

Confeſſarius, vel concionator, qui dehortatur, aut auertit à ſolutione decimarum, peccat, & eſt excommunicatus.

## IIII. PRÆCEPTVM

### *De Confitendo ſemel in anno.*

33 QVi habens diſcretionem, v. g. puer diſcernens bonum à malo, & habens copiam confeſſarij, niſi ex conſilio confeſſarij in longius tempus differat, omnia peccata mortalia (quia de venialibus
34 non tenetur ſub præcepto ſimpliciter) ſemel

ſemel in anno , & cui debet non confite-
tur; peccat mortaliter .

Omittere confeſſionem in vno anno,eſt
vnum peccatũ mortale; ſed,quoties deli-
berat omittere, toties peccat mortaliter.

Qui etiam extra quadrageſimam non 35
confitetur quando obligatur, vt in quin-
que caſibus poſitis,c.2.nu.9.

Qui non reiterat confeſſionem quan-
do ſcit , vel ſcire debet eſſe reiterandam;
peccat mortaliter.

Qui poteſt ore proprio, & propter ſe-
gnitiem , vel pudorem confitetur per
ſcriptum, vel nuntium;peccat mortaliter.

Qui non poteſt ore proprio, non tene-
tur confiteri per ſcriptum , vel nuntium:
ſed,ſi faceret,teneret confeſſio, & abſolu
tio etiam per ſcriptum miſſa .

Qui mentitur affirmando; vel negando
peccata mortalia in confeſſione , peccat
mortaliter; niſi putaret ſanctè ſe poſſe ni-
mis accuſare , ſine animo decipiendi ſa-
cerdotem .

Qui mentitur in confeſſione, affirman- 38
do, vel negando peccatum mortale, aliàs
legitime confeſſum , vel veniale nunquam
confeſſum, non peccat mortaliter : niſi il-
lud mendacium ſit cum iuramento,vel p̃-
nicioſum; vel nulla alia ſubminiſtretur ma
teria ſacramenti.

Qui inter confitendum proponit non 39
confiteri aliquod peccatũ mortale,ſi cõ-
feſſariꝰ nõ interroget; peccat mortaliter,

& debet de hoc ipſo pœnitere.

40 Confiteri ob finem mortalem, eſt peccatum mortale; ob venialem, veniale.

Ita confiteri, vt, ſi non eſſet aliquis reſpectus, vt timor mortis, &c. non confiteretur, non eſt peccatum mortale: niſi illũ reſpectum pluris faceret, quam confeſſionem: quod rarò euenit.

41 Qui, ne perdat ſuam bonam exiſtimationem apud confeſſarium proprium, prius confitetur grauia, & obſcena peccata alteri, & leuiora, ſeu venialia proprio, nõ peccat mortaliter.

Qui ſine neceſſitate laico, vel non presbytero confitetur; vel cum neceſſitate, animo accipiendi ab eo ſacramentalem abſolutionem, vel imprudenter ſe infamat, &c. niſi ſimplici, & bona fide putet id licite fieri poſſe; peccat mortaliter, & debet eadem peccata tempore ſuo ſacerdoti confiteri.

42 Qui confeſſionem bene factam ſæpius ſcrupuloſe iterat, cum periculo deſipiendi, vel cum ſcandalo notabili confeſſoris, vel infamia tertij, peccat mortaliter. alioquin venialiter; quia ſcrupuloſus turbat tranquillitatem conſcientiæ.

Semel confeſſus, & abſolutus à prudenti confeſſore, debet acquieſcere. &, ſi qua occurrunt, quæ neſcit an ſit confeſſus, debet credere ſe eſſe confeſſum: quia nullum eſt periculum: cùm non certo ſciat ſe illa non eſſe confeſſum, mor-

bus

bus enim, quo laborat, eum excuſat in ijs, in quibus bene compoſitus debet dubitare: lege ibi.

Rectè confeſſus, etſi non teneatur, tamen, ſi reiterat confeſſionem cauſa deuotionis, conſcientia quieta, ſine tædio confeſſoris, & impedimento aliorum bonorum; bene facit.

Qui pœnitentiam iniunctam à confeſſa- 43
rio, acceptatam in ſatisfactionem peccatorum mortalium, non adimplet, peccat mortaliter: quia pœnitentia propter venialia, ſi ſine contemptu non adimpletur, non eſt peccatum mortale.

Qui aliquod à confeſſario conſilium datum, dictum, præceptum reuelat poſt confeſſionem, in damnum vitæ, ſalutis, famæ, vel bonorũ eius; peccat mortaliter.

## *V. PRÆCEPTVM De Communicando in Paſchate.*

QVi non communicat intra octo dies 45
ante vel poſt Paſcha, peccat mortaliter niſi de licentia proprij ſacerdotis vlterius differat; & niſi adſit impedimentum, nulla ſua negligentia interueniente. & vbi eſt conſuetudo ſatisfaciendi huic præcepto communicandi, quolibet quadrageſimæ die, ſatis eſt ſe illi conformare.

Qui non communicat in Paſchate, tenetur infra annum communicare, ſub peccato mortali.

46 Qui communicat credens, vel credere debens ſe mortalis culpæ reum, aut cum animo faciendi aliquod peccatum mortale; vel ex ignorantia affectata, vel procurata, vel craſſa, id ignorans, peccat mortaliter.

47 Sed dicitur quis diſpoſitus, vt bene poſſit accedere, qui, adhibita diligentia debita in recordando, & conſulendo viros doctos, non meminit peccati mortalis; & probabiliter credit ſe contritum eſſe, vt dicere poſſit Deo, Pœnitet me omnium peccatorum meorum mortalium, & propono, nec ea, nec alia facere in poſterũ: & hæc propter Deum.

48 Qui irretitus aliqua cenſura, contra prohibitionem Eccleſiæ communicat, peccat mortaliter: niſi illæ cenſurę in ſe eſſent nullæ, & ſine ſcandalo communicaret.

49 Qui habens copiam confeſſarij, & qui, cum ſine ſcandalo poſſit à menſa cõmunionis recedere, &c. communicat ante cõfeſſionem actualem omnium mortalium, licet ſit contritus, peccat venialiter.

50 Qui non communicat quando debet, ex eo quia non vult remittere, reſtituere, &c. peccat mortaliter de nouo.

51 Qui intra diem naturalem habet copulam, vel pollutionem etiam illicitam, & confeſ-

confeſſus, & contritus communicat, niſi adſit notabilis diſtractio, non peccat mortaliter.

Coniugati ſatisfacientes matrimonio, ſi communicant eodem die, non peccãt, ſaltem mortaliter.

Qui communicat in quocunque die anni non à proprio parocho, niſi ignorantia excuſet, peccat mortaliter. & ſacerdos eſt excommunicatus: niſi ex facultate id faciat, vel Papæ, vel Parochi. 52

Qui habent priuilegia fratrum minorum, poſſunt ſemper adminiſtrare hoc Sacramentum, excepto Paſchate; ſiue quis communicet ad ſatisfaciendum præcepto, ſiue non: quia tũc nemo poteſt extra parochiã cõmunicare, niſi de licentia ſaltem tacita parochi de quo cap. 9. nu. 5.

Qui communicat poſt cibum, vel potũ media nocte elapſa ſumptũ ex propoſito, etiam ſi ſit per modum medicinæ, vel ſit ipſa medicina, cũ ita ægrotat, vt differri in aliũ diem poſſit; peccat mortaliter. Quod debet eſſe ex propoſito; quia deglutire aliqd relictũ in dẽtibus in pcedẽti die, vel dum os lauat, vel ius, vel vinum guſtat, ſi quid cadat per modum ſaliuæ, non impedit communionem. 53

Cęnare prope mediã noctem, & mox non dormire, & non digerere, non impedit; niſi ex conſilio: ſi habet mentem turbatam, debet abſtinere. Infirmus, qui non poteſt expectare in ſequentem diẽ,

poteſt non ieiunus communicare: ſed nõ celebrare, etiam quacunque neceſſitate, vel imperio cuiuſuis ſuperioris, præter ſummi Pontificis.

54 Qui pluries eadem die communicat, vel celebrat, peccat mortaliter: exceptis aliquibus caſibus. Sacerdos extra celebrationem ſi communicat, ſine ſtola, vel ſuperpelliceo, non peccat.

55 Parochus, qui propter peccatum occultum ſubditi auditum in cõfeſſione, à quo non eſt abſolutus, ſi tempore, quo iure debet communicare, ſubditus publice, vel ſecrete petat communionem, non eã ſubdito adminiſtrat, peccat mortaliter; aliter non debet: vt, ſi peccatum ſubditorũ eſt notoriũ, & publicum, nõ debet eos cõmunicare. immo, etiam ſi recte eos pœnituerit, & ſine confeſſi; niſi ſatisfaciant ſcãdalizatis aliquo modo, non debet miniſtrare eis, niſi in ſecreto. loquimur, de au-
56 dito in confeſſione; quia propter aliũde auditum non poteſt denegari communio publice petita, licèt poſſit ſecreto; & hoc tantum in Paſchate; quia in alijs temporibus debet denegare.

57 Superiores, vt paterfamilias, notabiliter negligẽtes curare, vt ſui ſubditi ad id obligati tẽpore ſuo communicent, peccãt mortaliter; præſertim ſi ſciunt eos non cõcommunicaturos, niſi à ſe admonitos.

Pueri ſecundũ bonam conſuetudinem prius obligantur confiteri, quàm cómunicare;

nicare; &, qui debét admoneri, vt cõicét. non peccant, ſi tardius quàm par eſt, cõmunicāt; ſed peccāt, qui non admonent: quod ſi dubitant, conſulant confeſſarios peritos.

Qui laicus, vel clericus extra ſacrificium Miſſæ, communicat ſub vtraque ſpecie.

Monachi, & Monachæ Sancti Benedicti, qui non communicant ſingulis menſibus, peccant mortaliter. ibi eſt exhortatio ad frequentiam ſacramentorum.

## *DE SACRAMENTIS. Cap. XXII.*

SAcramentum eſt ſignum rei ſacræ. confert gratiam ex opere operato. 1

Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem: 2
Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. Et quodlibet conſtat ex materia, & forma, Tria ſunt irreiterabilia; Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo.

Qui credit aliquid ex damnatis in Cõ- 1
cilio Tridentino circa ſacramenta, peccat mortaliter, ſciens, vel debens, ſcire; quòd ſi verbo, vel ſcripto expreſſerit, eſt excõmunicatus in Bulla Cœnæ Domini.

Sciens ſe reum peccati mortalis, vel ſcire debens, niſi conteratur, vel atteratur, putans ſe conteri, peccat mortaliter

admi-

adminiſtrando, vel recipiendo ſacramenta; & in Euchariſtia niſi confiteatur.

4 Peccat mortaliter, qui ab excommunicato, interdicto, ſuſpenſo à tali adminiſtratione, vel denuntiato pro tali, vel publico concubinario, recipit ſacramenta; niſi ſit baptiſmus, vel communio tempore neceſſitatis. dicitur autem notorius concubinarius, qui eſt talis per ſententiam, vel confeſſionem factã in iudicio, vel per euidẽtiam rei, quæ nullo modo poteſt celari.

Qui inuitat ad miniſtranda ſacramenta in peccato mortali, quem ſcit non pœniturum, & hoc ſine neceſſitate, ita, vt ſit cauſa, cur ille miniſtret, qui aliter non erat miniſtraturus, peccat mortaliter.

Qui verbo, vel facto notabilem irreuerentiam facit ſacramento, peccat mortaliter.

## De Baptiſmo.

5 Baptiſmus eſt ſacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum debita intentione abluitur. & declaratur hæc definitio.

6 Multi errores de Baptiſmo condẽnati à Concilio Tridentino.

Infans, qui baptizatus ſine ſolẽnitate, moritur, eſt ſepeliendus in loco ſacro; etiam cum ſolennitate ſepulturæ.

Peccat mortaliter, qui credit condẽ-

natá in Concilio Tridentino de baptiſmo: &,ſi exprimit verbo, vel facto; eſt excómunicatus in Bulla cœnæ.

Qui baptizat, vel baptizatur bis, peccat mortaliter.

Qui eſt in culpa notabili, vt quis moriatur ſine baptiſmo, peccat mortaliter.

Qui baptizat in peccato mortali, vel baptizatur impœnitens; peccat mortaliter.

Obſtetrix, neſciens veram formam baptiſmi.

Non presbyter baptizans ſine neceſſi- 7
tate, peccat mortaliter.

Presbyter baptizans ſine ſolennitate, vel cum ſolennitate extra Eccleſiam, niſi filios Principum, peccat mortaliter. Clericus non presbyter baptizans ſolenniter coram presbytero, eſt irregularis.

Peccant, qui infantes recenter natos non ſolenniter faciunt baptizare.

Peccant mortaliter mulieres baptizãtes præſente viro; vt laicus præſente clerico, & clericus minor præſente presbytero.

Qui non lauat, durante prolatione verborum, peccat.

Qui vngit baptizatum chriſmate præteriti anni ſine neceſſitate, peccat.

Qui ſine facultate baptizat non vnum parochianum, peccat: ſed non ſtatim eſt excommunicatus.

De

## *De Confirmatione.*

8 Confirmatio eſt ſacramentum vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem baptizati iniungit, ſub certa verborum forma, & declaratur ibi.

9 Peccat mortaliter, qui non Epiſcopus confirmat, vel Epiſcopus oleo non conſecrato, vel non ex balſamo, vel non debita forma.

Qui ex contemptu omittit hoc ſacramentum, peccat mortaliter.

Qui ſine patrino confirmatur, credens id eſſe ex præcepto.

Suſcipiens, & miniſtrans ordines ante cōfirmationem ſcienter ſine cōtemptus, peccat venialiter.

## *De Euchariſtia.*

10 Evchariſtia multipliciter vocatur; & eſt ſacramentum, quo ſub ſpecie panis, & vini verū corpus, & ſanguis Chriſti continetur, & declaratur ibi.

Peccat mortaliter, qui, ſcire debens, non credit definita à Concilio Tridentino.

Peccat mortaliter, & eſt excōmunicatus, qui etiam diſputando defendit, contrito ante actualem confeſſionē de mortale licere communicare.

De

## De Pœnitentia.

EST ſacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum, & confitentem legitimè ſua peccata, cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis. 11

Peccat mortaliter debens ſcire, & non credens determinata in Concilio Tridẽtino, de Pœnitentia.

Qui abſque contritione, vel iuſta attritione, vel ſine propoſito abſtinendi, vel reſtituendi, confitetur, peccat mortaliter.

Qui procurat abſolui à peccatis ante abſolutionem excommunicationis, aut à non presbytero, aut ab excõicato, denũciato, aut ſuſpenſo, aut à notorio, ſine neceſſitate, aut à peccatore non pœnitente, de quo ſupra, cap. 9. nu. 6.

## De extrema vnctione.

EST Sacramentum, quo presbyter vngit certas corporis partes infirmis probabiliter periclitantibus oleo conſecrato, certa verba, cum debita intẽtione, proferendo, declaratur ibi. 12

Freneticus, qui potuit peccare, ſi ante freneſim perijt vngi, vel, ſi recordatus fuiſſet, petijſſet; nec in peccato mortali notorio inſaniuit, eſt vngendus, etiã ante pubertatem. fieri enim poteſt, vt moriens

non

non vnctus, damnetur; & vnctus ſaluetur.

Sed ſi dubitetur, an ſit mortuus, poteſt vngi ſub conditione, ſi non es mortuus; nõ tamen, ſi aperte eſt mortuus.

Si poſtquam cœpit vngi moriatur, deſiſtendum eſt ab vnctione.

14 Qui morbo, vel ſenio moriuntur, ſunt vngendi; non alij; quia illi iudicio turbantur, & magis impugnantur.

15 Peccat mortaliter, qui, debens ſcire illa, quæ ſunt decreta à Concilio Tridentino, non credit: &, ſi exprimat, excommunicatur.

16 Qui contemnit pro ſe tempore neceſſitatis petere vnctionem, vel pro ſubiectis ſuæ curæ, peccat mortaliter.

Qui ſciens ſe in mortali, ſaltẽ ſine debita attritione, vngitur, peccat mortaliter.

## *De Ordine*.

17 ORdo hic ſumitur pro ſacra ordinatione, & actu, quo homines cooptantur in Eccleſiaſticum ordinem. Et eſt Sacramentum, quo traditur character, & poteſtas conſecrandi Euchariſtiam, vel circa illam miniſtrandi.

Peccat mortaliter ſcire debens, & non credens ſtatuta Concilij Tridentini.

*Eſt opinio Nauarri, quatuor ordines eſſe vere, & proprie Sacramenta; nempe tres maiores, & Epiſcopatum: reliquos vero eſſe ſacramentalia.*

Peccat

Peccat mortaliter, qui cum conſcientia peccati mortali, accipit hoc Sacramẽtum: ſed dubium eſt, qui ordines ſint Sacramentum.

Peccat mortaliter, qui contrauenit nouis ſtatutis Concilij Tridentini. quę ſint, vide in cap. 25. nu. 68.

## De Matrimonio.

EST Sacramentum, quo fit maris, & fęminæ coniunctio indiuiduam vitę cõſuetudinem retinens. & declaratur hæc definitio. & confert gratiam ex operę operato. 19

Materia huius Sacramenti eſt mutuus conſenſus, explicatus verbo, nutu, & aliquando taciturnitate. 20

Matrimonium diuiditur, quo ad torũ, & vinculum, ante copulam carnalem per profeſſionem ſolemnem religionis approbatæ. Item ante conſummationem, p diſpenſationem Papę iuſta de cauſa factam 21

Matrimonium contractum inter infideles etiam poſt conſummationem diuiditur, ſi vnus conuertatur, & alter noluerit cohabitare ſine contumelia creatoris; vel ſi inducat eum ad mortale.

Matrimonium diuiditur quo ad torum, & habitationem, non quo ad vinculũ, auctoritate iudicis; propter fornicationem. Item ob ſæuitiam coniugis: vel ob alias cauſas.

Matri-

Matrimonium diuiditur, quo ad totum tantum ob fornicationem, ſine iudicis ſententia.

Catholicus poteſt diſcedere à cohabitatione Lutheranę inducentis ad ſuam hęreſim.

Sic quilibet à coniuge inducente ad quodcunque peccatum mortale; ſi aliter non deſiſtat.

Vxor poteſt diſcedere à viro nimium fidenti, vel laxo animo; vt. ſi inducat in domum amicos impudicos, & egrediatur ipſe cum graui periculo peccati vxoris: ſi tamen admonitus non deſiſtat.

Vxor poteſt diſcedere à marito fure nolente deſiſtere: ſic ab apoſtata inducéte ad apoſtaſiam.

Coniux non poteſt recedere à coniuge propter morbum Gallicum, vel leprã; non propter amentiam, niſi eſſet periculum mortis.

Vxor non diſcedens à marito adultero publico, non peccat, nec ſi perſeueranti reddat, vel petat debitum; modo ei adulterium illud non placeat, & putet probabiliter. quòd, ſi debitum negaret, adhuc non deſiſteret.

Idem dicendum de viro reſpectu vxoris, ſi non poſſet ſine proprio vel publico damno, vel ſcandalo, ab adulterio ipſam arcere, &c.

23 Adulter ſiue publicus, ſiue ſecretus, licèt non poſſit petere debitum, tanquã

iure debitum: poteſt tamen peteret tamquam licitum: ſiue innocens coniux ſciat, ſiue non ſciat adulterium: ſed, qui eſt innocens, poteſt alteri denegare. Si vero innocens deinde adulterauerit, tenetur reddere: quia facta eſt compenſatio: aliter non abſoluatur.

Qui ante Concilium Tridentinum clã 24
contraxit, & conſummauit, & coram iudice negauit: etiamſi vxor nupſerit alteri, non poteſt ipſe religionem ingredi.

Sponſalia non ſunt matrimonium, ſed ſunt matrimonij promiſſio mutua, & reciproca; Arrhæ, & iuramentum nõ ſunt neceſſaria pro ſponſalibus.

Sponſalia ſoluuntur primo per par- 25
tium remiſſionem: licèt fuerint iurata per Deum.

2 Per ingreſſum alterius in religionem, 26
& alter ante profeſſionem illius, poteſt cum altera contrahere ſponſalia.

4 Per contractum matrimonium alterius de præſenti, etiam non ſecuta copula: vel per alia ſponſalia, cum copula affectu maritali: (ſed hoc non ſufficit poſt Concil Trid) ſi vero ſecunda ſit cognata primę, neutram ducere poteſt.

4 Per alterius ad aliam regionem migrationem ſine iuſta cauſa; vel ſi non redit intra tempus ſtatutum à iudice, ſecundum ius canonicum.

5 Per ſupueniẽtẽ affinitatẽ intra gra- 27
dum prohibitũ ante copulã maritalem.

6 Per

6 Per abſolutionem iudicis ex eo, quia alter contraxit infra pubertatis annos: ſi vero ambo, vel alter eorum eſſet minor ſeptem annis, non eſſet impedimentum publicæ honeſtatis; & alteruter eorũ poſſet cum cognata, vel cognato alterius matrimonium contrahere.

7 Per tempus præſtitum ad contrahendum de præſenti elapſum.

8 Per ſuperuenientem morbũ contagioſum, vel deformitatem notabilem.

9 Per ſuperuenienté fornicationé alterius; non per præcedentem, niſi incognitam: idem de fornicatione ſpirituali.

10 Per votum caſtitatis præcedens; non per ſubſequens, excepto voto religionis.

Qui promiſit alicui non ducere aliam, niſi illam, non tenetur ducere illam; licèt aliam licite ducere nequeat.

11 Per ſuperuenientem inimicitiam capitalem.

12 Si non ſtat promiſſis; vt de dote, & ſi ſponſa certam dotem non promittit, videtur omnia ſua bona promittere. Ita, vt, ſi fiat pauperior, non teneatur ſponſus eam ducere.

13 Per famam impedimenti canonici ad contrahendum.

14 Per ſuſceptionem ordinis ſacri.

15 Per ſuperuenientem cognationem legalem.

16 Propter morum aſperitatem.

17 Per

17 Per aliquod ſuperueniens, quod ſi præceſſiſſet, non fuiſſent facta.

In his caſibus ſoluere ſponſalia ſine au- 28
ctoritate Iudicis eſt peccatum veniale: niſi in his, in quibus ipſo iure ceſſant, vel ſine ſcandalo.

Sponſalia tranſeunt in matrimonium de præſenti: primo, per copulam carnalẽ affectu maritali, ſecundum iura antiqua; ſecundo, per declarationem conſenſus apertam de præſenti.

Ad contrahendum matrimonium ætas 29
viri, eſt quattuordecim annorum completorum; feminæ, duodecim completorum: ad ſponſalia vero, in vtriſque ſeptem, niſi potentia ſuppleat ætatem.

Amens tempore amentiæ, non poteſt contrahere.

Impedimentum matrimonij eſt duplex, impediens & dirimens, & impediẽs tantum.

Peccat mortaliter, qui diſcredit di- 30
ctis de matrimonio à Concilio Tridentino, &, ſi exprimit, eſt excommunicatus; & quæ ſint, vide ibi.

Peccat mortaliter contrahẽs matrimonium, vel ſponſalia ante debitũ tẽpus: ſed magis peccat gerentes curam eorum.

## *Impedimenta dirimentia.*

Error perſonæ, vel conditionis ſeruilis annullat matrimonium; niſi con-

contrahẽs abſolutè cõſentiat in præſentẽ.

Procurans per errorem matrimoniũ, quod aliter non fieret, peccat mortaliter.

Error fortunæ, vel alterius qualitatis non dirimit.

33 *Conditio.*] Si ſeruus contrahat cum libera, ignorante ſtatum viri, nil fit. Si liber cum ancilla, putans eam liberam, nihil fit; etiam ſi dominus ſecreto eam manumiſerit, & ipſe inſcius cum hac modo libera rem habuerit: & per ſententiam Iudicis debet ſeparari. quo ad habitationẽ: ſi vero, poſtquam rem ſciuit, coiuit affectu maritali, ſecundum iura antiqua, vel, ſi antea tanto affectu fuit, vt, ſi rem ſciuiſſet, conſenſiſſet, tenet matrimonium; ſi tamen illa conſenſit. Si ſeruus contrahit cum ancilla, putans eam liberam, matrimonium tenet.

34 Peccat mortaliter dominus, qui, conſentiens matrimonio ſerui, vel ancillæ, non concedit locum ad debitum reddendum; nec eum vendere poteſt ad remotas regiones, vt impediatur debitum; ſecus, ſi nõ conſentit; quia tunc ſeruus magis tenetur domino, quã debito: æquum tamen eſſet, non eum vendere in regiones longinquas.

35 *Votum.*] Poſt votum ſollemne, contrahens matrimonium, vel ſponſalia, peccat mortaliter: & eſt excommunicatus; & matrimonium, non tenet.

36 *Cognatio ſpiritualis.*] Qui cõtrahit exi-

ſtente cognatione paternitatis, vel compaternitatis,peccat mortaliter; & matrimonium eſt nullum.

Iſta cognatio eſt inter patrinum, & baptizatum,& matrem,& patrem baptizati;item inter baptizantem, & baptizatū, & patrem,& matrem baptizati: ſed non inter patrinum, & baptizantem, nec inter alios. ex Concilio Tridentino,ſeſſ.24. cap.2.

Maritus & vxor poſſunt eſſe patrini, ſi- 39
ne peccato.

Si ex aliqua incuria non deſignentur patrini,omnes tangentes baptizatum ſunt patrini.

Quando quis ſubſtantialiter baptiza- 40
tur domi,& ſuppletur exorciſmus, &c in eccleſia,dominaſcitur cognatio impediēs, & dirimens, in eccleſia vero, impediens non dirimens.

Cognatio ſpiritualis ſuperueniens matrimonio contracto, non ſoluit matrimonium:ſed impedit petitionem debiti.

Ita eſt reſtricta cognatio ex confirmatione, ſicut ex baptiſmo, per Concilium Tridentinum.

Pater, in neceſſitate baptizans filium ex fornicatione,non poteſt contrahere cū matre filij.

Conſanguinitas eſt, quando vnus naſci- 41
tur ab altero, vel ambo ab eodem pendent.

Affinitas eſt propinquitas duarum per-

 ſonarum,

ſonarum, quarum vna cum conſanguinea alterius copulam, licitam, vel illicitam habuit.

42 Vt ſit affinitas, requiritur ſeminatio perfecta; vt intra vas naturale ad generandū ſemen mittatur, & propter aliam turpitudinem non contrahitur.

Conſanguinitas impedit vſque ad quartum gradum: ſimiliter & affinitas ex copula licita.

Affinitas vero ex illicita copula, vſque ad ſecundum gradum: &, ſi contrahant in tertio gradu affinitatis ex illicita, non peccant. ex Pio V.

43 Qui credens, vel debens credere aliquam ſibi conſanguineam intra quartum gradum, vel affinem etiam, ex illicita copula intra ſecundum, contrahit cum illa, peccat mortaliter: & eſt excommunicatus; niſi ignorantia excuſet: ſi vero contrahit ſponſalia, peccat; ſed non eſt excōmunicatus.

Contrahentes ante ætatem, peccant: ſed non ſunt excommunicati.

Qui credunt ſe cognatos, licèt nō ſint, & contrahunt, peccant mortaliter. &, ſi putant matrimonium non valere, eſt nullum; ſecùs, ſi putant valere.

44 Cognatio legalis naſcitur ex adoptione alicuius in filium. & eſt triplex. Prima, inter deſcendentes, & aſcendentes, id eſt, adoptantem, & adoptatum, & eius filios: & hæc nunquam ſoluitur. Secunda,

inter

inter vxorem adoptantis, & adoptatum;
& vxorem adoptati, & adoptantem : &
nunquam ſoluitur. Tertia quaſi tranſuer
ſalis, inter adoptatum, & filios adoptan-
tis, & econtra: & hæc ſoluitur, ceſſante cu
ra patris .

Contrahens cum hac cognatione lega-
li, peccat; & matrimonium eſt nullum: li-
cèt aliqui dubitent de tranſuerſali .

Mater adoptati cum adoptante nõ ha 45
bet hanc cognationem: ſed filij, & vxores
vſque ad quartum gradum.

*Crimen.* ] Occiſio coniugis, cauſa con- 46
trahendi, vtroque machinante, impedit,
& dirimit in perpetuum: ſed, ſi fit, vno tã-
tum machinante, non dirimit, niſi interue-
niat adulterium.

Si non occiditur cauſa contrahendi, li-
cèt fiat ratihabitio, non impedit.

Adulterans ſcienter, ſi dat fidem con-
trahendi, vel contrahit, impeditur.

Inter ſcientem, & ignorantem matri- 47
monij impedimenta, vt matrimonium va-
leat, requiritur denuo liber, & nouus con
ſenſus ignorantis, poſt explicationem im
pedimenti, in genere ſaltem, & ſi non in
ſpecie explicetur .

*Cultus diſparitas.*] Fidelis, vel catechu- 48
menus ſi contrahit cum infideli, peccat.

Si cum non baptizato, non tenet ma-
trimonium.

Infidelium matrimonium non dirimit,
ſi quis conuertatur; licèt cõuerſus poſſit

ſeparare ſe à cohabitatione nolentis conuerti: ſed, ſi non poteſt habitare niſi cum iniuria creatoris, vel periculo fidei, poteſt aliam ducere: & iura canonica nihil faciũt apud infideles.

Chriſtianus cum hæretica, vel ſchiſmatica contrahens, tenet matrimonium, ſed peccat: verum non tenet cum non baptizata.

50 *Vis*.] Qui facit contrahere iuſto metu, peccat; & matrimonium eſt nullum; ita etiam ſponſalia: ſi vero mutata voluntate retrocedit, ſine iuſta cauſa ſuperueniente, peccat. ſi pars coacta conſenſit in ma-

51 trimonium, firmatur. Metus iuſtus excuſans eſt, quando eligitur minus malum, ad euitandum maius: metus vero annullans matrimonium eſt iudicandus arbitrio prudentis viri.

52 *Ordo*.] Qui in ordine ſacro contrahit, peccat; & non valet matrimonium; niſi metu fuiſſet ordinatus: & eſt excommunicatus.

Vxoratus, inſcia coniuge ſuſcipiens ordinem, vel poſt ſuſceptum ordinẽ petens debitum, peccat; ſi conſcia, etiam reddẽs, peccat; niſi coniux ſit ſenex, & caſtitatem voueat, vel religionem ingrediatur. quia tunc, ſi ordinatur cum conſenſu vxoris, non peccat.

53 *Ligamen*.] id eſt ſecundæ nuptiæ. Qui, viuente prima, etiam alij nupta, & cum filijs, alteram ducit, etiam non cognitam,

peccat;

peccat; & matrimonium eſt nullum: nec poteſt abſolui, niſi ſit in firmo propoſito non cognoſcendi eam: debet autem poſt mortem primæ contrahere cum ſecunda denuo.

Pro notitia mortis primi, ſufficit fama, ſi eſt de longinquo; vt, ſi erat ſenex, aut prælium ingreſſus, non apparuit, & ita ſcripſerunt commilitones, &c.

Quæ, probabiliter credens virum eſſe mortuum, contrahit cum alio, & poſtea per nuncium audit illum viuere, ſi credit, vel debet credere illum viuere, nõ poteſt reddere, nec petere debitum. 54

Si rationes dubitandi ſint adeo graues, vt neutram partem credere debeat iudicio prudentis; nec petere, nec reddere poteſt: ſi adeo leues, vt vtramque partem credere poſſit; poteſt reddere, & petere, ſubmota dubitatione: ſi mediocres vt ad præiudicium tertij non ſit credendum, ſed in ſuum ſic, poteſt reddere, ſed non petere. 55

Qui credens vxorẽ viuã, licèt re vera ſit mortua, contrahit, peccat: &, ſi putet matrimonium non eſſe validum, non tenet, ſi putat eſſe validum, licèt peccet, tenet. 56

*Honeſtas*.] Qui contractis ſponſalibus validis cum vna, contrahit matrimonium cum alia cognata eius in primo gradu, peccat, & matrimonium non valet: &, ſi habet copulam cum ſecunda, cum neutra poteſt contrahere. 57

58 Hoc impedimentum non naſcitur ex ſponſalibus, vel matrimonijs contractis cum conſanguinea, vel affini inter gradus prohibitos, aut in ordine ſacro, vel religioſo. Item nec ex ſpouſalibus à parentibus factis ſine ſufficiente conſenſu ſpōſæ: ſed tantum ex ſponſalibus validis cū conſanguinea ſponſæ in primo gradu.

59 *Impotentia.* ] Qui credit, vel credere debens ſe impotentem perpetuò ad copulam ordinariam perfectam, ſi contrahit etiam ſponſalia, peccat: & matrimonium non valet.

Illud impedimentum eſt perpetuum, quod ſine miraculo, aut ſine probabili periculo animæ, vel corporis, tolli nòn poteſt, ſiue hoc impedimentum ſit naturale, ſiue accidentale.

60 Qui eſt potens, & ſcienter contrahit cū impotente, non poteſt ſeparari ſine conſenſu impotentis; nec poteſt vti matrimonio ad delectationem carnalem: ſed viuant, vt frater, & ſoror.

Qui vere maritus eſt, & non poteſt ſeminare; licite poteſt niti, & vti vxore ad habendam copulam. ex Caiet.

61 *Conditio.* ] Contrahens matrimonium, vel ſponſalia cum conditione mortali, peccat mortaliter.

Contrahens cum conditione honeſta, & nō expectato euentu cum alia contrahit, vel ſine alterius conſenſu mutat volūtatem, vel expleta conditione promiſſum

non

non præſtat, peccat mortaliter: & non eſt abſoluendus, niſi promiſſum præſtet, vel firmiter proponat.

Conditiones ſunt in triplici differentia. 1. quæ ſunt contra ſubſtantiam, vel bonum matrimonij, vt contra prolem, indiuiduitatem, & fidem, annullant matrimonium. 2. quæ ſunt turpes, & impoſſibiles: ſed non contra matrimonium, pro nihilo habentur, & matrimonium tenet. 3. quæ ſunt honeſtæ, & à principio ſuſpenſiuæ ponuntur, ſuſpendunt matrimonium. 62

Contrahere cum conditione, Si meus pater voluerit, non eſt matrimonium antequam pater conſentiat. 63

Contrahere cum conditione, Si meus pater voluerit; ſi pater eſt mortuus, & filius id neſciat; matrimonium non tenet: ſed, ſi filius ſciat, tenet: quia eſt conditio impoſſibilis. 64

Si contrahat ante expletam conditionem, tenet ſecundum matrimonium.

Qui dicit, Cõtraho tecum, ſi permiſeris coitum; ſi intelligit de coitu illicito, ſtatim eſt matrimonium, etiam ante coitum, ſi loquitur de coitu licito, ſi coit affectu maritali, eſt matrimonium. 65

Qui dicit, Contraho tecum, ſi te virginem inuenero; ſi intelligit per inſpectionẽ fęminarum honeſtarum, eſt matrimonium conditionale; ſi intelligit per copulam carnalem, ſtatim eſt purum matrimonium. 66

Interdictus, cõtrahẽs cõtra prohibitio- 67

nem parochi, vel ſuperioris, antequam cõſtet non eſſe impedimentum oppoſitum, peccat: &, ſi vere non ſuberat impedimentum, matrimonium tenet.

69 Contrahens clamdeſtine, ſine iuſta cauſa, peccat; vel publice, ſine trina denunciatione.

70 Qui contrahit ſine parocho, vel alio, de licentia parochi, cum duobus teſtibus, matrimonium eſt nullum, & ſacerdos, ſine licentia eos coniungens, eſt ſuſpenſus. & ſic Conciliũ Trid. non annullat omnia clamdeſtina, niſi hæc.

Contrahere nunc in facie eccleſiæ, eſt, præmiſſa trina denunciatione coram parocho, & duobus teſtibus contrahere. quòd ſi ſine cauſa omittatur trina denunciatio, eſt clamdeſtinum: ſed valet matrimonium.

Contrahentes publice cum ſufficienti denunciatione, ſi propter aliquod impedimentum occultum, matrimonium eſt nullum; & eſt neceſſarium, vt denuo contrahatur illo ſublato, non ſunt neceſſarij parochus, & teſtes.

Sunt aliquæ cauſæ, ob quas epiſcopus poteſt relaxare denuuciationes; vt, ſi timentur conſanguinei; vel, ſi contrahat nobilis cum ignobili, diues cum paupere, ſenex cum adoleſcentula, &c.

71 Qui tempore prohibitionis, ideſt ab Aduentu ad Epiphaniam, & à die Cinerũ vſque ad octauam Paſchatis accipit benedictio-

dictionem nuptiarum, vel ſolemniter traducit ſponſam, peccat mortaliter: ſed non qui ſponſalia, vel matrimonium de pręſenti contrahit.

Conſummare per copulam abſque ſolemnitates nuptiarũ, & ſoléni traductione, non eſt peccatum, etiam tempore prohibito.

Qui, poſt ſponſalia contracta cum 72 vna, contrahit matrimonium cum altera ſine iuſta cauſa, peccat; ſed matrimonium tenet.

Catechiſmus, eſt inſtructio fidei facta ſolemniter à ſacerdote antequam baptizet. & parit eandem cognationem, quam parit baptiſmus, & in eiſdem gradibus: verum impedit tantum, ſed non dirimit, ſicut baptiſmus.

*Votum ſimplex.*] Qui cum voto ſimplici 73 caſtitatis cõtrahit matrimonium, vel ſponſalia, etiam animo ingrediendi religionem poſt contractum, peccat; licèt votum ſit ad tempus, & intra tempus contrahat.

Matrimonium cum voto, licèt teneat, tamen ante conſummatum matrimonium non poteſt reddere, vel petere debitum: ſed debet ingredi religionem: poſt conſummatum poteſt reddere, & nõ petere; & poſt mortuam vxorem non poteſt ducere aliam, etiam ſi iuraſſet ducere, quia tunc iuramentum eſt illicitum.

Qui contrahit matrimonium cum ea,

quam ſcit vouiſſe caſtitatem, peccat.

Exiſtenti in voto ſimplici, & interroganti, num valeat matrimonium, ſi cõtrahat illud, qui reſpondet valere, ſi ex hoc reſponſo detur occaſio violandi votum, peccat, ſi non, non peccat.

## *Septem vitia impedientia, & non dirimentia matrimonium.*

74 QVi contrahit poſt cõmiſſum aliquod ex his peccatis, quæ ſunt inceſtus; vxoricidium, ſeu mariticidiũ, raptus ſponſæ alterius, ſuſceptio proprij filij de fonte, ne vxor exigat debitum, presbytericidium; peccatum propter quod fecit iniunctam pœnitentiam ſolemnem; contractus maritalis ſcienter cum moniali; peccat mortaliter, ſed matrimonium tenet.

Inceſtus etiam cum cognata, impedit matrimonium: ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare. *vide ibi longam quæſtionem inter Theologos, & Canoniſtas, de hac re.*

76 Contrahens ficte, id eſt, ſine animo contrahẽdi, peccat; & matrimoniũ nõ tenet, etiã poſt copulã, niſi de nouo vere conſentiant: licèt in eccleſia ſit præſumptũ. Nec ſufficit cohabitare cũ ea, tanquã cũ ꝓpria vxore, etiã ex conſilio confeſſarij, vel alterius; niſi coirent, vel cohabitarẽt animo ſic cõtrahendi ſimul de nouo. aliter poteſt contrahere cũ ſecunda, & teneret matrimo-

monium cũ ſecunda.ſed tenetur ſub pęna mortali ſtabilire primum matrimoniũ antequam contrahat cum ſecunda: niſi tanta ſit inæqualitas, vt animus decipiendi prę́ſumatur: & tunc debet reſarcire damnum.

Mulier ſic decepta non poteſt alteri nu 77
bere, niſi probabiliter certificet decipien tem verum dicere: ſed de hoc dicitur certificari, quando ſtat iudicio viri boni, id affirmantis ex ſignis.

Contrahens cũ aliqua legitimis verbis, 78
ſed proteſtatus ſine cauſa antea; quòd ꝑ nulla verba, quæ dicit, habet animum contrahendi, peccat, & præſumitur in foro exteriori verum matrimonium: contra vero, ſi ſit cum iuſta cauſa.

Cõtrahens matrimonium ob finem ma 79
lum mortalem, peccat mortaliter, ob venialem, venialiter.

In foro conſcientiæ nihil refert, quibus verbis cõtrahentes vtantur: ſatis eſt vtriuſque voluntas de præſenti, & promiſſio de futuro pro ſponſalibus.

Non eſt neceſſe, vt ſimul loco, & tem- 80
pore ſit conſenſus: ſat eſt, vt, qui prius cõ ſenſit, in eo perduret.

Si ſubeſſet impedimentnm, quo conſen ſus appareat nullus, ſublato impedimento, ambo debent conſentire.

Excommunicatus maiori, vel minori, 81
vel exiſtens in peccato mortali, ſine contritione contrahęns, peccat mortaliter.

82 Qui poſt contractum matrimonium ſcit non valere, & rem habet, peccat mortaliter. Si vero dubitat, eſt cõſideranda cauſa dubitationis: quæ poteſt eſſe tanta, vt ſit, ac ſi ſciret; vel parua, vt ſit nihil, vel media, & ſatis ad reddendum, non petendum debitum.

Vt teneatur credere ſubeſſe impedimentum, non ſatis eſt vnus teſtis, etiam ſi ſit fide dignus, vel iuratus, vel parochus, vel cum iuramento.

Si leuiter credit, nec petere, nec reddere poteſt: ſed facile poteſt deponere conſcientiam.

83 Qui ſcit impedimentum occultum natum ex peccato, debet prius admonere contrahentem, vt deſiſtat: ſin minus, denunciet, etiam ſi illud probare nõ poſſit: ſatis enim eſt vnus ad impediendum.

Denunciaturus, ſi ſcit ex hoc oriri magnum ſcandalum, non tenetur denunciare; licèt id poſſit probare.

Quando vnus ſolus ſcit aliquos iuſte ob iuſtam ignorãtiam coniunctos, neutri parti debet impedimentum dicere; licèt ſciat ſibi habendam fidem.

Conſummans matrimonium ſine contemptu ante benedictionem, non peccat.

Benedicens ſecundas nuptias ex vtraque parte ſecundas, vel ex vna parte tantum, pcecat.

Item peccat, qui ſcit non debere benedici, & facit ſe benedicere.

Con-

Contrahentes primas nuptias, & ante benedictionem contrahentes ſecundas, debent benedici in ſecundis.

## *De Diſpenſatione.*

PApa poteſt diſpenſare in omnibus im- 84
pedimentis matrimonij iure humano introductis, vt ſunt omnia ſupradicta, excepta conſanguinitate inter aſcendentes, & deſcendentes, & defectu erroris, & iudicij, qui dicit defectum conſenſus.

Papa non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio legitime contracto, & conſummato.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedi 85
mento inceſtus. Immò in omnibus impedimentis, quæ impediunt, & non dirimunt.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimento, quod impedit, & dirimit, quando impedimentum eſt occultum, & matrimonium publicum, & ſeparatio eſſet magnũ ſcãdalum, & ad Papam, vel eius nuncium non poteſt confugi, propter magnam paupertatem, vel alia legitima impedimenta.

Quando matrimonium eſt nullum pro 86
pter aliquod impedimentum, ſi Papa diſpenſat, debet denuo contrahi ſecreto: & non ſatis eſt cohabitatio, & coitus, vt ſæpe dixi.

Papa cum difficultate diſpenſat inter contrahentes, & conſummantes matri-

monium

monium intra gradus prohibitos: propter verba Concilij Tridentini.

87 Cauſæ ad diſpenſandum intra quartum gradum ſolent eſſe defectus dotis competentis, extinctio magnæ litis, & quod maior pars ſibi parium in ſua Ciuitate ſunt ſibi conſanguinei in quarto gradu, vel affines, & non habet dotem ſufficientem ad nubendum extra illam Vrbem.

Defectus dotis competentis cũ poſcente ſe eſt ſatis ad diſpenſandum; & nõ requiritur defectus ad contrahendum cum quolibet ſibi pari.

## *DE SEPTEM PECCATIS capitalibus. Cap. XXIII.*

3 SEptem peccata dicuntur capitalia, ſeu mortalia, non quia ſint peiora alijs, vel ſæpius mortalia: ſed quia ſunt fontes aliorum.

### *De Superbia.*

5 SVperbia, pro habitu, eſt vitiũ inclinãs ad appetitum inordinatum excellẽtiæ propriæ, vt eſt excellentia.

7 Species ſuperbiæ ſunt quatuor. Prima, putare à ſe habere bona naturæ, aut fortunæ, aut ſpiritualia.

Secunda, licèt putet eſſe à Deo, tamen non gratis, ſed ex ſua iuſtitia.

Tertia,

Tertia, attribuere ſibi dona, quæ non habet.

Quarta, contemnere alios inordinate.

Peccat mortaliter expetēs propriã excellentiã cũ actuali cōtēptu ſubiectionis Dei, vel ei⁹ legis; vel appetēs ꝑponi Deo. 8

Peccat mortaliter, qui iudicat deliberate, & aduertenter, aliquod ex prædictis quatuor eſſe verum.

Peccat mortaliter appetēs inordinatã excellentiam, vel de ea gaudens, cũ notabili irreuerentia Dei, vel damno proximi; licèt non cum actuali contemptu Dei.

## *De vanagloria.*

9 BOna honoraria ſunt quinque, laus, honor, fama, gloria, & reuerentia.

Horum appetitus inordinatus regulariter eſt venialis; ſed in tribus, eſt mortalis: primò, ſi eſt de malo mortifero: ſecũdo, ſi vltimus finis in eo collocatur, ad effectũ tranſgrediendi legem Dei: tertiò, ſi in finem mortalem.

Contemptus eorum regulariter eſt venialis, etiam inordinatus: ſed eſt mortalis, ſi contemnatur laus, manans à gratia gratum faciente; vel, ſi finis vltimus in eo cō ſtituatur; vel ſit propter finem mortaliter malum. Appetitus, vel contéptus illorum tunc eſt ordinatus, quando appetitur aliquid illorum de re vera, & de ſe bona, vel indifferenti, directum in finem

bonum,

bonum, non in nimium, vel maius, quâm eius bonitati debeatur, nec tanquam certum, & diuinum teſtimonium: ſed tanquã humanum, & incertum. Appetitus inordinatus, eſt, quando appetitur aliquod horum de re falſa, vel mala, vel indifferenti, relata in malum, vanum, vel nullum finẽ, vel de bono, magis, quam eius bonitati debeatur, vel tanquam teſtimonium diuinum, & certum.

11 Filiæ vanægloriæ ſunt ſeptem, Iactantia, Inuentio nouitatum, Hypocriſis, Pertinacia, Diſcordia, Contentio, Inobedientia. Porrò Præſumptio, & Ambitio non ſunt filiæ, ſed ſociæ.

12 Peccat mortaliter; qui gloriatur de mortali, appetens famam ex eo: aut qui finem vltimum ponit in ea.

Qui pro ea proponit frangere præceptum ſub mortali: vt, ſi fœmina, ne infametur, conſentit ſtupro: & Iudex, ne priuetur officio, iniuſte iudicat: Cõcionator tacens vera ſub præcepto dicenda, ne pulpitum amittat.

13 Qui ſe, vel alium laudat de re mortaliter mala, peccat mortaliter.

Qui ſe, vel alium laudat de re falſa, vel vera non mortaliter mala dans veriſimilẽ cauſam damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, peccat mortaliter, vt laudans ſe, vel alium bonum Sacerdotem, Confeſſarium, Iudicem, Medicum, Præceptorem: & tenetur reſtituere damnum.

Qui falſo laudatur, ſciens inde damnũ notabile ſecuturum, & non contradicit, peccat mortaliter.

Approbatio tacita, vel explicita falſæ laudis, de re bona, vel veniali, eſt tantum venialis.

Qui non contradicit falſæ laudi, immò delectatur ex eo, quòd euitetur ſcandalum, non peccat, nec venialiter quidem; dummodo non delectetur ex eo, quòd falſa eſt laus, mendaciũ, vel adulatio: tunc enim peccaret venialiter.

Qui inſtituta principaliter ad honorem Dei, æquè principaliter facit propter vanam gloriam, peccat venialiter: ſed, ſi ſecundario fiant propter laudem humanã, relatam ad finem honeſtum, non eſt peccatum.

Qui imperitus exercet officium cum notabili irreuerentia Dei, vel notabili dãno ſpirituali, vel temporali: vt concionando, dando conſilium, medicando, &c. peccat mortaliter. ſi non eſt notabile, peccat venialiter.

Qui vtitur aliena iuriſdictione, vel ſua, extra ſuum territorium, peccat mortaliter.

Qui ſine auctoritate abſoluit, vel commutat, vel diſpenſat vota, peccat mortaliter.

Qui cõfidit, ſe ſine meritis, vel ſine gratia cõſecuturũ gloria, peccat mortaliter. Item, ſe peccatorem nõ priuatũ iri gratia,

Qui non abſtinet ab occaſione, qua ſemel peccauit, & putat probabiliter ſe peccaturum, peccat mortaliter .

15 Qui vult honorem de peccato mortali, vel propter peccatum mortale, vel propter eű eſt paratus peccare mortaliter, peccat mortaliter .

Qui ſine iuſta diſpenſatione accipit plura beneficia incompatibilia, vel compatibilia, vltra id, quod requiritur ad honeſtam ſuſtentationem, peccat mortaliter .

Qui accipit beneficium Eccleſiaſticum ſpirituale principaliter propter honorẽ, vel vtilitatem temporalem, cum ſit indignus, peccat mortaliter .

Qui quærit officium, neſciens exercere illud, peccat mortaliter : niſi fiat ad bonum, & animo vtendi conſilio peritorű, quando fuerit opus, quorum copiam habeat .

16 Qui ſe, vel ſuos iactat cum notabili iniuria Dei, vel notabili ſcandalo, vel iniuria, vel damno proximi, peccat mortaliter .

17 Inueniens nouas veſtes, nouas epulas, exercitia, ludos, &c. de ſe mortalia, vel in finem mortalem, aut in iacturam notabilem cultus Dei, vel damni publici, vel priuati, peccat mortaliter .

Vtens ornatu ad alliciendos alios in cócupiſcentiam mortalem ſui, peccat mortaliter, licèt non ſequatur .

Ornans

Ornans ſe ob vanam delectationem, eo animo, vt nō deſiſteret, ſi ſub mortali prohiberetur, peccat mortaliter.

Qui ob ornatum omittit præceptum ſub mortali, vt Miſſam in die feſto, peccat mortaliter.

18 Qui ſplendide, pro ſui ſtatus decennia, more regionis, ſe ornat, ſed ſine malo fine, nō peccat, immo meretur; licèt alter iu ſuam concupiſcentiam rapiatur.

Qui etiam religioſus, vel religioſa moderate ſe ornat, immo etiam ſi notabiliter modum excedat ob vanam leuitaté, oſtendendo ſuam pulchritudinem, & corporis elegantiam, ſine alia circumſtantia, peccat tantum venialiter.

19 Qui ſe ornat ſplendidius, quam ſtatus requirit, non peccat mortaliter. niſi ob id debita non ſolueret, vel debita alimenta ſuis non præberet.

Fœminæ, oſtendentes, & geſtantes nuda pectora, vt pulchriores videantur, ſine intentione mortali, non peccant mortaliter.

Qui, vel quæ ſe veſtit tam enui velo, vt pudenda tranſpareant, peccat mortaliter.

20 Augere, vel fingere maiorem pulchritudinem ornatu, & fuco, ſine intentione mortali, licèt ſit mendacium operis, non eſt peccatum mortale.

Vti alienis crinibus, non eſt peccatum mortale.

Confeſ-

Confeſſor, neſciēs intelligere, an ſit peccatum mortale, vel veniale, non debet denegare abſolutionem, licèt pœnitens, putans ſe non peccare, nolit deſiſtere à peccato. Sicut debet abſolui nolens relin-
21 quere veniale. Nec confeſſor perſuadeat pœnitenti illud dubium eſſe mortale: ſed ad ſummum ſatis eſſet perſuadere ei, vt, ſi eſſet mortale, nolit facere; & conſulat viros peritos.

22 Inhabilis ad cōtrahendum cum aliquo id ſciente, ſi ſe illi conſpiciendam offert, vt ſine iuſta diſpenſatione expetatur in matrimonium, peccat mortaliter.

Habilis ad cōtrahendum, licèt nolit nubere, immo, quę ſecreto vouit caſtitatem, & religionem, poteſt ſe ornare, oſtēdere, & deſiderare appeti ab aliquibus in vxorem, vt in alijs rebus ſuis faueant, vel ob alium finem bonum.

Fœmina veſtiens ſe habitu virili, & vir fœmineo, ob iuſtam cauſam, non peccat; nec ob honeſtam oblectationem: &, ſi ob leuitatem, tantum peccat venialiter.

23 Vtens habitu religioſo in opprobrium religionis, vel ad turpia, perſonatus, peccat mortaliter. non autem, ſi ob leuitatē, aut oblectationem, ſine malo fine.

24 Curioſitas ſemper eſt peccatum veniale. ſed eſt mortale, quando aliqua circumſtantia mortalis ei adiungitur. Exempla ſunt ſequentia.

25 Virgo, volens curioſe cognoſcere, quāta ſit

ta ſit carnalis copulæ delectatio, licèt eã experiri nolit, peccat mortaliter.

Qui clam auſcultat confeſſionem alterius, vt peccatum cognoſcat, peccat mortaliter.

Qui, vt aliqua diſcat, Miſſam in feſto omittit, maleficium facit, vel diabolo ſe commendat, peccat mortaliter. 26

Qui, pro non neceſſarijs, relinquit cognitionem neceſſariorum, ſui officij; vt, ſi parochus, pro mechanicis, relinquit caſus conſcientiæ, peccat mortaliter.

Quærens vitia alterius, vt notabiliter infamet, peccat mortaliter: ſecus, ſi, vt corrigat.

Qui vult ſcire ſecretum ab aliquo, qui non poteſt illud dicere ſine peccato, peccat mortaliter. 27

Volens videre fœminam, vel virum nudum, vel pudenda, credẽs ſecuturam pollutionem, vel delectationem moroſam, peccat mortaliter. 28

Qui vult experiri caſtitatem, & loquitur cum ſola, credens futurum aliquod peccatum, peccat mortaliter. 29

Qui legit libros laſciuos, credens aliquem lapſurum in delectationem moroſam, peccat mortaliter. 30

Pertinax ſuæ opinionis, in his, quæ ad fidem, vel mores ſpectant, cõtra communem ſenſum Doctorũ Eccleſiæ, aut in damnum notabile iniuſtum proximi, peccat mortaliter: alioqui tantum venialiter. 32

De hypocriſi, vide c. 18. nu. 8.

33 Qui pertinaciter non vult concordare cum alijs circa neceſſaria ad ſalutem propriam, vel aliorum, & bona notabilia, peccat mortaliter.

34 Qui altercatur contentioſe contra perſpicuam veritatem, circa pertinentia ad fidem, ſalutem animæ, aut bona corporis, peccat mortaliter.

## *De inobedientia.*

35 QVi non obedit aperte mandatis ſuperiorum animo obligandi ad mortale, neſciens id ſibi ab eis imperari nõ poſſe, peccat mortaliter.

Inobedientia ſpecialis eſt non facere, quod præcipitur, eo quod præcipitur: generalis vero comprehendit omnis actus omnium vitiorum.

36 Non facere iuſſum obligans ad mortale, licèt nõ ob id, quia iubetur, eſt mortale: obligans vero ad veniale, ſi relinquit ex eo, quia iubetur, eſt mortale.

38 Credens probabiliter ſuperiorem erraviſſe, vel quod ſi aduertiſſet, non iuſſiſſet, non peccat non obediendo.

39 Superior non poteſt præcipere de actibus interioribus, nec vt reuelet peccatũ omnino occultum, nec vt reiteret legitimam confeſſionem, nec ne alloquatur ſuperiorem ſuperioris, nec quæ non pertinent ad religionem, niſi in pœnam contu-

maciæ:

maciæ: poteſt tamen ſuperior præcipere contraire regulæ, in qua poteſt diſpenſare.

Tranſgrediens legem humanam iuſtã promulgatam, & receptam, non abrogatam obligantem ad mortale, ſine excuſante ignorantia, vel iuſta cauſa, vel diſpenſatione, peccat mortaliter. 40

Lex, vt ſit iuſta, primo, debet fieri ab habente poteſtatem: ſecundo, debet fieri propter vtilitatem publicam, & non ſolum propter priuatam legislatoris: tertio, non ſit contra legem diuinam, naturalem; vel ſupranaturalem: quarto, vt ſeruetur æqualitas in ſubditis.

Lex etiam iuſta ante promulgationẽ, & antequam ſit recepta, ſaltem a maiori parte vniuerſitatis, non obligat.

Lex abrogata per aliam legem contrariam, vel conſuetudinem, nõ obligat. 41

Nõ omnis lex obligat ſub peccato mortali: ſed aliqua obligat ſub veniali; aliqua neq; ſub veniali; vt ſunt leges exhortatoriæ, & cõſultorię: niſi quis eas trãſgrediatur ex cõtẽptu, ideſt, ob id principaliter non obediat, quia præcipitur. vel principaliter paruipẽdat auctoritatẽ pręcipiẽtis: ſed non dicitur ex contẽptu, quando quis legem iuſtam tranſgreditur ob irã, vel auaritiam, vel conſuetudinem, vel aliã cauſam iuſtam. 42

Iuſta cauſa in tranſgreſſione legis excuſat à peccato mortali, & illa cauſa dicitur 43

iuſta,

iuſta, propter quã legiſlator, ſi eſſet præſens, tranſgreſſorem excuſaret: & etiam illa cauſa dicitur iuſta, quæ bona fide habetur iuſta; quam ſi non iudicaret iuſtam, non tranſgrederetur legem: & talis cauſa, licèt excuſet a mortali, non tamen excuſat a veniali: iuxta mentem Paludani, & Silueſtri.

44 In tranſgreſſione legis excuſat à peccato diſpenſatio iuſta, etiam facta ſine iuſta cauſa, ab eo, qui poteſt valide diſpenſare ſine iuſta cauſa: licèt ſic diſpenſando peccet, tamen à mortali excuſat.

Conſtitutiones Pontificiæ, & Imperatoriæ, non obligant, niſi poſt elapſum tempus ipſis præfixum: &, ſi non præfigitur tempus, obligant in Prouincia poſt duos menſes à promulgatione in ipſa: &, ſi in ipſis apponatur vt ſtatim obligent, ſtatim ac ſciuntur, obligant. Lex vero inferiorũ, quæ non præfigit tempus, obligat, ſimul

45 ac promulgatur, & ſcitur: ignorantia enim iuſta, quando eſt cauſa actus, excuſat; ſed non ignorantia affectata, nec craſſa.

47 Prælati, Medici, Aduocati, & huiuſmodi officiales, qui exercent ſuas artes ſine ſufficienti ſcientia, & notitia eòrum, quæ ſua officia requirunt, nõ excuſantur à peccato: quia probabiliter credi poteſt ſecuturum damnum.

Quamuis circa legem naturalem, & diuinam non ſit ignorantia, quæ excuſet; poteſt

poteſt tamen eſſe iuſta ignorantia excuſans, quantum ad pœnas lege humana ſtatutas: vt eſt excommunicatio, cum reliquis cenſuris.

Omnes leges, etiam humanæ ſæculares poſſunt obligare ad mortale; ſi id intendant legiſlatores; & vt tales receptæ ſint: non autem, ſi non intendant obligare. 48

Statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, vel veniale, ſed tantum ad pœnam exteriorem, ſicut & ſtatuta ſocietatis Ieſu. 49

Leges etiam canonicæ, quæ non habẽt verba præceptiua, vel prohibitiua, ſed ordinatiua, & conſtitutiua, etiam imperatiuo modo, non obligant ad mortale; niſi materia de ſe obligaret ad mortale. 50

Nullum verbum Latinum poſitum in lege, de ſe eſt ſufficiens ſignificare eſſe mentem legiſlatoris obligare ad mortale; niſi ex accidentali ſignificatione. 51

Verba, præcipientia dubia, ſunt intelligenda de veniali potius, quam de mortali: cum leges in dubio ſint interpretandæ de minori pœna potius quàm de maiori. 52

Leges tamẽ eccleſię, habentes verba pręceptiua, vel prohibitiua, obligant ad mortale, ex accidentali ſignificatione. Item leges ponentes pœnam continentem peccatum mortale, vt eſt excommunicatio, obligant ad mortale. 53

Leges ſæculares per verba pręceptiua, & prohibitiua tantum, non obligant ad 54

mortale, nec ex primaria ſignificatione,
nec ex accidentali; ſicut nec lex diuina,
niſi ab eccleſia declaretur.

55 Leges humanæ, præſertim ſæculares,
conſtituentes pœnam temporalem,in du
bio, non obligant ad æternam; quatenus
ſunt leges eius,qui eã ſtatuit; ſi abſit ſcan
57 dalum,& contemptus. Idem dicendum.ſi
leges ſtatuant pœnam amiſſionis magno-
rum bonorum, & etiam famæ, & alicuius
membri,& vitæ.Et,licèt exponere ſe pe-
riculo magno in re graui, ſit peccatũ mor
tale;tamen hoc non eſt ex vi legis:poteſt
enim fieri caute, & non cum tanto peri-
culo.

59 In legibus humanis obſeruandum eſt,
quod antiqua conſuetudo docet: commu
nis autem conſuetudo habet, tranſgredi
non eſſe peccatum mortale.

60 Importans,vel exportans prohibita,nõ
peccat; niſi ſe defendat vi,& armis: non
autem,ſi fuga,blandis verbis, & modo li-
cito.

61 Non ſoluens paruam pœnam tempo-
ralem impoſitam à prælato,ipſo iure ſol-
uendam, non peccat: etiam ſi reſeruetur
abſolutio eius,donec ſoluat. & poteſt ab-
ſolui cum bulla ante ſolutionem.

62 Vidua realiter fornicata non poteſt in
conſcientia retinere bona relicta à mari-
to,hac conditione,vt caſte viuat: ſecus,ſi
mente, verbo, tactu laſciuo ſine copula
peccauerit.

Lex poteſt recipi ſecundum aliquid, non ſecundum totum, & ſic obligare: vt regula ſancti Dominici non obligat ad vllam pœnam animæ interiorem, ſed ad exteriorem.

Tranſgrediens ſtatutum ſub pœna ex- 63
cluſionis à collegio, vel municipio; non tenetur recedere, antequam cogatur id facere.

Pœnam commiſſi iuſte poteſt capere 64
is, in cuius fauorem committitur: ſecus, ſi iniuſte, vt eſt commiſſum, ſi per biennium non ſoluat cenſum poſitum ſuper re immobili.

Nemo tenetur in conſcientia maniſe- 65
ſtare rem in commiſſum cecidiſſe.

Donans in emphyteuſim non tenetur 66
ſoluere in conſcientia laudemium, ſed vẽdens tenetur, quia videtur intereſſe.

Iuſſus à iudice ſoluere notabilem pœnã legis, quam violauit, ſi non ſoluit, peccat mortaliter.

Non iuſſus, ſi non ſoluit pœnam, quam ipſo iure, & ipſo facto incurrit non peccat: immo poteſt abſolui ab excommunicatione, quam incurrit ob tranſgreſſionẽ legis. & loquimur de pœna, quæ requirit exactionem.

## DE AVARITIA.

QVi deliberate, & inordinate appetit 73
quærere, vel retinere pecuniam

in damnum notabile alterius, peccat mortaliter.

Auaritia cum damno alterius, de ſe eſt peccatum mortale; ſine damno alterius, de ſe eſt veniale: idem de prodigalitate.

Omnis iniuſtitia, ex genere ſuo, eſt peccatum mortale.

Exponens ſe probabili periculo mortis corporis, vel animæ, propter pecuniam acquirendam, vel effundendam, peccat mortaliter.

74 Qui accumulat pecuniam ſuperfluam inordinata cupiditate delectandi ſe in ea, ideſt, vt ſolum delectetur in ea, non erogando pauperibus occurrentibus, & ſi non ſingulis, ſaltem quos elegerit, in tempore magnæ neceſſitatis, peccat mortaliter.

Conſeruare pecuniam ad prouidẽdum futuræ neceſſitati ſuę, vel ſuorum, vel pro filijs locandis in matrimonio, vel honeſtandis munere, vel gradu, vel ad augendum ſtatum ſuum, & vt ſe promoueat ad ordinem altiorem, quo altioribus virtutibus Deo ſeruiat, vel Reipublicæ, non eſt peccatum.

75 Beneficiarius Eccleſiaſticus, non erogans ſuperflua acquiſita ex beneficijs Eccleſiaſticis, propter auaritiam, vel prodigalitatem, peccat mortaliter, & contra iuſtitiam.

76 Auaritiæ ſunt ſeptem filiæ, durities cordis,

dis, Inquietudo mentis, Violentia, Fallacia, Periurium, Fraus, Proditio. Duo priora nunquam fere ſunt mortalia, niſi coniungantur cum actibus mortalibus; ideo non neceſſario confitenda

Qui fraude notabiliter aliquem damnificat contrahendo, vel quaſi contrahendo in commutatione, peccat mortaliter. 77

Pretium iuſtum rei, eſt pretium pecuniarum, quo communiter æſtimatur res valere tunc, attenta illius intrinſeca bonitate, & vendentis vtilitate, loco tempore, copia, vel defectu rerum illius generis, emptorum, vel venditorum earum, & modo vendendi eam, ſtatutum à gubernatore loci, vel domino rei. 78

Venditor tanto pluris poteſt vendere rem ſuam, quanto eſt ſibi vtilior: ſed vtilitas, & neceſſitas ementis non auget pretium.

Spolia, quando victor vendit ſtatim poſt bellum, longe minoris valent; quàm eadem, quæ proxeneta vendit in vrbe pacata.

Pretium eſt triplex, Rigoroſum, Pium, Medium.

Pretium iuſtum non ſolum eſt id, quo communiter venditur in aliqua regione, ſed id, quod in hoc loco, tempore, & modo vendendi haberi poteſt. 79

Non peccant, qui expectant tempus, locũ, caſum, quo vilius res valeat: vt in fine nundinarũ, ſubhaſta, vel per proxenetam.

80 Res tanti valet, quanti vendi poteſt, ideſt, tempore, loco, & modo communi vendendi, præſente pecunia, ceſſante monopolio, dolo, & fraude.

81 Ob periculum natum ex parte emptoris rei non poteſt plus vendi credito ad tempus; ſicut nec in mutuo, contra Medinam: nec de lanis contra Sotum. ſimiliter nec emi minus iuſto pretio ob anticipatam ſolutionem.

82 Mercator ob verum intereſſe lucri ceſſantis ob dilationem ſolutionis poteſt pluris vendere rem, quàm valeat, admonendo ipſum de tali intereſſe.

83 Non peccat, qui rem ſibi neceſſariam, vel caram, alicui, ob importunitaté eius, pluris iuſto pretio vendit, quanto damno ſaltem affectionis afficitur: ſed peccat, qui pluris vendit propter neceſſitatem, vel vtilitatem emptoris, vt ſupra numero 78.

Poteſt quis, pietate motus, emere rem minoris iuſto pretio: quando plurimi refert venditoris vendere, & parui emptoris emere: vt conducens operam pauperis ſolo victu.

Licet minoris iuſto emere prædium, cũ pacto, vt venditor per aliquot annos fructus recipiat.

84 Licet vendere ad tempus tanto pluris iuſto pretio, quantum credit conſumpturum ad recuperandum pretium; cum animo, vt, ſi non impendat, reſtituat; aſſecu-

rando

rando in caſu mortis; ne id apud ſuos hæredes remaneat.

Si vendatur cum deceptione vltra dimidium, debet reſcindi contractus, vel ſuppleri, vel diminui pretium, in vtroque foro: ſed, ſi eſt citra dimidium, & notabile, tenetur in conſcientia reſtituere, & in iure canonico, facta denunciatione.

Ad reſcindendum non ſatis eſt probare 85
tanti valuiſſe tempore contractus: ſed loco, & modo vendendi.

Tales lites nõ ſunt cõſulẽdæ, pſertim, ſi perſona ſciebat ſe pati tale dãnum ſine metu, & neceſſitate, & poterat donare.

Pactum de retrouendendo multum mi 86
nuit de pretio; & ſic vltra dimidium debet intelligi de diminuto pretio per tale pactum.

Qui deliberate vult vendere pluris iu- 87
ſto ſummo, vel emere minoris iuſto infimo, peccat mortaliter: ſi non deliberate, ſed ſenſualitate allectus, nõ peccat. Nec, qui vult minoris emere expectans tẽpus, vel proxenetas, vel extra officinas vltro expoſitas merces.

Qui ex ignorãtia pbabili iniuſte emit, vel vendit, non peccat; niſi vbi ſciuerit, & noluerit reſtituere.

Vendens aliquid vltra pretium iuſtum 88
ſtatutum à republica, peccat; & tenetur reſtituere: & nõ excuſat pœna in lege appoſita, & donatio emptoris in emptione; quia non eſt libera.

Pretium ſtatutum à legibus laicis, obli gat etiam Clericos.

Taxa raro imponenda rebus.

89 Qui ab ignorante emit vili rem pretioſam, aut vendit vilem pro pretioſa, peccat, & tenetur ad reſtitutionem: nec excuſat dicere, Vendo cum omnibus defectibus exprimendo aliquos mendaciter, & aliquos verè.

Si neſcit defectus, non peccat: ſed, cum ſciuerit, tenetur damnum reſarcire.

Manifeſtum defectum non tenetur quis declarare; nec occultum, qui non erit notabiliter damnoſus emptori: nec talem, propter quem ille non deſiſteret emere, licet ægre; dummodo minuat pretium: & poſt venditionem debet monere emptorem; ne emptor vendat rem alicui pluris, quàm valeat.

Qui vendit rem, quam ſcit cito corrumpendam, volenti conſeruare, peccat; & tenetur ad reſtitutionem: ſic, qui vendit rem ipſo iure perditam ignoranti, niſi eſſet ſecretiſſima.

90 Qui ſcienter vendit arma nocenti, vel præliaturo iniuſte, vel dubitanti, ſub non proprio principe: ſubditus enim debet deponere conſcientiam.

Quid dicendum ſit de vendente arma ob finem honeſtum, licèt ſciat emptores vſuros illis ad bellum iniuſtum: ſimiliter de vendente toxica, chartas luſorias, & id genus, vide ſupra c. 14. nu. 38.

Qui

Qui in meſſe immoderatum triticum 91
emit, vt caritatem inducat, peccat mortaliter.

Qui egenti pecunijs vendit credito, v. g. pannũ rigoroſo pretio, poteſt reemere pretio pio, ſi fiat ſine ſcandalo.

Non licèt emere cenſum impoſitum, vel imponendum, niſi pretio primæ impoſitionis.

Qui facit monopolium cum mercato- 92
ribus, ne minoris tali pretio vendant, vel qui impetrat à Principe, ne talis res ab alio, quam à ſe, vendatur, cum damno notabili populi, peccat mortaliter.

Qui emit, vel vendit, frangendo feſta, 93
peccat: & exportans vetita ad terras infidelium, peccat mortaliter; & eſt excommunicatus.

Theſaurarius, negotians pecuniam ſine 94
licentia domini, vel in damnum tertij, peccat.

Habens ſocietatem, & nolens diſcedere à non reſipiſcente, peccat.

Emens hominem liberum non poſitum 95
in extrema neceſſitate ſe vendendi, credens, aut credere debens illum non eſſe captum in bello iuſto, nec ob crimen eſſe ſeruum, vt ſunt multi Æthiopes, & Indi, peccat, cũ obligatione reſtituendi; ſecus, 96
ſi credit probabiliter eos à ſe, vel alijs ex eorũ conſenſu eſſe vẽditos, vel captos bello iuſto: & hoc debet credere, q̃ ſcit ſaltẽ per famã publicã, vel per fide dignos, nõ

vi,vel dolo eſſe captos extra bellũ iuſtũ.

97 Proxeneta, accipiens aliquid ad vendendum, & retinens ſibi aliquid de pretio, peccat, & tenetur reſtituere; niſi pro iuſto pretio ſui laboris non ſoluto acciperet, cum non promiſerit ſe gratis vẽditurum: ſi autem ſine ſtipendio, ſed ex pacto expreſſo, vel tacito, vt tanto pretio vendat, & ſuum ſit reliquum, & non vendat
98 pluris rigoroſo pretio: ſi autem meliorauerit, illud erit proxenetæ: ſi quis non cõtentus ſtipendio fallit, dicendo non plus inueniri; & accepta poteſtate, pluris vendit, & ſibi retinet, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

## DE SIMONIA.

99 SPirituale, vt hic accipitur, eſt donum ſupernaturale à Deo datum, vel quod ab eo ſupernaturaliter inſtitutum eſt ad ſalutem animarum, vel ab eccleſia ex virtute ſupernaturali factum, vel annexũ ei. *declaratur ibi*.

Hinc non omne ſacrum, v.g. bona eccleſiaſtica, eſt ſpirituale, vt hic ſumit. Quare eorum emptio etiam iniuſta, licèt ſit ſacrilega, non tamen eſt ſimoniaca.

Quæ ab eccleſia ſunt humanitus ſuperaddita ſpiritualib⁹ datis diuinitus, vel antecedẽter, vt ius patronatus, ſepulturæ, calix, &c. vel cõſequenter, vt beneficia, officia eccleſiaſtica, dicunt annexa ſpũalib⁹.

Quæ-

Quædam ſunt pure ſpiritualia, vt gratia, dona Spiritus ſancti: quædam mixta ex ſpirituali, & temporali: & horum quędā habent plus ſpiritualiū, vt ſacramēta, & eorum actus; quædam minus, vt calix, & ornamēta: quæ omnia ſecundi generis, reſpectu temporalium, poſſunt vendi, & emi; non reſpectu ſpiritualium.

Simonia eſt voluntas deliberata vendendi, vel emendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum. & eſt peccatum mortale. 100

Emere, vel vendere ſpirituale naturaliter quæſibile, vt ſcientiam, non eſt ſimonia.

Simonia eſt duplex; altera prohibita, quia ſimonia; altera eſt ſimonia, quia prohibita, vt renunciare, præſentare, & acceptare cum conditionibus aliàs licitis, ſed ab eccleſia prohibitis etiā, ſine pecunia: vt, renuncio, vt tu mihi, vel alicui renuncies: vel, ſuffragor, vt tu alteri ſuffrageris.

Permutatio beneficiorum, etiam quoad titulum, ſine facultate ſuperioris, eſt ſimonia.

Qui permutat, renuncians beneficium minoris valoris, ſi ſine facultate reddit penſionem, vel pecuniam renuncianti beneficium maioris valoris, ad æquandam pecuniam amiſſam, eſt ſimoniacus.

Dare, vel accipere in ſpirituali pecuniam nō pro ſpirituali, ſed alia ratione, vt

liberalitatis, eleemoſynæ, conſuetudinis, &c. non eſt ſimonia, quia non principaliter pro ſpirituali.

101 Accipere, vel dare aliquid temporale minus principaliter, & pro cauſa impulſiua, & excitatiua, pro ſpiritualibus, licèt ſine illo temporali non faceret ſpirituale, non eſt ſimonia: vt de ſurgente ad matutinum pro diſtributione, vel de ſeruiente, vel mutuam dante pecuniam Epiſcopo principaliter, & immediate, vt ineat amicitiam, vel vt ei bene faciat, ſperans ſecundario ſibi, vel ſuis gratiam beneficij.

102 In ſpiritualibus accipere aliquid pro miniſterio, etiam ex pacto, ſi non fiat principaliter pro actione ſua ſpirituali, non eſt ſimonia: licèt in miniſtro diuite in foro exteriori, præſumatur ſimonia; ſed nō præſumitur in conſcientia.

Accipere pecuniam pro impenſis, vel pro pœna ſpirituali iuriſdictione impoſita, non eſt ſimonia.

Habens ius Eccleſiaſticum acquiſitum, ſi ad redimendam vexationem dat pecuniam, non eſt ſimoniacus: ſi non habet ius, non licet, niſi vi impediatur, vel ſit ſolus ipſe dignus, vel ne eligatur indignus.

Dare pecuniam alicui, vt oret, vel ſacrificet, non eſt ſimonia: niſi daretur animo emendi ſpirituale: vt emere vitam æternam.

Dare,

Dare, vel accipere obſequia linguæ, vel manus, pro cauſa principali, in pretium rei ſpiritualis, eſt ſimonia: ſecus, ſi nõ pro principali, ſed pro minus principali, & excitatiuo.

Dare pretiũ temporale pro cauſa principali immediata, vt quis agat Vicarium Epiſcopi, Parochum, Capellanum, concionatorem, vel vt in longinquum locũm ad celebrandum eat, non eſt ſimonia; q̃a hæc obligatio, & labor non ſunt acceſſoria his actibus ſpiritualibus.

Dans notario Epiſcopi aliquid pro inſtrumento ordinis, etiam pluſquam mereatur; vel Epiſcopo pro paſtillis ſine pacto; vel beneficiarius ſoluens aliquid, ad quod tamen nõ poteſt cogi, pro adeptione poſſeſſionis, alijs beneficiarijs, non pro cauſa principali, non eſt ſimoniacus.

Quæ prius dabantur pro commodo priuato, nunc non poſſunt capi; quia ſublata eſt conſuetũdo, nec poſſunt verti in pia opera.

Notarius, vel Epiſcopus, accipiens plus pro maiori ordine, quam pro minori, eſt ſimoniacus; & facit contra Concilium Tridentinum.

Qui dat alicui, vt baptizet in neceſſitate, eſt ſimoniacus.

Simonia eſt triplex, mentalis tantum, 103
conuentionalis tantum, & realis.

Simonia mentalis ſine conuentione tacita, vel expreſſa, licèt non perueniat ad datio-

dationem, eſt peccatum mortale; ſed non obligat ad reſtitutionem; etiam ſi præceſſerit datio: non ſic vſura mentalis.

104 Simonia conuentionalis tacita, vel expreſſa, eſt, vel ex neutra parte ſecuta, vel ex vna parte tantum; & obligat ad reſtituendum, pro diuerſitate accepti: & eſt puniendus in foro exteriori talis ſimoniacus.

105 Talis ſimoniacus celebrans non incurrit irregularitatem; ſicut nec penſionarius non ſoluens incurrit excommunicationẽ, ſi celebrat poſt lapſum tempus ſolutionis.

106 Simonia realis eſt conuentio tacite, vel expreſſe ex vtraque parte completa, ſaltem quo ad aliquam partem promiſſorũ. (& vtrimque eſt peccatum mortale) punienda eſt; & obligat ad reſtitutionem: ita, vt omnia annullentur; & fructus percepti ſint reſtituendi.

Non licet epiſcopo ſtatuere pretium Miſſæ, ita, vt pro minori non dicatur.

Conſueta dari pro actibus ſpiritualibus iam præſtitis, poſſunt accipi; immo, & peti antequam pręſtentur, vbi ſuſpicio eſt de contentione futura.

Promittere aliquid, v. g. centum aureos inſtrumento publico, vt quis ſibi conferat beneficium, ſine animo emendi illud, & ſoluendi illos, eſt ſimonia conuentionalis: non tamen eſt is excommunicatus, nec debet renunciare beneficium;

ficium ; ſecus, ſi eſſet realis.

Conferre alicui beneficium animo ſe liberandi ab obligatione antidorali, non eſt ſimonia : non eſt enim pretium legale.

Dans mediatori, vt moueat datorem, eſt excommunicatus, & ſimoniacus, niſi detur ratione laboris, vel intereſſe, vel lucri ceſſantis, vel principaliter ad amicitiã ineundam.

Dare munera à manu, à lingua, vel obſequio, familiari Papæ principaliter ad ineundam amicitiam, & ſecundario, vt, adueniente occaſione, beneficium procuret, non eſt ſimonia; ſecus, ſi id principaliter fiat ob beneficium.

Conferre beneficium, ob conſanguinitatem principaliter, vel amicitiam, indigno, vel ob preces, non eſt ſimonia; niſi preces ſint in pretium. Idem de faciente ſpiritualia ob laudem humanam. 107

Conuenire cum familiari Papæ, quòd conſentiet certæ penſioni ſibi ſtatuendæ à Papa, ſi ſibi beneficium impetrat, ſi in expeditione litterarum non ſit mentio de illa conuentione, eſt ſimonia realis vtrimque.

Conuenire, vt duo beneficia in perſona vnius dentur, ſed expenſæ & vtilitates ſint amborum, & mox nulla facta mentione conuentionis renunciet vnum in fauorem alterius, eſt ſimonia.

Idem dicendum, ſi ex cõuentione vnus

in Hiſpania admoneat alterum Romæ de vacantibus beneficijs, & alter impetrat communibus expenſis, & vtilitatibus, & renunciat vnum, eſt ſimonia: ſecus, ſi fiat ſine vlla obligatione ciuili, ſed tantum antidorali.

Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, non inducit ſimoniam.

Conuenire facto pacto de conſentiendo penſioni, & aſſecurando ſi impetrat, ſi cō ſenſit, nulla mētione facta Papæ de pacto, eſt ſimonia; ſi facta, non.

Renuncians, ita, vt detur illi, vel illi, eſt ſimoniacus, niſi fiat in manu Papæ, in manu autem ſubordinatorum ſine pacto, vel modo expreſſo, non eſt ſimonia: poteſt ergo mandare procuratori, vt renunciet libere ſine pacto, & poſtea petat pro tali.

Papa poteſt incurrere in ſimoniam ꝓhibitam iure diuino, non in humanam: hāc enim poteſt tollere; & ꝓfanare ſpirituale iure humano ſacrum; & ſacra vaſa, & veſtes, & temporalia poteſt emere, & vendere; immo & alij prælati poſſunt ad vſum Eccleſiaſticum, non ad vſum profanum: ſic nullas pœnas poteſt incurrere, iure poſitiuo poſitas ſuper ſpirituale de iure diuino.

Papa de facto liberat à pœnis ſimoniæ contractantes ſecum, vel ſua auctoritate actum alias ſimoniacum; licèt expreſſe nō eos liberauerit: & in poſitiuis nec peccat quidem.

Papa ſine ſimonia poteſt emere, vel vendere omne beneficium non iure diuino prohibitum.

Nullus Papa proprie beneficia vendidit, ſed diſtraxit alijs vijs iuſtis.

Confidentia renunciantis, vel procurātis beneficium, vt cedat in fauorem eius, quem vult, &c. non eſt ſimonia, niſi adſit pactum, & cōtractus, &c. licèt in foro exteriori aliter præſumatur. De hac re vide ibi expoſitam bullam Pij V. 109

Qui habebant beneficia per ſimoniacā confidentiā, ſi poſt notitiam Extrauagantis, non renuncient, & poſt Extrauagantē ſi recipiant; amittunt beneficia omnia, & fiunt inhabiles ad alia. 110

Fructus beneficij, & penſionum datarum per confidentiam ſimoniacam reſeruantur Cameræ Papæ.

Vendere penſionem ſuper re ſpirituali conſtitutam, vel beneficio Eccleſiaſtico, vel eam redimere anticipata ſolutione, eſt ſimonia, & poteſt repeti. 111

Qui vendit, conducit, vel quocunque contractu non gratuito quærit Vicariam, vel quamcunque iuriſdictionem, vel poteſtatem ſpiritualem, eſt ſimoniacus, & contractus eſt nullus; meretur priuari clericali officio, & ipſe debet relinquere. Verum non eſt excommunicatus ipſo iure, niſi Vicaria eſſet perpetua; nec eſt inhabilis ad alia.

Pœna ſimoniaci vltra pęnam peccati, ſi eſt

eſt mentalis, nulla eſt, nec reſtitutionis quidem: ſi eſt conuentionalis vltra reſtitutionem percepti, ſi eſt res reſtituibilis, eſt pœna arbitraria, ſi eſt realis in ordine, eſt ſuſpenſus; ſi in beneficio, non eſt ſuſpenſus: quare eo relicto poteſt celebrare, contra S. Thom.

Simoniacus realis in beneficio, vel in ordinatione, eſt ipſo iure excommunicatus, reſeruatus Papæ.

Simoniacus realis in ordine, eget abſolutione ab excommunicatione, & ſuſpenſione; in beneficio, ab excommunicatione tantum.

Tantum ſimoniacus in ordine eſt ipſo iure ſuſpenſus, & excommunicatus.

Tantum ſimoniacus in ordine, & beneficio, eſt ipſo iure excommunicatus.

Simoniacus, ſi ordinatur, recipit characterem, ſed non executionem.

Præſentatio, electio, collatio, & quæuis alia diſpoſitio per realem ſimoniam eſt ipſo facto nulla, & relinquenda ante ſententiam, cum fructibus: eſt enim alienum retinere.

Simoniacus etiam conuentionalis ob confidentiam non acquirit ius in obtento, & eſt excommunicatus; perdit alia beneficia bene acquiſita, & fit inhabilis ad alia.

Quæ ignorantia, & quomodo excuſet à prædictis pœnis, vide ibi.

Peccat ſimoniace, qui vendit carius ob

annexum

annexum ſpirituale, vel ius præſentandi, vel beneficium.

## DE LVXVRIA, Tertio vitio capitali.

LVxuria habet octo filias pręter dictas ſpecies ſupra cap. 16. Filiæ eius ſunt Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconſideratio, Inconſtantia, Amor ſui, Amor huius mundi, Horror futuri, & Odium Dei. 113

Raro quis peccat mortaliter hoc vitio niſi tranſgrediendo aliquod præceptum Dei, vel eccleſiæ obligans ad mortale. 114

Qui deliberate vult viuere perpetuò in hoc mundo, abſq; viſione intuitiua Dei, peccat mortaliter; ſimiliter, & qui deliberato animo odit Deum, quod eſt peccatorum maximum.

## DE IRA, QVARTO VITIO.

IRa mala, de qua loquimur, eſt actus inordinatus volendi vindictam. 115

Habet ſeptem filias, quæ ſunt Indignatio, Tumor, Clamor, Blaſphemia, Contumelia, Opprobrium, Rixæ: reliquæ, quę à multis aſſignantur, ad has reducuntur.

Ira eſt peccatum mortale, ſi eſt contra quin-

quintum præceptum, Non occides: vt, ſi deliberate vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel propria auctoritate, vel contra ordinem iuris, vel principaliter ob malum proximi.

116 Qui nimis inordinate tumet, clamat, indignatur, faciens contra aliquod præceptum ſub mortali.

Qui blaſphemat, vel maledicit creaturam, vt creaturam, vide ſupra cap. 12. numero 86.

117 Qui deliberate maledicit, imprecando ſibi, vel proximo malum mortale, ſub ratione mali, p.m. non ſic cõmuniter parentes in filios, & muliones in mulos. Pro deliberatione ſufficiente ad mortale, ſatis eſt ſi ſit momentanea.

Qui maledicit diabolo, ratione naturæ, peccat mortaliter: non autem, ſi ratione ſuæ culpæ.

Qui ex animo maledicit alicui, dicendo, Trado te diabolo. vt illud eſt creatura Dei, vel vt res proximi, peccat mortaliter. ſi neutra harum cõſiderationum eſt, tantum venialiter: quando peccetur per filias iræ, vide c. 15. & c. 18.

## DE INVIDIA.

118 INuidia eſt inordinatus actus triſtitiæ de bono alieno, quia ſuam excellentiam minuit.

Qui deliberate dolet de bono notabili alte-

alterius, v.g de ſcientia, honore, fama, diuitijs, fauore, quia ſuum minuitur, peccat mortaliter; ſecus, ſi non deliberate, ſed ſubreptitie, vel de paruo.

Qui triſtatur ſe non habere quæ habẽt alij, ob malum mortalem finem, peccat mortaliter; ob bonum, non peccat.

Qui triſtatur, accuſando deliberate diuinam prouidentiam in diuidendo bona malis, peccat mortaliter.

## DE GVLA.

GVla regulariter eſt venialis: niſi in 119
ea ponatur vltimus finis, vel per eam violetur præceptum ſub mortali, vel cum notabili damno ſalutis propriæ, vel proximi; vel ob eam debita non ſoluantur.

Gula habet quinque ſpecies, Præpropere, Laute, Nimis, Ardenter, Studioſe: cui ſunt quinque filiæ, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia.

Qui veſcitur cibis prohibitis in aliena 120
regione vbi habitat, licèt non ſint prohibiti in ſua, peccat mortaliter; & econtra, ſi veſcitur prohibitis in ſua, ſed non vbi habitat, non peccat. Idem dicendum de feſtis, & ieiunijs.

Qui ſcienter ſe inebriat, vel curat alios 121
inebriari, peccat mortaliter.

Qui veſcit carnibus humanis extra ex- 122
tremam

tremam neceſſitatem, licèt nullum interficiat, peccat mortaliter.

123 Qdi ob hebetudinem mentis non diſcutit conſcientiam quando tenetur, peccat mortaliter.

Qui ob immoderatam lætitiam verbis, motu, geſtis, &c. ſe vel alium inducit in mortale, peccat mortaliter.

Presbyter irreuerenter ſaltans, canens, choreas ducens, peccat mortaliter; non, ſi pauliſper ſecreto illa faciat.

Multiloquens cum irreuerentia notabili Dei, peccat mortaliter.

Vtens veſtibus impudicis ad prouocandum ad mortale, peccat mortaliter.

## DE ACCIDIA.

124 Accidia eſt deliberate triſtari de bono ſpirituali diuino, vt diuinum in ſe: quod raro accidit. &, ſi ob accidiam relinquit aliquid, ad quod tenetur ſub mortali, vel ſi ad fugiendum ardua facit aliquod mortale, peccat mortaliter.

125 Cui ſunt quinque filiæ, Deſperatio, Puſillanimitas, Torpor animæ, Rancor, & Euagatio mentis.

Qui deſperat ſe poſſe peruenire ad vltimum finem, peccat mortaliter.

Hæc accidia non eſt circumſtantia neceſſario confitenda.

DE

## *DE PECCATIS IN Spiritum Sanctum.*

PEccatum in Spiritum Sanctum eſt cō- 126
miſſum per malitiam contra bonitatem Spiritus Sancti.

Species huius peccati ſunt ſex, Deſperatio, Præſumptio, Impœnitentia, reijciēs dolorem præteritorum, Obſtinatio, Impugnatio agnitæ veritatis, Inuidia fraternæ gratiæ. & hæc peccata dicuntur irremiſſibilia, non quod non deleantur contritione: ſed quia ex ſua natura reijciunt media, quibus remittuntur peccata. ſubreptio tamen excuſat ab his peccatis, ſicut & ab alijs.

## *De quinque ſenſibus exterioribus. Cap. XXIIII.*

VSus ſenſuum eſt indifferens; eſt mor- 2
talis, ſi contra præceptum ſub mortali, contra præceptum ſub veniali eſt venialis. nec eſt circumſtantia confitenda.

## *DE OPERIBVS Miſericordiæ.*

HAbens ſuperflua naturæ, ſi non ſub- 5
uenit, ſaltem mutuando petenti, & egenti

proditiones in Rempublicam in extrema neceſſitate; immo & coniuratos, licèt ob id morte plectantur, &, dummodo proteſtetur, non ſit irregularis.

Qui ſuadet proximo aliquod mortale, vel notabiliter noxium, dolo, vel culpa lata, peccat mortaliter, niſi id fiat, quo minus peccet.

## *DE CORRECTIONE Fraterna.*

12 AD correctionem fraternam omnes tenentur, etiam infideles; dummodo ſciamus certo ipſum peccare mortaliter, vel proximum eſſe peccato, & non timeatur deterius, obſeruata opportunitate perſonæ, & temporis; & fiat commodè ſine notabili damno corrigentis: niſi frater ſit in extrema neceſſitate correctionis.

Qui non impedit, cum poſſit commodè, peccatum, peccantis ex ignorantia culpabili, vel fragilitate, peccat mortaliter. non contra præceptum correctionis, de quo infra nu. 25.

13 Confeſſarius non debet corripere de peccatis in confeſſione auditis, niſi pœnitens ſignificaret ſibi gratum fore.

Qui diſſimulat, vt quis in maius peccatum dilabatur, vt aptius corrigatur, & emendetur, non peccat.

14 Si quis dubitet an admonitus ſua admonitione ſit ceſſaturus à peccato, debet denun-

denunciare ſuperiori.

Non eſt opus ſecreta admonitione, quando peccatum eſt publicum.

Qui de peccato ſecreto corripit corã alijs id neſcientibus cum notabili damno famæ, vel periculo probabili illius, nõ ſeruato ordine, peccat mortaliter.

Qui reuelat peccatum ſuperiori, etiãſi ad hoc, ne iteretur, non ſeruata forma correctionis, peccat mortaliter.

Qui conſentit iniuriæ proximi, ſiue qui non defendit, conſentiendo, peccat mortaliter. 17

Nemo defendere tenetur alium cum damno ſui honoris, æſtimationis, pudoris, niſi ille ſit in extrema neceſſitate noſtræ defenſionis; abſq; extrema noſtra neceſſitate, his ablatis ſimpliciter tenetur.

Quiſque tenetur defendere vitam proximi iniuſte morientis, etiam cum iactura ſuorum bonorum, honoris, ſed non vitæ; iuſte autem damnatum, niſi redimatur, nõ tenetur defendere.

Damnatus quilibet poteſt ſe vendere in ſeruũ redimenti pretio redẽptionis.

Quiſque tenetur defendere bona proximi, ſine quibus viuere ille non poteſt.

Quiſque tenetur impedire damnum notabile externum proximi, etiam cum proprio incommodo pecuniæ; non honoris, niſi parui, reſpectu magni damni: & hoc ſi credat probabiliter nullum alium id facturum.

Excuſatur vir grauis, ſi non currit, vt ſubueniat leuibus hominibus, & pueris ſe pugnis cædentibus: ſic, qui alta voce non contradicit detrahenti concionatori, ob ſcandalum ſic, qui non liberat iniuſte tractum ad mortem ne grauis tumultus, & neces oriantur.

18 Quando quis dubitat de ſua morte, non debet aliorum vitam defendere, ſuperiores tamen ſubditos, & ſubditi ſuperiores tenentur defendere, non ſolum lege charitatis, ſed iuſtitiæ: vt Reges, feudatarij, patres, tutores, curatores, heri, pedagogi, parochi, cuſtodes, & contra.

Aliqui non defendentes, vt qui timēt ſuis bonis, ſæpe non conſentiunt iniuriæ: & tamen textus præſumunt eos conſentire.

In dubio non eſt præſumendum delictum.

Qui, cum debet, non defendit, & non conſentit, peccat contra caritatem tantum, (niſi debeat ex officio) & non tenetur ad reſtitutionem.

19 Qui conſentit, & auxiliatur, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem.

Non omnis; qui præſumitur conſentire, præſumitur auxiliari.

Qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, etiam ſi ſequatur, non fit irregularis. Conſentiens tantum percuſſioni

ni clerici, quæ non ſit eius nomine, non eſt excommunicatus Obligatus, qui poteſt commode manifeſtum delictum impedire, & non impedit, præſumitur auxiliari; peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

Qui conſentit offenſioni, licèt mox de- 20
fendat, peccat.

Qui non conſentit, ſed non defendit cum poſſit, & debeat ſiue ex charitate, ſiue ex iuſtitia, peccat.

Omnes tenentur ſub peccato ad hoc præceptum, ſiue dolo, ſiue incuria id omittatur. Sed, qui tenentur ex iuſtitia, tenentur ad reſtitutionem, & incurrunt cenſuras: ſic intelligitur caput, Quantæ. De ſententia excommunicationis.

Filius, ſeruus, ſubditus, ſciés parari delictum in patrem, dominum, ſuperiorem, & non indicans; eſt puniendus: quia facit contra iuſtitiam: alij vero non, quia faciũt contra charitatem; & ſic tantum puniuntur in foro conſcientiæ.

Nemo, qui non tenetur ex iuſtitia, ſi 22
alium non defendit, incurrit cenſuras, vel irregularitatem.

Opera miſericordiæ corporalia nemo tenetur præſtare ſub peccato mortali, niſi egenti extremè: quia non egens extremè, ageret de lucro faciendo. In alijs vero caſibus, vt de boue errãte reducendo, de aſino ſub onere ſubleuando, peccat mortaliter, non adiuuans, ſi putat probabiliter neminem adiuturum: quia agitur

de damno cauendo, licèt non ſit extrema neceſſitas.

Iter faciens non leuans mulum, mulionis egentis eius ope in via non frequentata, putãs probabiliter non futurũ aliud auxilium, peccat mortaliter.

Similiter non auertens iumenta vaſtantia ſegetes.

Non extinguens ignem ardentis ſupellectilis proximi.

Qui audit detrahentem grauiter famæ proximi, etiam ſi ipſe non credat, ſi putat alios credituros, & non reſiſtit, peccat mortaliter.

Sic qui videt notabiliter lædi mentem, corpus, honorem, res familiares.

Qui videt aliquem ementem animalia, pannos, prædia, & alia vitioſa, vel longe minora, vel peiora, quàm ipſe putat, & non monet illum, peccat mortaliter.

23 Qui, cum poſſit, non impedit peccatum mortale certum proximi, peccat mortaliter.

Qui volentem ſe præcipitare, non retinet.

Et qui non extrahit etiam inuitum à ruitura domo, peccat mortaliter.

Ad euitandum ſcandalum debemus facere, vel omittere omnia, quæ non ſunt ſub præcepto.

Conſtituto in extrema neceſſitate animæ, debemus ſubuenire cum periculo bonorum, honoris, & vitę. Item, ſi nõ eſt in

extrema

extrema neceſſitate noſtrę opis, ſed quacunque ex cauſa certo peccabit mortaliter niſi ſubueniamus, tenemur.

Tenemur ſub mortali impedire mala proximi, quibus iuſte ipſe non poteſt conſentire, licèt ipſe poſſet vitare ſi vellet; quamuis non vtamur iure noſtro, dum modo ſine peccato noſtro poſſumus non vti iure noſtro.

Si proximus peccat non ex ignorantia, ſed ex malitia, non tenemur ſubuenire cum noſtro damno ſpirituali, vel temporali, vel noſtri iuris.

Non tenemur dare, verbi gratia, centũ aureos ei, qui affirmat ſeſe furca ſuſpẽſurum, niſi ei donentur.

## *Ex his ſoluuntur quinque obiectiones.*

PEtens mutuo ab vſurario daturo non niſi ad vſuram, non peccat.

Nec peccat petens ſuum filium baptizari à parocho exiſtenti in peccato mortali; & non contrito.

Mulier ſe ornans tantum ob vanã gloriam, licèt credat aliquẽ mortaliter concupiturum, non peccat mortaliter.

Ad eleemoſynam nemo tenetur, niſi in extrema neceſſitate, ſub mortali.

Volens peccare mortaliter, ſciens illud eſſe tale, non eſt in extrema neceſſitate, quia voluntarie id facit.

# DE PECCATIS diuerſorum Statuum.

## Cap. XXV.

### De peccatis Regum.

1 Aliena regna, vel dominia iniuſte quærens, vel iniuſte quæſita non reſtituens, niſi cauſa iuſta excuſet, peccat mortaliter.

Gubernare principaliter ob voluptates, diuitias, honores: eſt peccatum veniale, & periculoſum.

Qui iuſte poſſeſſa iniuſte gubernat, omittendo, vel committendo, vel exponendo periculo probabili amiſſionis totius regni, vel partis, peccat mortaliter.

2 Si per incuriam ſibi, & ſuis deſunt victus, vt frumenta, equites ad bellandum, &c eſt peccatum, vel mortale, vel veniale periculoſum; niſi ob meliorem finem omittat.

Qui non conſeruat diuitias ad grandia pericula, & mala probabilia regni euitanda, peccat mortaliter.

3 Qui congerit diuitias, notabiliter grauando ſubditos abſque fine iuſto, peccat mortaliter.

Prodigus, qui probabiliter alios grauabit, vel ſe nimio intereſſe.

Qui

Qui ſic negligenter munit arces, vt det occaſionem irreuerentiæ, rebellionis, vel occupandi regnum, vel partem eius.

Qui per incuriam non reparat viam; vnde viatores notabile damnum incurrunt. 4

Qui ſuis publicis reditibus extreme egentibus, & à ſe petentibus non ſubuenit.

Qui in controuerſijs, quando aliter fieri non poteſt, non recipit honeſtas conditiones, ſed, facta magna ſtrage, dat copiam Turcis occupandi partem orbis Chriſtiani.

Qui ſtatuit legem pœnalem principaliter ob priuatam vtilitatem, ideſt, vt lucretur ex eius tranſgreſſione. 5

Qui diſpenſat in lege diuina, vel naturali: vel cum notabili damno, & ſcandalo in ſua; vel non caſtigat, vel lites ſuſpendit: hæc omnia facta ſine iuſta cauſa ſunt peccata mortalia.

Qui non permittit populo tueri ſuas libertates. 6

Qui vſurpat bona populi; & tenetur ad reſtitutionem.

Qui minis, aut importunis precibus adigit aliquem ad dandum ſibi ſua bona ſine iuſta cauſa, peccat; & tenetur ad reſtitutionem.

Qui gerit bellum iniuſtum defectu auctoritatis, vel cauſæ, & tenetur ad reſtitutionem; ſi iuſtum, & malo animo gerit,

tremam neceſſitatem, licèt nullum interficiat, peccat mortaliter.

123 Qdi ob hebetudinem mentis non diſcutit conſcientiam quando tenetur, peccat mortaliter.

Qui ob immoderatam lætitiam verbis, motu, geſtis, &c. ſe vel alium inducit in mortale, peccat mortaliter.

Presbyter irreuerenter ſaltans, canens, choreas ducens, peccat mortaliter; non, ſi pauliſper ſecreto illa faciat.

Multiloquens cum irreuerentia notabili Dei, peccat mortaliter.

Vtens veſtibus impudicis ad prouocandum ad mortale, peccat mortaliter.

## DE ACCIDIA.

124 Accidia eſt deliberate triſtari de bono ſpirituali diuino, vt diuinum in ſe: quod raro accidit. &, ſi ob accidiam relinquit aliquid, ad quod tenetur ſub mortali, vel ſi ad fugiendum ardua facit aliquod mortale, peccat mortaliter.

125 Cui ſunt quinque filiæ, Deſperatio, Puſillanimitas, Torpor animæ, Rancor, & Euagatio mentis.

Qui deſperat ſe poſſe peruenire ad vltimum finem, peccat mortaliter.

Hæc accidia non eſt circumſtantia neceſſario confitenda.

DE

## DE PECCATIS IN *Spiritum Sanctum*.

PEccatum in Spiritum Sanctum eſt cõmiſſum per malitiam contra bonitatem Spiritus Sancti. 126

Species huius peccati ſunt ſex, Deſperatio, Præſumptio, Impœnitentia, reijciẽs dolorem præteritorum, Obſtinatio, Impugnatio agnitæ veritatis, Inuidia fraternæ gratiæ. & hæc peccata dicuntur irremiſſibilia, non quod non deleantur contritione: ſed quia ex ſua natura reijciunt media, quibus remittuntur peccata. ſubreptio tamen excuſat ab his peccatis, ſicut & ab alijs.

## *De quinque ſenſibus exterioribus.* *Cap.* XXIIII.

VSus ſenſuum eſt indifferens; eſt mortalis, ſi contra præceptum ſub mortali, contra præceptum ſub veniali eſt venialis. nec eſt circumſtantia confitenda. 2

## DE OPERIBVS *Miſericordiæ*.

HAbens ſuperflua naturæ, ſi non ſubuenit, ſaltem mutuando petenti, & 5
egenti

egenti extreme, peccat mortaliter. Habẽs ſuperflua naturæ, & ſtatus, ſi non ſubueniat egenti alicui, ſaltem mutuum dando in neceſſarijs ad ſtatum, peccat mortaliter: in reliquis caſibus eleemoſyna, ſiue ſpiritualis, ſiue corporalis eſt de conſilio.

His duobus caſibus ſatis eſt ſubuenire commodando, vel mutuando, non neceſſario dando.

Extreme egere non eſt tantum animam agere, ſed probabiliter eo deuenturum, niſi ſubueniatur, & eſt probabile, fore, vt ei à nullo alio ſubueniatur.

Non eſt neceſſitas extrema periculum amittendi honorem; contra Sotum.

6 Status large ſumitur, & ad multa extenditur, vt ad conuiuia decentia, ad caſus probabiles, ad munera, ad magnificentias honeſtas, ad hoſpites.

Neceſſarium ad ſtatum non ſtat in indiuiſibili, ſed habet latitudinem: plus minusve, pro qualitate ſtatus.

Non facile eſt iudicandum aliquem habere plura, quam ſtatui ſuo ſint neceſſaria.

Qui congerit pecunias ad emendum dominium, & mutandum ſtatum, non habet pluſquam ſuum ſtatum deceat, dummodo ſit idoneus, & ſæcularis. Eccleſiaſtici enim non poſſunt in tot fines accumulare pecuniam.

7 Nemo tenetur de neceſſarijs ſtatui ſuo

dare

dare eleemoſynam niſi egenti extrema: & poteſt quilibet mutare ſtatum.

Qui non dat eleemoſynam, quæ eſt ſub præcepto, non tenetur mox ad reſtitutionem eius, vel damni, quod ex mora ſecutum eſt.

Nemo tenetur ſub culpa mortali quęrere egētes extremè in hoſpitalibus, & carceribus: ſed tantum tenetur occurrentibus, niſi hoc ei ex officio incumbat: ſimile intelligitur de cæteris operibus miſericordiæ. 9

Qui egenti etſi nón extrema, ſed grandi neceſſitate non ſubueniūt, cum cōmode poſſint, ſi credant neminem ei auxiliaturum, peccant mortaliter.

Qui patienti in ſpiritualibus; quod ad animæ ſalutem ſpectat, extremam neceſſitatem, non ſubuenit, etiam cum iactura ſuæ vitæ corporalis, peccat mortaliter: quamuis raro Chriſtianus patiatur hanc neceſſitatem: quia poteſt conteri de peccatis. Quod ſi hoc neſciat, neceſſario eſt docendus modum conterendi.

10 Qui non eſt Parochus, vel Prælatus, nón tenetur cum periculo ſuæ vitæ, viſere laborantes peſte, vel morbo in extrema neceſſitate vitæ corporalis: ſecus, vitę ſpiritualis.

11 Nemo, quocunque ſtatu, voto, aut præcepto humano, excuſatur, à ſubuentione extremæ neceſſitatis.

12 Clericus, religioſus debet detegere

proditiones in Rempublicam in extrema neceſſitate; immo & coniuratos, licèt ob id morte plectantur, &, dummodo proteſtetur, non ſit irregularis.

Qui ſuadet proximo aliquod mortale, vel notabiliter noxium, dolo, vel culpa lata, peccat mortaliter, niſi id fiat, quo minus peccet.

## *DE CORRECTIONE Fraterna.*

12 AD correctionem fraternam omnes tenentur, etiam infideles; dummodo ſciamus certo ipſum peccare mortaliter, vel proximum eſſe peccato, & non timeatur deterius, obſeruata opportunitate perſonæ, & temporis; & fiat commodè ſine notabili damno corrigentis: niſi frater ſit in extrema neceſſitate correctionis.

Qui non impedit, cum poſſit commodè, peccatum, peccantis ex ignorantia culpabili, vel fragilitate, peccat mortaliter, non contra præceptum correctionis, de quo infra nu. 25.

13 Confeſſarius non debet corripere de peccatis in confeſſione auditis, niſi pœnitens ſignificaret ſibi gratum fore.

Qui diſſimulat, vt quis in maius peccatum dilabatur, vt aptius corrigatur, & emendetur, non peccat.

11

14 Si quis dubitet an admonitus ſua admonitione ſit ceſſaturus à peccato, debet denun-

denunciare ſuperiori.

Non eſt opus ſecreta admonitione, quando peccatum eſt publicum.

Qui de peccato ſecreto corripit corã alijs id neſcientibus cum notabili damno famæ, vel periculo probabili illius, nõ ſeruato ordine, peccat mortaliter.

Qui reuelat peccatum ſuperiori, etiãſi ad hoc, ne iteretur, non ſeruata forma correctionis, peccat mortaliter.

Qui conſentit iniuriæ proximi, ſiue qui non defendit, conſentiendo, peccat mortaliter. 17

Nemo defendere tenetur alium cum damno ſui honoris, æſtimationis, pudoris, niſi ille ſit in extrema neceſſitate noſtræ defenſionis; abſq; extrema noſtra neceſſitate, his ablatis ſimpliciter tenetur.

Quiſque tenetur defendere vitam proximi iniuſte morientis, etiam cum iactura ſuorum bonorum, honoris, ſed non vitæ; iuſte autem damnatum, niſi redimatur, nõ tenetur defendere.

Damnatus quilibet poteſt ſe vendere in ſeruũ redimenti pretio redẽptionis.

Quiſque tenetur defendere bona proximi, ſine quibus viuere ille non poteſt.

Quiſque tenetur impedire damnum notabile externum proximi; etiam cum proprio incommodo pecuniæ; non honoris, niſi parui, reſpectu magni damni: & hoc ſi credat probabiliter nullum alium id facturum.

Excuſatur vir grauis, ſi non currit, vt ſubueniat leuibus hominibus, & pueris ſe pugnis cædentibus: ſic, qui alta voce non contradicit detrahenti concionatori, ob ſcandalum ſic, qui non liberat iniuſte tractum ad mortem ne grauis tumultus, & neces oriantur.

18 Quando quis dubitat de ſua morte, non debet aliorum vitam defendere, ſuperiores tamen ſubditos, & ſubditi ſuperiores tenentur defendere, non ſolum lege charitatis, ſed iuſtitiæ: vt Reges, feudatarij, patres, tutores, curatores, heri, pedagogi, parochi, cuſtodes, & contra.

Aliqui non defendentes, vt qui timẽt ſuis bonis, ſæpe non conſentiunt iniuriæ: & tamen textus præſumunt eos conſentire.

In dubio non eſt præſumendum delictum.

Qui, cum debet, non defendit, & non conſentit, peccat contra caritatem tantum, (niſi debeat ex officio) & non tenetur ad reſtitutionem.

19 Qui conſentit, & auxiliatur, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem.

Non omnis; qui præſumitur conſentire, præſumitur auxiliari.

Qui non impedit homicidium, quod nouit tractari; etiam ſi ſequatur, non fit irregularis. Conſentiens tantum percuſſioni

ni clerici, quæ non ſit eius nomine, non eſt excommunicatus Obligatus, qui poteſt commode manifeſtum delictum impedire, & non impedit, præſumitur auxiliari; peccat; & tenetur ad reſtitutionem.

Qui conſentit offenſioni, licèt mox de- 20
fendat, peccat.

Qui non conſentit, ſed non defendit cum poſſit, & debeat ſiue ex charitate, ſiue ex iuſtitia, peccat.

Omnes tenentur ſub peccato ad hoc præceptum, ſiue dolo, ſiue incuria id omittatur. Sed, qui tenentur ex iuſtitia, tenentur ad reſtitutionem, & incurrunt cenſuras: ſic intelligitur caput, Quantæ. De ſententia excommunicationis.

Filius, ſeruus, ſubditus, ſciēs parari delictum in patrem, dominum, ſuperiorem, & non indicans; eſt puniendus: quia facit contra iuſtitiam: alij vero non, quia faciūt contra charitatem; & ſic tantum puniuntur in foro conſcientiæ.

Nemo, qui non tenetur ex iuſtitia, ſi 22
alium non defendit, incurrit cenſuras, vel irregularitatem.

Opera miſericordiæ corporalia nemo tenetur præſtare ſub peccato mortali, niſi egenti extremè: quia non egens extremè, ageret de lucro faciendo. In alijs vero caſibus, vt de boue errāte reducendo, de aſino ſub onere ſubleuando, peccat mortaliter, non adiuuans, ſi putat probabiliter neminem adiuturum: quia agitur

de damno cauendo, licèt non ſit extrema neceſſitas.

Iter faciens non leuans mulum, mulionis egentis eius ope in via non frequentata, putãs probabiliter non futurũ aliud auxilium, peccat mortaliter.

Similiter non auertens iumenta vaſtantia ſegetes.

Non extinguens ignem ardentis ſupel lectilis proximi.

Qui audit detrahentem grauiter famæ proximi, etiam ſi ipſe non credat, ſi putat alios credituros, & non reſiſtit, peccat mortaliter.

Sic qui videt notabiliter lædi mentem, corpus, honorem, res familiares.

Qui videt aliquem ementem animalia, pannos, prædia, & alia vitioſa, vel longe minora, vel peiora, quàm ipſe putat, & non monet illum, peccat mortaliter.

23 Qui, cum poſſit, non impedit peccatum mortale certum proximi, peccat mortaliter.

Qui volentem ſe præcipitare, non retinet.

Et qui non extrahit etiam inuitum à ruitura domo, peccat mortaliter.

Ad euitandum ſcandalum debemus facere, vel omittere omnia, quæ non ſunt ſub præcepto.

Conſtituto in extrema neceſſitate animæ, debemus ſubuenire cum periculo bonorum, honoris, & vitę. Item, ſi nõ eſt in

extrema

extrema neceſſitate noſtrę opis, ſed quacunque ex cauſa certo peccabit mortaliter niſi ſubueniamus, tenemur.

Tenemur ſub mortali impedire mala proximi, quibus iuſte ipſe non poteſt conſentire, licèt ipſe poſſet vitare ſi vellet; quamuis non vtamur iure noſtro, dummodo ſine peccato noſtro poſſumus non vti iure noſtro.

Si proximus peccat non ex ignorantia, ſed ex malitia, non tenemur ſubuenire cum noſtro damno ſpirituali, vel temporali, vel noſtri iuris.

Non tenemur dare, verbi gratia, centũ aureos ei, qui affirmat ſeſe furca ſuſpéſurum, niſi ei donentur.

## *Ex his ſoluuntur quinque obiectiones.*

PEtens mutuo ab vſurario daturo non niſi ad vſuram, non peccat.

Nec peccat petens ſuum filium baptizari à parocho exiſtenti in peccato mortali; & non contrito.

Mulier ſe ornans tantum ob vanã gloriam, licèt credat aliquẽ mortaliter concupiturum, non peccat mortaliter.

Ad eleemoſynam nemo tenetur, niſi in extrema neceſſitate, ſub mortali.

Volens peccare mortaliter, ſciens illud eſſe tale, non eſt in extrema neceſſitate, quia voluntarie id facit.

# DE PECCATIS diuerſorum Statuum.

## Cap. XXV.

### De peccatis Regum.

1 ALiena regna, vel dominia iniuſte quærens, vel iniuſte quæſita non reſtituens, niſi cauſa iuſta excuſet, peccat mortaliter.

Gubernare principaliter ob voluptates, diuitias, honores: eſt peccatum veniale, & periculoſum.

Qui iuſte poſſeſſa iniuſte gubernat, omittendo, vel committendo, vel exponendo periculo probabili amiſſionis totius regni, vel partis, peccat mortaliter.

2 Si per incuriam ſibi, & ſuis deſunt victus, vt frumenta, equites ad bellandum, &c eſt peccatum, vel mortale, vel veniale periculoſum, niſi ob meliorem finem omittat.

Qui non conſeruat diuitias ad grandia pericula, & mala probabilia regni euitanda, peccat mortaliter.

3 Qui congerit diuitias, notabiliter grauando ſubditos abſque fine iuſto, peccat mortaliter.

Prodigus, qui probabiliter alios grauabit, vel ſe nimio intereſſe.

Qui

Qui ſic negligenter munit arces, vt det occaſionem irreuerentiæ, rebellionis, vel occupandi regnum, vel partem eius.

Qui per incuriam non reparat viam; vnde viatores notabile damnum incurrunt. 4

Qui ſuis publicis reditibus extreme egentibus, & à ſe petentibus non ſubuenit.

Qui in controuerſijs, quando aliter fieri non poteſt, non recipit honeſtas conditiones, ſed, facta magna ſtrage, dat copiam Turcis occupandi partem orbis Chriſtiani.

Qui ſtatuit legem pœnalem principaliter ob priuatam vtilitatem, ideſt, vt lucretur ex eius tranſgreſſione. 5

Qui diſpenſat in lege diuina, vel naturali: vel cum notabili damno, & ſcandalo in ſua; vel non caſtigat, vel lites ſuſpendit: hæc omnia facta ſine iuſta cauſa ſunt peccata mortalia.

Qui non permittit populo tueri ſuas libertates. 6

Qui vſurpat bona populi; & tenetur ad reſtitutionem.

Qui minis, aut importunis precibus adigit aliquem ad dandum ſibi ſua bona ſine iuſta cauſa, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

Qui gerit bellum iniuſtum defectu auctoritatis, vel cauſæ, & tenetur ad reſtitutionem; ſi iuſtum, & malo animo gerit,

peccat,ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Qui impedit iuridicam viſitationẽ monialium,eſt excommunicatus, ſi admonitus non deſiſtit.

Qui noua tributa exigit etiam ad bonum finem,ſed abſque neceſſitate; & tenetur ad reſtitutionem.

7 Qui cogit ſubditos,v.g.domos ædificare, agros colere, ad id non obligatos,ſine integra ſolutione.

Qui vendit officia tam care, & talibus perſonis, vt probabiliter credat fore vt ijs abutantur, & opprimant populum.

Principes,qui dant officia in dotem, & in obſequiorum mercedem, non ſunt damnandi: ſunt enim vendibilia.

Officiales vendentes officia honeſto pretio, & perſonis probabiliter rectis, non ſunt damnandi: ſalubrius tamen eſſet, ſi cuique officio certum pretium ſtatueretur.

Lex Pij V. contra ambientes officia habentia adminiſtrationẽ iuriſdictionis pretio,vel munere.

Cogens aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel qui impedit à contrahendo, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus.

Qui officiales ineptos, imperitos, vel malæ conſcientiæ pręficit, credere debẽs eos tales eſſe; &, ſi ſint creati poſtquam id ſciuerit, non deponit, ſi poteſt abſque periculo ſuæ vitæ, & damno Reipublicæ,

cæ, peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Patronus præſentans perſonas nõ idoneas ætate, ſcientia, moribus, vel inducens patronos ad præſentandum tales, vel qui inducit prælatos ad conferendum. 8

Poſſidens bona paterna profana, quibus pater impoſuit onus miſſarum, conſtituens eum patronum earum, non peccat.

Qui non cohibet ſuos à quocunque furto, & damno illicito, peccat cum obligatione reſtituendi.

Qui negligit tollere abuſus in ſuis terris, vt vſurarum, ludorum periculoſorum, menſuræ falſæ, pretij iniuſti, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

Cõdemnans aliquem ſine publica probatione, vel non conceſſa defenſione. 9

Qui ſubditum inauditum, & in defenſum, veneno, vel quouis modo interfici iubet, eſt homicida.

Qui non per ſcientiam publicam priuat ſuos beneficijs, officijs, honoribus, nõ ad nutum amouibilibus, peccat: ſimiliter peccant exequentes talia mandata.

Qui ſecundum allegata, & probata aliquem condemnat, licèt vt priuatus ſciat oppoſitum eſſe verum, non peccat, præſertim ſi, quantum potuit, veritatem indagauit, & fecit quod potuit, ne de illo caſu iudicaret. 10

Item, cum res eſt notoria, vel iuſta de cauſa omittit audire reum, non peccat.

M 6 Regem,

11 Regem, vt reſtituat, diminuere iura Regni, vel de conſenſu populi erigere xenodochium, non placet: ſed reſecet ſuperflua ſtatus, & parcius viuat, vt poſſit reſtituere.

## De peccatis Iudicis.

12 IVdex indignus ſuſcipiens officium cũ probabili periculo dãni notabilis proximi, vt ſciens ſe non auſurum ferre ſententiam contra potentes, peccat mortaliter.

Qui ſciens, quacunque cauſa ſententiam iniuſtam fert, aut ferre iuſtam negligit: & tenetur ad reſtitutionem principalis, expenſarum, & intereſſe; ſi eſt Eccleſiaſticus, eſt ſuſpenſus; &, ſi celebret, fit irregularis.

Qui pecunias accipit, vt bene, vel male iudicet, vel vt iudicare deſinat, tenetur ad reſtitutionem.

13 Qui non habens iuriſdictionem aliquã, iudicat, verbi gratia exemptum.

Qui ſine ſufficienti probatione, aut nõ vidit ſaltem mediocriter proceſſum, aut non admiſit legitimam probationem, aut exegit probationem maiorem neceſſariã, aut non ſeruat ordinem iuris, aut interrogat de his, ad quæ non tenetur reus reſpondere, aut obſcuris verbis ſententiam fert, peccat.

Qui indebita admittit, vel debita non admit-

admittit.

Qui ſine cauſa differt expeditiones. Qui ſine facultate pœnam auget, aut minuit, peccat.

Iudex, qui ſuperiorem non habet, poteſt remittere pœnam, quando eſt vtile Reipublicæ, vel quando non eſt damnum de conſenſu partium; ſed, ſi præuidet ex hoc dari occaſionem peccandi alijs, ſi remittat, grauiter peccat, licèt pars conſentiat. 14

Exequens ſententiã ſuperioris, quam ſcit eſſe nullam, & irritam, peccat; non autem iniquam, ſeu iniuſtam, ſed validam. 15

Qui ſine iuſta cauſa non condemnat victum ad expenſas petitas à victore; peccat.

Qui ignorans neceſſaria ad iudicandũ, ſi conſulit quem debet, vt aſſeſſorem, & iudicat, non peccat: ſed aſſeſſor, & conſultor peccant: & iudex malo animo condemnans aliquem, ſed iuſte, peccat, & nõ tenetur ad reſtitutionem.

Iudex grauans, non admittendo appellationem, vel alia via grauamen nõ remouendo, ſiue ſit caſus in quo licet appellare, ſiue nõ, ſemper peccat, & tenetur ad reſtitutionem: iura enim contraria, loquuntur in foro exteriori.

Qui in iure reddendo viduas, pupillos, & miſeras perſonas negligit notabiliter alijs præferre.

Iudex

Iudex ſæcularis, qui iuſtis Papæ mandatis, & etiam prælatorum non paret, aut non ſeruat excommunicationes, & interdicta.

16 Qui præcipit tempore interdicti celebrare, aut ne denunciati excommunicati egrediantur à diuinis officijs, peccat, & eſt excommunicatus.

Qui vi, metuve extorquet abſolutioné, aut reuocationem ab excommunicatione, vel interdicto.

Qui dat facultatem vexandi Eccleſiaſticos in perſonis, vel bonis, quia contra ipſum cenſuras tulerunt, vel eius iuſſis nó paruerunt.

Qui prohibet ſubiectos, ne emant, vel vendant Eccleſiaſticis; & eſt excommunicatus.

Qui compellit bona immobilia, aut iura Eccleſiaſtica ſubijci laicis.

Qui iubet capi calices, libros, aut alia bona Eccleſiæ.

17 Qui vult, aut iubet extrahi à loco ſacro, illuc confugientes.

Pro immunitate loca ſacra ſunt, quælibet Eccleſia, capella, baſilica, eremitorium, & quodlibet ſacellum pro Miſſa dicenda auctoritate Epiſcopi conſtructum, ſine qua deſtrui non poteſt. Item cœmeterium ſacratum ab Epiſcopo, quamuis eſſet ſeparatum ab Eccleſia. Item dormitorium commune religioſorum, & clericorum. Itẽ ianua & porticus annexa Eccle-

ſiæ,

ſiæ, vel cœmeterio. Item clauſtrũ, & ſpatium clauſtri. Item domus Epiſcopalis, etiam ſi ab Eccleſia ſit ſeiuncta. Item domus Eccleſiæ pro habitatione clericorum extructa intra trig nta, vel quadraginta paſſus ab ipſa Eccleſia; aliàs non, niſi ſit annexa alicui capellæ: Item ſpatium triginta vel quadraginta paſſuum ad fines ſorium cœmeterij, clauſtrorum, graduũ. Item Hoſpitale auctoritate Epiſcopi erectum. Item Cardinales, Reges, Imperatores non habent hoc priuilegium aliquo iure, niſi ex conſuetudine; ſed presbyter deferens ſacramentum extra Eccleſiam; habet illud; Romæ non eſt talis immunitas. 18

Omnes Chriſtiani libere gaudent hac immunitate. 19

Item ſerui in delicto ſub graui pœna, & ob ſęuitiam domini; cui non dandi ſunt, niſi præſtito iuramento non ſæuiendi.

Item gaudent excommunicati, interdicti, ſuſpenſi, fugientes e carcere, violato iuramento, vel carcere. Item fugiens à miniſtris iuſtitiæ, etiam damnatus.

Omnis ſacrilegus, qui in loco ſacro non cõmiſit, Banditi, Reddituri rationẽ.

Mercatores tranſeuntes ad hoſtes, niſi aliqua delicta excepta committant.

Non gaudent Iudæi, Mauri, Pagani, Hæ 20 retici formaliter, viarum graſſatores, nocturnus vaſtator ſegetum, & fructuũ; committens graue delictum in loco ſacro.

Nemo

Nemo inſidioſe occidens, aut percutiens animo occidendi.

21 Nemo, qui exiſtens extra Eccleſiam cum percutit exiſtentem in Eccleſia, vel econtra.

22 Neque Eccleſiaſticus reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici.

Neque qui in Eccleſia ſe iniuſte defendit.

Neque delinquens prope Eccleſiam animo fugiendi in eam, licèt id Nauarro non probetur.

Neque qui deceptus egreditur ab Eccleſia: ſed qui promiſit eum reddere, tenetur ſeruare fidem.

Neque comburens, aut euertens Eccleſiam.

23 Conſentiens dolis officialium cũ damno partium, peccat.

Qui ſecundum iuramentum factum non ſeruat conſuetudines, & ſtatuta, quæ non ſunt derogata.

Qui damnato petenti confeſſionem, nõ permitt eã; non ſic de communione.

24 Qui coram ſe litigantibus æquales aduocatos, & procuratores non concedit cum graui damno partis, præſertim miſerabilium; atque etiam & non petentibus, & aliquando ſine ſtipendio.

Qui non viſitat carceres, aut ſuppeditat neceſſaria vitæ cum graui periculo carceratorum.

Qui admittit denunciatum excommunicatum

nicatum contra iuſſum ſuperioris, aut iuſtam requiſitionem partis.

Qui captum, ſi inuenit manifeſto eſſe clericum, vel in habitu clericali, ſtatim non reſtituit ſuo Iudici, eſt excommunicatus.

Idem de vno clerico coniugato cum vna, & virgine, ſi id conſtat, & quod habitum, & tonſuram geſtauerit.

Qui infra tempus debitum non reſtituit ſuo Iudici clericum, ex eo quod vi abſtulit ab eo proceſſum.

Qui ſine neceſſitate in feſto facit teſtem 25
iurare, vel exercet actum iuriſdictionis; contra, ſi eſſet puræ executionis.

De pretio, quod accipitur; pro cera, & labore, ſtandum eſt legi, & conſuetudini.

Qui fingit, vt eat, vel mittat ad accipiendum teſtimonium fœminarum; & eſt excommunicatus.

Qui ex officio procedit ſine petitione partis, aut ſine accuſatore, niſi in caſibus permiſſis, & ad cohibenda mala futura.

Qui, cum poteſt, nō viſitat, & non quęrit delinquentes, nec expurgat. 26

Qui in generali viſitatione interrogat aliquem ſpeciatim, an ille, vel ille hoc fecerit.

Qui generaliter edicit, vel ſpecialiter adiurat, vt dicat quidquid ſciat, ſiue occultum, ſiue publicum, ſolum debet quærere de notorio, & famoſo.

Qui inquirit contra aliquem particulariter,

lariter, aut quærit de ſocijs, vel ſuadet hæc.

## *De peccatis Aduocati, & Procuratoris.*

28 ADuocatus, qui non idoneus patrocinatur, peccat.

Defendens ſcienter cauſam iniuſtam; &, ſi damnificat aliquem, tenetur ad reſtitutionem.

Immo & ſuo clienti in expenſis, ſi id non admonuit.

Item, ſi eſt dubius, ſed potius putat eſſe cauſam iniuſtam, tenetur reſtituere.

Item, ſi à principio putat iuſtam, deinde noſcit cauſam iniuſtam, ſtatim vt nouit, debet deſiſtere, & admonere clientē; non tamen debet id manifeſtare aduerſario; ſed potius debet inducere ad concordiam honeſtam.

Si lis eſt dubia ob varietates opinionũ, poteſt cauſam proſequi, ſi id voluerit ſua pars admonita.

29 Si ob notabilem negligentiam, vel ignorantiã perdit iuſtam cauſam; peccat, & tenetur parti, ſi pars ignorauit eius ignorantiam: ſi ſciebat, ſecus; niſi de dolo, & lata culpa tenetur.

Qui petit, vel dat ſupfluat dilationes, vel ſubornat teſtes ad falſum, vel ne verũ dicant, vel præſentat inſtrumentum falſum,

ſum, vel allegat iura falſa, peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Aduocatus poteſt prudenter tacere, & occultare ius impediens ſuæ parti, & ſimulare ſuum aduerſarium falli, ſine mendacio.

Indicans ſecreta magni momenti ſuæ partis aduerſario, peccat, & ad reſtitutionem.

Qui non ſubuenit pauperi in extrema neceſſitate ſui auxilij.

Qui exigit ſtipendium de eo, pro quo 30
non debetur, vel notabiliter maius debito, peccat. Stipendium debet moderari pro qualitate cauſæ, laboris, ſcientiæ, conſuetudinis; vel ſi cõueniãt ſine vi, & ſcandalo in principio, vel in medio litis, & hoc in foro conſcientiæ: immo, & dando aliquid præter ſtipendium ſi vicerit.

Qui ſecreto vel publice fauet parti aduerſæ, peccat.

Qui paciſcitur de quota parte litis, verbi gratia, de tertia, peccat.

Item, ſi paciſcitur, vt quòd victa lite tantum ſibi ſoluatur, peccat.

## *De peccatis Accuſatoris.*

Accuſans falſo, peccat, cum reſtitu- 31
tione intereſſe; vel ſi ignoranter, vbi nouit, ſi non deſiſtit; vel ſi poſt definitam ſententiam nouit eſſe eam iniuſtam, & non reſtituit.

Accu-

Accuſans vere, ſed animo malo mortali, peccat mortaliter, ſed non ad reſtitutionem.

Qui citata parte, non renunciata lite, procurat eam ſuſpendi, nolente aduerſario.

32 Qui paciſcitur, aut tranſigit in cauſa criminali adulterij, vel alterius criminis ſine ſanguine cum damno proximi, vel Reipublicæ, peccat mortaliter, etſi adeſt periurium, vel mendaciũ pernicioſum, ſemper eſt mortale.

Si aliquid accepit ob diſceſſionem à lite iniuſta, peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Qui in cauſa iuſta vtitur falſis inſtrumentis & teſtimonijs, peccat, non ad reſtitutionem.

Qui non accuſat peccantem cum magno damno ſpirituali, vel temporali Reipublicæ, ſi aliter impedire non poteſt, peccat.

Qui iurat, aut promittit ſe non accuſaturum de peccato nondum patrato: ſecus, de patrato.

## *De peccatis Denunciatorijs.*

33 QVi denunciat quando non debet, notabiliter nocendo, peccat; vel quando debet, intentione mortali.

Qui etiam ſi ſub ſecreto & iuratus ſciat, non denunciat tractatum criminis commit-

committendi in damnum ſpirituale, vel temporale reipublicæ, vel priuati, vt proditionis, hæreſis, &c.

Qui, ſi probare poteſt, ideſt, ſi habet vnum teſtem, (quia ipſe tunc erit ſecūdus teſtis, ) non denuntiat crimina pernicioſa ſoli auctori, à quibus per correctionem non reſipiſcit.

## *De peccatis Cuſtodis.*

PRæfectus cuſtodiæ, iurans ſe accuſaturum, quos inuenit poſt ſonum campanæ, & non accuſat, peccat, non ad reſtitutionem pœnæ; vel doni dati, ne accuſet. 34
Verum ſi inuentus damnificauit, & hunc non indicat damnificato, peccat, & ad reſtitutionem.

Cuſtodes permittentes exportare, vel importare merces prohibitas, peccant, & ſunt periuri; ſed non ad reſtituendum pœnas, vel bona, quæ amitterentur; quia ſunt pœnæ: ſed tenentur ad reſtituenda vectigalia, quę illi non ſoluunt; hoc enim non eſt pœna, ſed intereſſe.

## *De peccatis Rei.*

REus defendens ſcienter cauſam iniuſtam cum damno notabili aduerſarij, peccat mortaliter. 35

Reus iuridice interrogatus, etiam ad mortem,

mortem, ſi non reſpondet vero, peccat mortaliter.

36 Tunc dicitur iuridice, quando delictũ eſt notorium, aut ſemiplene probatum, ideſt, per vnum teſtem oculatum, omni exceptione maiorem, vel per indicium æquipollens; & hæc ſemiprobatio ſit in proceſſu, & reo conſtet.

Confeſſarius nõ poteſt abſoluere reum nolentem fateri iudici competenti.

38 Reus, qui, iuridice interrogatus, nõ eſt confeſſus, & tamen eſt damnatus, non tenetur illud iudici aperire; niſi timeatur notabile damnum: ſat eſt confiteri confeſſario.

39 Sciens ſe iuſte condemnatum, verbi gratia ad ſoluendum, ſi ad differendam executionem appellat, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

## *De peccatis Teſtium.*

40 TEſtis etiam non iuratus ſciens, aut dubitans, ſi falſum affirmat, aut verum tacet cum damno notabili tertij, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

Si mediocriter præcogitauit, ne erret teſtificando, non peccat mortaliter: ſed, vbi nouerit ſe erraſſe, debet dictum reuocare, ſi reuocatio ſit profutura.

Timor iuſtus, licèt poſſet excuſare à non teſtificando; non tamen ad teſtificandum falſum.

Qui

Qui teſtificatur verum, credens eſſe fal 41
ſum, peccat, non ad reſtitutionem.

Qui iurat ſe non teſtificaturum in caſu, in quo tenetur, peccat.

In caſu, in quo tenetur, & ſcit eſſe neceſſarium ad ſeruandam iuſtitiam, qui ſe excuſat à teſtificando, mentiendo partem aduerſam eſſe ſibi inimicam, peccat ad reſtitutionem. Idem de latente, aut abſentante ſe.

Qui ſcit eſſe neceſſe ad impediendum aliquod damnum notabile publicum, vel priuatum, & non ſe offert in teſtem, etiãſi promiſerit, vel iurauerit ſe ſeruaturum ſecretum, peccat.

Qui detegit alienum peccatum ſecre- 42
tum non neceſſario cognoſcendum ad impedienda damna, etiam interrogatus particulariter de eo, peccat.

Aduocati, Medici, Confeſſarij, qui teſtificantur ſecreta illis ſecreto communicata, niſi aliunde ea nouerint, vel ſecreta in aliorum damnum redundarent, peccant. Et, ſi eſſet in damnum non reuelare, tantum eſt detegendum, quod eſt neceſſarium ſcitu.

Non tenetur quis teſtificari, quãdo maius damnum detecti, v. g. famæ timetur, quàm damnificati, v. g. bonorum.

In caſu, quo quis non debet, poteſt reſpondere. Iudici ſe non teneri; ſi timet iram Iudicis, dicat ſe nihil ſcire, ſubintelligendo, quod dicere teneatur.

Sciens

44 Sciens aliquem in extrema neceſſitate ſui teſtimonij, ſi non ſe offert, peccat, ſed non ad reſtitutionem, quia contra charitatem; ſi vero alter ſolum eſt in magna neceſſitate; non tenetur; niſi vt de boue errante dicitur.

Iuſſus non teſtificans, tenetur ad reſtitutionem; niſi timor periculi excuſet.

45 Qui accipit mercedem, vt verum teſtetur, peccat cum reſtitutione danti: poteſt tamen accipere impenſas itineris, mercedem operariam dierum, lucrum ceſſans, damnum emergens.

Qui accipit, vt falſum teſtetur, peccat, non ad reſtitutionem; niſi ex conſilio, pauperibus: ſed tamen tenetur ad damna cōſecuta.

46 Qui abſque cauſa non paret iudici pręcipienti, vt denunciet talia crimina, vel dicta, peccat: &, ſi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, eſt excommunicatus; & tenetur ad reſtitutionem damni. Quæ autem excuſant, ſunt multa; vt ſi peccatum eſt occultum, & ille emendatus: ſi ſola fraterna correctione eſt emendabilis; defectus probationis peccati denunciandi; ſi à talibus audiuit, vt ob id moueri non debeat; ſi is, à quo audiuit, denunciauit; ſi qui tenet illud, in compenſationem tenet; ſi per confeſſionem, vel per ſecretam conſultationem pro conſilio nouit.

Qui non denunciauit delicta intra tem-

pus

pus edicti, tenetur quamprimum commodè poteſt.

Qui ſe offert in teſtem, cum non debet; & qui ſe non offert, cum tenetur, peccat; vt ſi grauia mala imminent. 47

Aſcendentes contra deſcendentes, & e conuerſo; vxor in virum, & contra; libertus contra patronum, & econtra, non debent teſtificari.

Pro operibus miſericordiæ nemo tenetur ſe offerre ſed iuſſus tenetur, ſi non ſit priuilegiatus. 48

Priuilegiati, vt maritus in defectum aliorum, poſſunt cogi ad teſtificandum. 49

Qui probabiliter timet ſibi aliquod magnum damnum ſpirituale, vel temporale, vel ſcandalum, excuſatur. 50

Vt cogantur priuilegiati, ſatis eſt, vt pars iuret non adfuiſſe alios, licet priuilegium poſſet excuſare.

Qui falſum iurat, vt reus liberetur à confiſcatione bonorum, non tenetur ad reſtituendum fiſco. 51

## *De peccatis Notariorum.*

Notarius, qui non ſeruat quæ in principio ſe iurauit ſeruaturum, peccat. 52
1. non conficere inſtrumẽtum tacendo veritatem, vel miſcendo falſitatem. 2. non reuelare ſecreta ſibi commiſſa ſine iuſta cauſa. 3. ſcienter non conficere inſtrumentum de contractu vſurario, vel illicito. 4. re-

tinere regiſtrum inſtrumentorum. 5. eſſe fidelem ei, à quo creatur Notarius, admonendo, quæ ſciuerit vergi in eius damnũ. 6. non abuti ſuo officio, amore, odio, ſpe, vel timore .

53 Qui falſum inſtrumentum facit, vel verum neceſſarium occultat, aut delet, aut per malitiam, vel per notabilem ignorantiam malè conficit, vnde quis aliquid perdit, & qui ſolennitates neceſſarias lata culpa omittit, vt ſuum nomen, ſignum, teſtes, diem, menſem, & annum .

Qui rogatus non dat inſtrumentum, ne alicui diſpliceat .

Qui non informat renunciantem, quale eſt ius, quod ignorans renunciat, peccat .

Qui abſque neceſſitate, die feſto inſtrumentum conficit ob auaritiam .

Qui non valentibus iura ſoluere, non vult ſcribere, vel dare inſtrumenta, licet

54 non teneatur gratis dare . Qui excipit, aut in publicam formam ſcribit ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, aut ſolutæ non repetãtur, vel contra libertatẽ Eccleſiæ, peccat, & eſt excommunicatus .

Qui conficit teſtamentum carentis vſu rationis, peccat, ad reſtitutionẽ ſucceſſuro ab inteſtato .

Qui accipit ſtipendiũ notabiliter maius debito, etiam ſi accipiat ſponte datum, quando eſt illi publicum conſtitutum .

Qui

Qui pro litteris ordinatorum aliquid accipit: ſi tamen nil de publico ei datur, poteſt pro labore aliquid accipere, conſiderata qualitate perſonæ, non ordinis.

## *De peccatis Magiſtrorum.*

QVi indignus accipit lauream Qui legit ſacram Scripturam in peccato mortali notorio. Qui admittit excommunicatos cum participantibus, expreſſo doctore: item, ſi ius habet, & non eijcit male viuentes. Admittens clericum ad leges, & medicinam, &c. excommunicatur: admittens ſine licentia religioſum in habitu, vel cum licentia ſine habitu, & eſt excommunicatus. Qui ſtatuta à ſe iurata non ſeruat, excommunicatur. Ad lauream indignum approbans, vel dignum reprobans, vel impediens, cum reſtitutione.

55 56 57

Qui ſciens docet falſa, cum damno notabili. Qui ſubtilia docet, cum damno notabili.

Qui docet animo mortali. Qui auertit aliorum auditores cum damno notabili, peccat, & tenetur ad reſtitutionem. Qui procurat, vt indignus eligatur; vel ſi tenetur iuramento, vel mandato eligere digniorem, & eligit notabiliter minus dignum. Qui facit ſeruari feſtum non ſeruandum, cum damno notabili au-

ditoris non conſentientis. Qui prælegit diebus feſtis, eo, & tanto tempore, vt probabiliter putet auditores ob id omiſſuros
58 Miſſam, peccat. Stipendiarius, ſi aliquid accipit ab auditoribus. Qui ſuſcipit beneficium cum pacto docendi in ſcholis; & eſt ſimoniacus: ſcholaſticos crudeliter caſtigãs, &, ſi clericos, eſt excõicatus. Contemnens aliquem cum damno notabili; peccat mortaliter. Docentes, & diſcentes Theologiam, & Canones in ſcholis publicis, gaudent quinquennali perceptione fructuum in abſentia.

## *De peccatis Scolaſticorum.*

59 STudens ob mortale, vel ſine iuſta cauſa non obſeruans ſtatuta obligantia ad mortale. Qui ſuffragatur indigno, vel ſi iurauit ſuffragari digniori, & eligit minus dignum. Qui diſcit vetita. Qui alienis impenſis, vt Eccleſiæ notabiliter negligenter diſcit: ſi malè impendit bona paterna, tenetur dare partem fratribus. Aliquando qui altereantur contra veritatem cognitam. Qui potens non ſoluit ſtipendium præceptori. Qui dicit ſe habere gradum, quem non habet, peccat mortaliter.

*De*

## *De peccatis Medici, & Chirurgi.*

QVi medetur ignorans, vel ſciens, 60
ſed non ſecundum præcepta, vel non ſtudet notabiliter, vel non viſitat, licet ægrotus ſanetur, & tenetur ad reſtitutionem.

Qui adhibet medicamenta, antequam morbum cognoſcat.

Ignorans medicinam, qui per longam experientiam didicit, aliquos morbos poteſt curare ſine faſcino; ſi vero ſuperueniat febris, conſulat peritũ medicum.

Dubitans, an notabiliter quid noceat, & adhibet, peccat; vel ſi indulget in nociuis, peccat.

Qui derelinquit ægrotum, antequam 61
debeat, & morbus prolongatur, vel ille moritur, peccat, ad reſtituendum.

Qui dubitans de neceſſitate abſcindendi membrum, illud abſcindit; vel ſi eſt neceſſe, & non quærit idoneum Chirurgum; vel qui ſcindit, vel ſanguinem minuit neſciens.

Qui vtitur medicamentis corruptis pharmacopolæ.

Qui differt morbum, vt plus lucretur.

Qui in morbo periculoſo, antequam applicet medicinam, non ſuadet infirmo confeſſionem, vel non admonet parochum illius.

Si infirmus non vult confiteri, non eſt relinquendus.

62 Qui ob ſalutem corporis conſilium dat contra ſalutem animæ, immo, ſi diceret, Non do conſilium, ſed ſi hoc faceres, ſanareris, peccat mortaliter.

Qui putat fętum animatum, & dat aliquid ad abortum, , etiam ob ſalutem matris: ſecus, ſi putat non eſſe animatū anima rationali, & dat ob vitam matris.

Qui ſine iuiſta cauſa debilibus concedit non ieiunare, aut veſci carnibus illicitis.

Qui affirmat ieiunia præcepta deſtruere corpora.

Qui infirmo morituro, credit ſuam admonitionem eſſe multum profuturam animæ, vel ad teſtandum, & nõ admonet per ſe, vel per alium.

63 Qui habens publicum ſtipendium cum pacto nihil accipiendi etiam datum, & accipit, vel ſi nõ habet à publico, & accipit nimium notabiliter, peccat, & ad reſtitutionem; niſi aliunde compenſet.

Si aliunde habet, & exigit ſtipendium ob metum mortis promiſſum.

94 Si facit, vt emat plura, quam opus eſt, medicamenta, ob aliquam cauſam iniuſtā, peccat ad reſtitutionem.

Qui non vult mederi pauperi ægroto, morituro ſine alio adiuuante.

Qui in magna neceſſitate non vult mederi diuiti nolenti ſoluere, peccat: licèt

poſſit

poſſit exigere ſuum ſtipendium.

Qui detrahit alijs medicis idoneis.

## *De peccatis Executoris teſtamenti, Tutoris, Curatoris, Hoſpitalarij.*

Executor, cum ſint bona, ſi non ſoluit debita, peccat. Inter debita ſunt vota realia defuncti, & legata præſertim pia. 65

Qui ſi bona non ſufficiant, prius ſoluit legata, mox debita, peccat.

Vidua vſufructuaria relicta à marito, dum caſte viuat, ſi ſtuprum commiſit, & vtitur fructibus, peccat, ad reſtitutioné; ſecus, ſi fuit relicta dum non nubet: idem de viro relicto.

Qui ſoluit, ſed poſt moram notabilem.

Tutor non conſeruans, vel non defendens bona minoris, ſi ſine neceſſitate & vtilitate alienat, ſi ſua culpa ius perdat, ſi non vendit inutilia, & emit vtilia ſi poteſt, peccat, ad reſtitutionem. 66

Qui negligit notabiliter imbuere puerum bonis moribus, peccat.

Si fecit vſuras pro pupillo, peccat; & tenetur ad reſtitutionem, poteſt tamen accipere de bonis pupilli ad hoc.

Mulier adminiſtrans tutelam poſt ſecundas nuptias, vel poſt ſtuprum commiſſum. 67

Hoſpitalarius nõ cõſumés redditus in

fines præfixos. Qui ſinit perdi, vel nimis tarde recuperat bona alienata, vel ob ſuam negligentiam corruunt ædificia hoſpitalis, peccat ad reſtitutionem.

Hoſpitalarij debent complere onera hoſpitalis, aut conuertere in alios pios vſus, vt viſum fuerit ordinario cum duobus de Capitulo.

Debent reſtituere fructus nulla eis remiſſione profutura.

Nec committenda adminiſtratio huius vltra triennium.

## *De peccatis Clericorum, quo ad ordines.*

68 PEccat, qui facit ſe ordinare contra canones Concilij Tridentini, vt ſi in prima tonſura ſine confirmatione: ſi neſciat doctrinam Chriſtianam, legere, & ſcribere, ſi ſine animo ſeruiendi Deo in hoc genere vitæ. Pro ordinibus minoribus adeat cum approbatione parochi, & magiſtri. Pro ſingulis maioribus, ante menſem adeat Epiſcopum.

Capitulum Sede vacante non det licentiam ordinandi infra annum, niſi beneficium premat, ſub pœna interdicti Capitulo, & ſuſpenſionis ordinato in maioribus, & in minoribus non gaudendi priuilegio clericali.

Ordinandi quare iuſte non ordinentur à proprio, in dimiſſorijs exprimatur,

& or-

& ordinentur ab Epiſcopo in ſua diœceſi, vel ab exercente Pontificalia pro eo, præuio examine, & teſtimonio ordinarij de moribus.

Si Epiſcopus aliud non iudicauerit, ordines minores dentur per interſtitia temporum, & ab vltimo poſt annum ad ſubdiaconatum, niſi neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ aliud exigat.

Subdiaconatus ante 22. Diaconatus ante 23. Presbyteratus ante 25. non conferendus: & præuio examine etiam regularibus; non obſtante bulla Pij V. reuocata enim eſt.

Item non promoueantur ad maiores, niſi conſtaret de bona probatione in minoribus per annum. Item decet eos in dominicis diebus, & ſolennibus cõicare.

Duo ſacri ordines eodem die non conferantur, etiam religioſo.

Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus diſpenſare poteſt ex cauſa.

Ordinandus adſcribatur Eccleſiæ, in cuius vtilitatem eſt ordinatus: &, ſi ab ea diſcedat neſcio Epiſcopo, interdicatur ei vſus ordinum.

Peregrinus clericus, ſine commendatitijs ordinarij, non admittatur ad officia diuina.

Qui ſine ordinibus ſunt, non exerceãt eorũ officia: ſtipendia aſſignentur, ſi fieri poteſt, exercentibus minores ordines.

Non detur quid pro Miſſis nouis celebrandis. Exigere illiberales eleemoſynas prohibeatur.

Vagus, & ignotus non celebret. Itẽ, publice, & notorie crimiñoſus non permittatur ſacris intereſſe.

Non celebretur à quopiã extra Eccleſiam, vel oratoria ad hoc dedicata, &c.

## *Qui peccent in his.*

QVi ſuſcipit ordinem, etiam minorem, per ſimoniam commiſſam ante ordinationem, propriam realem, cauſa ordinationis, peccat mortaliter; & eſt excõmunicatus.

69 Qui ſcienter ab excommunicato Epiſcopo denunciato ordinatur, peccat.

Si exercet illum ordinem ante diſpenſationem Papæ, peccat.

Illegitimus, ſine diſpenſatione ſi ordinatur, peccat, & fit irregularis.

Ad minores, Epiſcopus diſpenſat; ad ſacros, ſolus Papa.

Cum intrante religionem ius commune ad ordines diſpenſat.

Nihil refert ad peccatum irregularitatis, ſi res ſit ſecreta, vel publica; non ſic, ad diſpenſationem.

70 Qui ordinatur extra tempora ſtatuta, vel ante legitimam ætatem, vel ſine dimiſſorijs, peccat, & eſt ipſo iũre ſuſpenſus: ſi vtitur ordine, fit irregularis, ĩ qua irregu-

laritate

laritate ſolus Papa diſpenſat; ſed intelligitur de ſacro ordine.

Qui furtim contra prohibitionem ordinantis ordinatur, ſi eſt pœna excommunicationis latæ ſententiæ, fit excommunicatus, & irregularis; quod ſoli Papæ reſeruatur.

Qui per ſaltum, ideſt, omiſſo minori, ordinatur, & eſt ſuſpenſus; &, antequam miniſtret, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſuſcepto ordine omiſſo.

Qui ordinatur omiſſo aliquo neceſſario ſub præcepto, peccat; &, ſi, eo non ſupple to, vtitur ordine, peccat; non tamen fit irregularis.

Qui eadem die duos ordines ſuſcipit, peccat, & fit ſuſpenſus à poſteriori, à ſolo Papa diſpenſandus: non tamen intelligitur de ordinibus minoribus, ſed tantum de alijs, vel de minoribus, & vno ſacro; niſi conſuetudo prænaleat.

Epiſcopus diſpenſat in interſtitijs, & in eodem die in minoribus.

Qui notabiliter deformis ordinatur,
peccat: ſed, ſi poſtea celebret, non fit ir- 72
regularis.

Qui ſemel obſeſſus fuit à dæmone, vel morbo caduco cecidit, & ordinatur, peccat.

Item, qui prius ordinatus, deinde ſæpe hoc morbo eſt correptus, & celebrat, peccat.

Qui alienatur mente directe, & im-

mediate per inordinationem organi ſenſuum, eſt inhabilis; non qui indirectè, & mediate.

Excommunicatus ſumens ordines etiam minores, peccat: ſi excommunicatio eſt maior, fit irregularis; cum quo ſolus Papa diſpenſat.

Si in peccato mortali ordines ſuſcipit, aut aliquod ſacramentum miniſtrat.

Item, ſi ex officio, vt miniſter, aliquod ſacrum tangit, vel facit, in peccato mortali, peccat mortaliter. nō tamē, ſi ea facit, quæ & laicus non ordinatus poſſet.

73 Notatus aliquo peccato notorio digno depoſitione, ſi ſuſcipit ordinem, etiā poſt actam pœnitentiam, peccat.

Notorium nō dicitur ſimpliciter, quod eſt famoſum, vel probabile teſtibus; ſed quod eſt confeſſum à parte in iudicio, vel ſuper quo eſt lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam: vel eſt ita manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit; vt, qui in publico habet ita concubinam, vt maritus vxorem, & alit filios: vel illud, quod ſcitur à maiori parte populi, vicinorum, vel congregationis, in qua ſaltem ſint decem.

74 Et Epiſcopus, qui poteſt diſpenſare, dum eum ordinat, hac intentione non cenſetur diſpenſare, ſaltem in foro exteriori: quia ſine cauſa non poteſt diſpenſare in ius commune; licèt ſine cauſa poſſit in ſuam conſtitutionem.

Inter-

Interdictus ingreſſu Eccleſiæ ſi intereſt 75
diuinis officijs in Eccleſia, peccat mortaliter; non alio tempore: &, ſi in ea celebret, fit irregularis; ſi vero extra celebret, non peccat, nec fit irregularis.

Qui baptizat ſciens baptizatum, peccat, & fit irregularis.

In baptiſmo ſi extra mortis periculum vngit chriſmate veteri, peccat.

Qui aduertens celebrat ſumpto cibo vel potu à media nocte, etiam per modũ medicinæ, peccat; ſecus ſi aduertit inchoata Miſſa, & ſine ſcandalo non poteſt relinquere. Idem aliqui dicunt de ſuſpenſo, excommunicato, vel irregulari; nec ob id incurrit nouam irregularitatem.

Qui, aduertens ſe in mortali, celebrat: 76
ſecus, ſi in Miſſa aduertit; nec debet relinquere, etiam ſi ſine ſcandalo poſſit: confiteatur ante ſecretam, ſi poteſt; ſi ſine ſcandalo non poteſt ſaltem conteratur.

Notorius cõcubinarius, vel fornicarius ante pœnitentiam ſi celebrat, peccat; & fit irregularis Papæ. non loquitur de infamato ſimpliciter.

Quilibet notorius quocumque ordine 77
ordinatus, & ſuſpenſus, exercens actum ſui ordinis ante actam pœnitentiam, fit irregularis, & eſt ſolius Papę. Si vero ſine diſpẽſatione poſt actam pœnitentiã celebrat, vel actũ ordinis exercet, licèt peccet, tamẽ nõ incurrit nouam irregularitatẽ; ſed remanet in antiqua inducta à pec-

cato notorio, in qua poteſt Epiſcopus diſpenſare.

78 Qui ſine iuſta cauſa audiendi ſacrum, ſunt cauſa, cur publicus concubinarius celebret, & non ignorant ius hoc prohibens, peccat audiendo Miſſam concubinarij; aliter, non peccant: nec ſunt docendi tale ius ignorantes.

79 Miſſa boni ſacerdotis melior eſt ꝑpter preces, & effectum operis operantis.

81 Qui ſacrificat extra locum ſacrum, peccat: nec Epiſcopus poſt Concilium Tridẽtinum poteſt hoc concedere.

82 In neceſſitate, vt in proceſſionibus, vel prima Miſſa, quando templum non eſt capax, poteſt celebrari extra Eccleſiam ſine licentia Epiſcopi, non autem in mari, vel flumine.

83 Qui celebrat in Eccleſia interdicta, peccat; & eſt irregularis. Item, qui in polluta ſanguine, vel ſemine, peccat; ſed non eſt irregularis. Item, qui ſciẽter, vel per ignorãtiam craſſam celebrat in ara enormiter fracta, aut non conſecrata, vel quæ nõ capit Hoſtiam, & Calicem, peccat.

Qui celebrat ante recitatas horas matutinas, niſi ſit neceſſitas repentina, ad euitandum graue damnũ, vel ſcandalũ, peccat: non ſic de prima, niſi eſſet cõſuetudo, vel lex; & tunc intelligeretur in Choro.

84 Qui ſine omnibus veſtibus ſacris, vel corporalibus, aut libro continente, Te igitur, &c. vſque ad communionem, cele-

brat.

brat, peccat: niſi ad euitandam mortem: tamen, ſi celebrat, peccat; ſed non fit irregularis.

Sacerdos poteſt vti loco cinguli ſtola longa, & loco ſtolæ manipulo longo; non autem cingulo non benedicto; contra Richard. & Scotum.

Benedicere has veſtes poteſt Epiſcopus; & ex priuilegio aliqui regulares pro ſuo ordine, non pro alijs.

Celebrans ſine aqua, vel ſine lumine, 85 vel in pane fermentato, peccat: ſi in pane penitus corrupto vel in tali pane, & vino, vt non ſit ſubſtantia vini, vel panis; peccat, & conſecratio eſt nulla. Item, qui in vino ſine aqua. Item, qui ante lucem celebrat, excepto Epiſcopo, vel longá conſuetudine. Item poſt meridiem poteſt celebrari de iure communi, ideſt, vſque ad nonam.

Qui non poteſt finire Miſſam inceptã, 86 relinquat; ſi non eſt facta conſecratio; vt ſi ſuperueniat excommunicatus, qui nolit abeſſe, vel ſi morbo corripiatur: ſi eſt facta cõſecratio, conficiatur ab alio ſacerdote ieiuno, incipiẽdo ab eo loco, vbi reliquit; vel à nõ ieiuno, ſi deeſt ieiunus: & præſens presbyter etiam non ieiunus tenetur perficere: & ſaltem conteratur, ſi non poteſt confiteri, ad euitandum ſcãdalum inde oriendum.

Qui pluries quã ſemel in die celebrat, 87 niſi in Natiuitate; & tunc ante lucem non

poteſt

poteſt dici niſi vna Miſſa; vel niſi ſuperueniat notabilis perſona, vel Epiſcopus, etiam in ferijs; & peregrini in feſtis; vel aliquis ſepeliendus cum conſuetudine Miſſæ; vel ægrotus neceſſario communicandus; vel ſi præeſt duabus Eccleſijs indigentibus miſſis, & eſt ſolus; vel ſunt nuptiæ benedicendæ; vel ob aliquam cauſam ad iudicium boni viri iuſtam; ſed in omnibus iſtis caſibus ſacerdos debet eſſe ieiunus etiam à purificatione, & non ſit alius, qui poſſit, & velit dicere Miſſam; & bis tantum poteſt dicere, excepta Natiuitate.

88 Omnibus diebus licet celebrare, exceptis ſexta feria, & ſabbato hebdomadæ Sanctæ: nam, quæ ſolet celebrari in illo ſabbato, eſt Miſſa ſequentis noctis.

Quilibet presbyter, qui ſaltem ter, vel quater in anno, feſtis ſolennibus non celebrat; ſi pluries ab Epiſcopo non fuerit præceptum, peccat mortaliter.

89 Is, cuius negligentia ſanguis eſt fuſus in terram, vel altare, peccat mortaliter; & tunc, ſi in terram, lingua lābatur, & tabula vel locus radatur, & comburatur, & cinis ponatur in ſacrario propè altare: ſi ſuper altare, ſorbeat miniſter; ſi ſuper linteum lauetur ter à miniſtro, & aqua ablutionis ponatur ſub altari.

90 Qui ſumpta ablutione reliquias ſacramenti, vel minimas à patena, vel calice ſumit, peccat mortaliter, ſi ex interuallo id fa-

id faciat; ſecus, ſi incontinenti: remanentes vero ſunt conſeruandæ in craſtinum, vel dandæ communicando.

Si ſumpto ſanguine particula hoſtiæ in ore remanſit, ſumatur ablutio multoties, donec vltimo deglutiatur, potius quam digito tangatur.

Si ſumpto ſanguine particula in calice remanſit, digito deducat eam ad labrum calicis, & ſumat; vel (quod videtur decẽtius) infuſo vino ſumat.

Qui ſumpta hoſtia aduertit non eſſe ſanguinem in calice, denuo ponat, & conſecret incipiendo. Simili modo, vſque ad illud. Vnde, & memores, alijs prætermiſſis; & in hoc caſu, ſi presbyter ignorat præceptum celebrandi ſub vtraque ſpecie, vel caſu perturbatus non conſecrat vinum, non peccat mortaliter.

Accipiens multas hoſtias conſecrãdas, & memor tantum illius, quam in manibus habet, verba profert, omnes conſecrat, ob virtualem intentionem.

Qui accipit pecuniam pro dicẽdis Miſſis; & dando eas alijs pro dicendis, aliquid ſibi retinet de pithãtijs, peccat mortaliter; niſi faciat ex officio, vel niſi pecunia ſit pluſquam ad ſalaria ordinaria, cũ voluntate tacita dantis pro opera ſua.

Qui obligatus ad Miſſam pro aliquo nõ applicat totã Miſſam pro eo quã tenẽt applicare, peccat mortaliter; licet valorẽ ſibi debitũ poſſit applicare cui voluerit. 92

Excom-

93 Excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus ſuſpenſione maiori, exercens aliquem actum particularem, ſeu ſpecialem ſui ordinis, peccat; & eſt irregularis, ad ſolum Papam reſeruatus.

94 Celebrans Miſſam, vel alia diuina officia in loco non interdicto, ſed coram perſonis interdictis, peccat; & eſt ſuſpenſus ab Ingreſſu Eccleſiæ: &, ſi cum hac ſuſpẽſione celebrat, fit irregularis; niſi ſit exemptus.

95 Qui non obſeruat interdicta generalia, vel particularia.

Qui excommunicatum, vel nominatim interdictum, vel manifeſtum vſurarium ſepelit; & eſt excommunicatus.

96 Qui ſine facultate abſoluit à caſibus, & cenſuris reſeruatis, excepto mortis articulo, ſcienter, vel per ignorantiam craſſam, peccat; ſed non incurrit cenſuram. Verum, ſi ſine ſcãdalo commode poteſt, debet admonere ſic abſolutum.

Qui ſine facultate vota commutat, vel diſpenſat in eis.

97 Clericus ſacer, beneficiarius, monach[9], vel monacha ad chorum deputatus, ſi omittit, vel vult omittere infra totum diem horas canonicas, vel partem earum notabilem, aut notabiliter male recitat, ſine propoſito iterum recitandi, ſine iuſta cauſa, & neceſſaria attentione, peccat mortaliter, toties quoties.

Quando dubitatur de occupationibus,

melius

melius eſt anticipare, quam poſtponere horas; vt Veſpere præcedenti, Matutinũ; mane, vſque ad Nonam, incluſiue; poſt meridiem, reliquas.

Anticipans, vt voluptuoſius dormiat, peccat venialiter. Pars non notabilis eſt pars verſus.

Qui recitant, (& cum eis recitantes) 98
ſyllabas contrahendo, dictiones deglutiẽdo, antequam ſocius finiat incipiendo, peccant mortaliter. niſi ſit propoſitum iterum recitandi.

Qui per inaduertentiam omittit ali- 99
quam horam, vel partem notabilem, non peccat. ſatis eſt, vt ſuppleat: ſic, qui perturbat ordinem poſtponendo. & anteponendo, non peccat; nec tenetur repetere.

Infirmus, cui notabiliter nocet recita- 100
tio officij, etiam cum ſocio, ſi non recitat, non peccat.

Febris interpellata, vt quartana; vel leuis, ita vt de negotijs grauibus colloqui poſſit, non excuſat.

Infirmus excuſatus non tenetur audire horas alio recitãte, nec ob eas mẽte Deũ precari, nec poſtea ſanus repetere.

Occupatio repentina, quæ ſint ſcandalo, vel peccato omitti non poteſt, excuſat ab officio.

Defectus breuiarij excuſat; &, licèt ſua culpa illud non habeat, non tamen peccat non recitando; quia impoſſibile.

Diſpenſatio Papæ excuſat; non autem excom-

excommunicatio, etiam denunciata, vel tenuitas beneficij.

103 Vt quis non teneatur ad officium ratio ne beneficij, eius nullos fructus, neque diſtributiones quotidianas per ſe, vel per alium capiat, neque capere poſſit ſi vel-
104 let, nec in poſterum capturus ſit ob illud tempus, neque conſenſerit in penſiones omnium fructuum, renunciato beneficio in ſuum fauorem.

105 Defectus neceſſariæ attentionis eſt mortalis: & ſatis eſt in principio propoſitum
106 ſaltem virtuale attendendi; vt petendo breuiarium animo ſatisfaciendi obligationi, vel ob id eundo ad Eccleſiam; ſi non interrumpatur per propoſitum actuale, vel virtuale non attendendi: nam, qui, dicendo verba alia pro alijs confuſe, & irreuerenter, aduertit ſe vagari cogitando res alienas à ſua precatione, & non nititur animum reuocare ſaltem ad atten-
107 dendum verbis; vel qui deliberate ſe occupat in rebus incompatibilibus, vel ſcribit, vel legit aliena à recitatis, deliberate ſine propoſito repetendi, peccat mortaliter; niſi neceſſitas, vel vrbanitas reſpondendi, vel ſe ſubſcribendi, vel quid aliud cum animo repetendi, vel inaduertentia, vel paucitas rei excuſet.

Licet recitare matutinum ſequentis diei ante ſolis occaſum.

Recitans breuiarium trium lectionum non ſatisfacit.

Reci-

Recitans per breuiarium cuiuſcumque
diœceſis non ſatisfacit ; niſi ſit ordinatus
ad ſolum titulum patrimonij , & benefi-
cio careat .

Clerici in minoribus ſi non ſint benefi- 108
ciarij, monachi,vel penſionarij, iure com-
muni nihil recitare tenentur; niſi promiſe
rint,vel conſenſerint ordinatori præcipiē-
ti aliquid dicere .

Penſionarij tenentur ad Officiū paruū
B. Mariæ quotidie recitandum .

Licèt inſigniri prima tonſura , vel qua-
tuor minoribus, ſine intentione aſcendē-
di vlterius .

Illegitimus cum diſpenſatione Epiſco-
pi poteſt promoueri ad minores , & ad
ſimplex beneficium, non vltra .

Qui in ſacris contrahit matrimonium, 109
peccat; & matrimonium eſt nullum; & eſt
excommunicatus .

Qui ſacer cum qualicumque fœmina
etiam cognata,& ſene cohabitauerit, de-
bens credere fore,vt opere,vel voluntate
peccet,peccat mortaliter : & iura , quæ
contrarium dicunt, loquuntur tantum in
foro exteriori .

Frequentans domum mulieris ſibi ſu-
ſpectæ,vel debens credere de conſenſu in
mortali,peccat mortaliter .

Clerici concubinarij à Concilio Tridē-
tino multantur multis pœnis.

Qui cum ſcandalo , & poſt prohibitio-
nem ſibi factam frequētat monaſteria mo-

nialium,

nialium, peccat mortaliter.

Sacer, & beneficiarius non geſtans habitum, & tonſuram, aut nutriens barbam, & comam, non radens coronam, indecenter ſe veſtiens, aut arma offenſiua portans, de iure communi, peccat.

Non ſacer poteſt omnino omnia relinquere; & non partim ſic, partim non, quia non licet tonſuram, & coronam deferre vna cũ veſte virgata, vel partita, &c.

111 Clericis, & beneficiarijs, vel in ordine ſacro ſunt interdicta omnia officia, & veſtes ſæculares, per Clementinam, & Concilium Tridentinum: & quando in prohibitis apponitur verbum Præcipio, vel æquiualens, obligat ad mortale: vel quæ communiter, & à prælatis habentur pro peccatis mortalibus, ſunt mortalia; niſi aliqua conſuetudo, vel receptio à principio excuſat.

Ars chirurgica, & medicinæ, præſertim ſine aduſtione, & inciſione, licèt nullo iure particulari prohibeantur, tamẽ ſunt illicita; quia ſæcularia, niſi in miſerabiles & cognatos, habita facultate.

Ob neceſſitatem, vel animi gratiam poteſt quis operari aliqua honeſta, vt ſcribere libros. texere fiſcellã iũco, olera, & plãtas in areolis inſerere, & illa vendere.

Non licet exercere mercaturã, id eſt, vilius emere, & carius vendere.

Licet id quod vilius emunt pro ſuſtentatione ſua, & ſuorum, & ſupereſt, carius

rius vendere; pretio tamen iuſto currenti, &c.

Modo honeſto poſſunt negotiari ad ſuam, & ſuorum neceſſariam ſuſtentationem, maxime per alium.

Obligatus ad dicendam Miſſam pro aliquo, non applicans valorem eius ei, peccat: nec ſatisfacit duabus obligationibus vna Miſſa: nec paupertas ſacerdotis in hoc excuſat.

Sacrificans, dum orat, debet nominare Papam, Antiſtitem, & Regem, in cuius Regno habet domicilium ſuum: de reliquis conſilium datur, vt dicant, quibus poſſum, & debeo, debito ordine, tibi Deus cognito.

## *De peccatis Clericorum quo ad beneficia.*

QVærens beneficium per ſimoniam, peccat mortaliter; ſi eſt realis, eſt excommunicatus, & tenetur reſtituere. 112

Epiſcopus accipiens ſuum familiarem, conſtituta aunua mercede, donec aliquod beneficium conferat, non eſt ſimoniacus; modo non adſit pactum de gratis ſeruiẽdo poſt collatum.

Quærens beneficium, ad quod nullum ius habet, per ſimoniam in ſuum fauorem ab alio commiſſam, ipſo nõ contradicente, & id ſciens, ſi conſentit, vel non ſtatim renũciat, peccat: ſecus, ſi ſine illa ha 113

buiſſet

buiſſet beneficium.

Qui ſine titulo canonico ſcienter accipit, vel retinet beneficium, peccat, & debet renunciare beneficium, & fructus reſtituere.

Redimens vexationem, vel penſionem aliter quàm debet, peccat.

Qui precibus ſuis, vel alienis male quęrit beneficium, peccat.

Qui permutat ius ad rem cum iure in re.

115 Qui quæſitum per ſimoniam commiſſam in beneficio, non reſtituit Eccleſiæ, cuius eſt illud, ſine ſuo vtili; quod ſi fieri non poteſt, reſtituat alteri Eccleſiæ, vel pauperibus.

Qui obtento ſecũdo curato beneficio, vel dignitate, ſtatim vt poteſt, quando vult accipere poſſeſſionem, non renunciat primum, peccat; quia ipſo iure perdit primum: &, ſi pergit vtrumque retinere, pdit vtrumque; & eſt incapax ad quodlibet aliud, & ad ordines.

116 Accipiens beneficium curatũ antequã incipiat 25. annum, peccat, & collatio eſt nulla; &, niſi Papa aliter diſponat, eſt renunciandum cum fructibus: ſimiliter qui accipit dignitatem, vel perſonarum non curatum, ſed cum diſpenſatione Epiſcopi, poſt 20. annos completos, poteſt obtinere. Pro ordinibus ſuſcipiendis, ſatis eſt attingere annum ſtatutum à Concilio Tridentino.

Qui

Qui illegitimus accipit beneficium cu- 117
ratum ſine diſpenſatione Papæ, aut ſimplex ſine diſpenſatione Epiſcopi, peccat; & acceptio eſt nulla; &, niſi diſpenſetur, tenetur renũciare cũ fructibus perceptis.

Filij clericorum nõ poſſunt habere penſiones ſuper beneficijs, quæ ſunt, vel fuerunt parentum; vel beneficia in Eccleſijs, vbi patres habuerunt beneficia: nec reſignationes, aut fraudes parentum illos adiuuant.

Non habens qualitates, quas ſtatuerũt fundatores, non poteſt habere beneficiũ.

Qui poſt pacificam poſſeſſionem parochialis Eccleſiæ non promouet ad presbyteratum intra annum, peccat; quo lapſo, ſi eam retinet, & fructus perceptos non reſtituit, peccat; quia cecidit ipſo iure: poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare, vt talis ſaltem diaconus ratione ſtudij per ſeptem annos non fiat ſacerdos; ſed debet proficiſci ad ſtudium: quia diſpenſatio eſſet nulla, ſi non proficiſceretur.

Promotus in Epiſcopum, ſi intra tres menſes non conſecratur, perdit fructus; ſi intra alios tres, perdit Epiſcopatum.

Accipiens parochialem Eccleſiam ſine animo accipiendi presbyterium, peccat; &, cum eam dimittit, tenetur fructus reddere, niſi infra annum animum mutet. Non ſic de accipiente quoduis beneficium, cui non ſit adiunctum ſacerdotiũ. Nec de eo, qui accipit beneficium animo illud relin-

quendi, ſi pinguius dabitur; vel de eo, qui accipit animo ducendi vxorem fratre mor tuo, ad augendum ſuum decus: peccant tamen, ſi non incedant in habitu clericali interim; ſed non tenetur reſtituere fructus.

119 Sæculares auctoritate Apoſtolica poſſunt habere penſiones ad neceſſariam ſuſtentationem ſui ſtatus.

120 Beneficiarius minorum ordinum poſt matrimonium de præſenti ſi retinet beneficium, peccat: eſt enim amiſſum, ita, vt per ingreſſum vxoris in religionem ante conſummationem, vel per impedimentum extrinſecum, v.g. conſanguinitatis, non recuperetur; ſecus res eſt, ſi tantum contraxit ſponſalia de futuro.

Conſtitutus in ſacris, licèt contraxerit matrimonium de præſenti, non amittit beneficium ipſo iure.

121 Qui ſine cauſa excuſante non reſidet in beneficio ſuo licèt tenuiſſimo; peccat: tamen multæ cauſæ excuſant.

Auditio Theologiæ per quinquenniũ, & canonum. Item prælectio vtriuſque. Ad alias facultates cum licentia Epiſcopi ire poteſt.

Si occupetur in obſequium Epiſcopi ad vtilitatem Eccleſiæ ſuæ, vel cathedralis; & non perſonæ Epiſcopi, niſi ex vrgente cauſa, & ſua Eccleſia non indigente ſuo ſeruitio.

Ad obſequiũ Papæ, præcipue ad ſeruiendum,

dum, & non ad impetrandum beneficiũ.

Legitima licentia, ideſt data ab habente poteſtatem ob cauſam probabilem, & in ſcriptis, ſi id ius exigat.

Conſuetudo honeſta, ideſt non ſimpliciter abſentandi ſe ſine cauſa, nec defraudandi Eccleſiam obſequio debito.

Contraueniens prædictis, licèt peccet, nõ tenetur reſtituere fructus; niſi condemnetur, aut iure exprimatur.

Epiſcopus, vel eo ſuperior, ſine legitima cauſa abſens à ſuo Epiſcopatu per ſex menſes, perdat quartam partẽ fructuum; & ſic gradatim puniatur.

Habentes beneficia inferiora requirentia perſonalem reſidentiam, ſi abſunt, cogantur reſidere; nec fructus capient, niſi pro aliquo tempore, ex cauſa rationabili approbata ab ordinario, qui in hac cauſa eſt delegatus, nullo ſuffragãte priuilegio.

Non ſolum Epiſcopus, ſed parochus iure diuino debet reſidere.

Tum Epiſcopus, tum curatus quilibet poteſt abeſſe per duos mẽſes cauſa in conſcientia ſua iuſta, ſine licentia in ſcriptis, nec eatenus: vlterius non, & cum pœna reſtituendi; nec compoſitio iuuat.

Capellanus regius poteſt accipere fructus in abſentia, ſicut capellanus Papæ.

Beneficiarius horas canonicas non recitans: idem, ſi fructus perceptos non reſtituit pro rata temporis, vel horarum, (*Vide ibi;*) peccat: poteſt tamen ſic pauper ap-

plicare ſibi, ſaltem aliquam partem reſtitutionis, maxime de conſilio confeſſarij; niſi debeantur ijs, qui interſunt Choro, per diſtributiones quotidianas, ſi noſci poſſunt; ſimiliter, & in ſimilibus reſtitutionibus. Beneficiarius in peccato mortali occulto, vel manifeſto non tenetur reſtituere fructus.

124 Qui dolo, vel negligentia damnificat ædes, vineas, & alia bona beneficij, peccat ad reſtitutionem.

Excommunicatus, per quem non ſtat, vt abſoluatur: ſimiliter & ſupenſus per canonem, vel per hominem, ſi recipit fructus & impendit; niſi ad ſe, & ſuos modeſte ſuſtentandos, ſi non habet aliunde vnde viuat, peccat.

Concilium Trident. ſeſs. 25. cap. 1. prohibet, ne beneficiarij, Epiſcopi, vel Cardinales ſuos conſanguineos, vel familiares bonis Eccleſiaſticis augeant, nec ea eis diſtribuant; niſi ſint pauperes.

125 Habens plura beneficia (diuiſa) id eſt, non legitime vnita, & annexa, (in titulũ,)
126 quia licet habere vnum in titulum, & alterum ad tempus, vel ad ſex menſes ſi eſt parochialis Eccleſia, & non commendatũ in perpetuum, & vacabit ad mortẽ commẽdatarij; (quorum vnum ſufficit ſuo decenti ſtatui) ſecus, poteſt habere plura abſque diſpenſatione per Concilium Trident. (abſque diſpenſatione) ſine qua non ſatis cauſa iuſta, & cum qua licet habere

duo

duo beneficia, quæ requirunt reſidentiã; (aut conſuetudine iuſta) cum diſpenſatione tamen.

128 Cauſa diſpenſandi, vel introducendi cõſuetudinem, vt quis poſſit retinere plura beneficia, eſt illa, quæ ſufficit ad tollendam deformitatem, quam multitudo beneficiorum ex ſe habet: tales ſunt ſequentes. Prima, quando attenta qualitate perſonæ, non ſufficit vnum beneficium ad honeſte decenterque viuendum. ſecunda, quando tanta eſt prudentia, ſagacitas, & iuſtitia alicuius, vt ſperetur plus etiã abſens profuturus illis quibus præeſt, quam communiter alius præſens; & quòd accipiet beneficia potius propter vtilitatem ſubditorum, quàm propriam. 3. defectus aliorum idoneorum. 4. notabilis animi virtus, nobilitas, & ſcientia: ſed hæc videtur includi in prima. 5. Intentio tenentis plura beneficia non ad ſplendidiorem victum, veſtitum, famulatum, & alia huiuſmodi; ſed ad largius erogandum eleemoſynas in pauperes, & opera pia, retento ſibi tantum neceſſario, cum vera executione talis intentionis: ſed hæc vltima poſt Cõcilium Tridentinum non habet locum. Et iuxta ſancita in cap. 17. ſeſſ. 24. ſunt accipienda omnia ſupradicta.

129 Confeſſarius non debet abſoluere habentem plura beneficia, niſi cõcurrat aliqua cauſa prædictorũ, vel alia ſimilis cum diſpenſatione; & mature aduertat, quòd

in omnibus iſtis caſibus non eſt principaliter habendus reſpectus perſonæ, ſed communis vtilitatis Eccleſiæ, in quam omnia referenda ſunt.

130 Qui locat fructus ſui beneficij in plures, quàm in tres annos, vel dat in emphyteuſim, & in terris, vbi eſt recepta extrauagans Pauli 2. eſt excommunicatus.

131 Qui parochiano petenti ſacramenta nõ adminiſtrat, vel non dat facultatem confitendi alteri, vel intereſt matrimonio clandeſtino, vel benedicit ſecundas nuptias, vel qui primas tempore indebito, peccat.

132 Qui inducit aliquem ad promittẽdum, vel iurandum ſe accepturum ſepulturam in ſua Eccleſia, vel acceptam non mutaturum, peccat; & excommunicatus eſt; ad Papam ſolum.

Qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum ſepelit in loco ſacro, peccat mortaliter.

133 Qui non diſcit ea, quæ neceſſario ſcire debet ratione beneficij, vel officij: vt ſacerdos, debet ſcire legere, & cantare pro Miſſa ſollemni. Miniſtrans ſacramenta, formam, materiam, & modum adminiſtrandi. Confeſſarius, vt ſupra, cap. 4. ſic de ceteris: ergo, qui non diſcit neceſſaria, vel non vult renunciare beneficium, peccat.

Qui ſacerdos negligit, vel timens omittit morientem etiam ob peſtem communicare,

nicare,vel eius confeſſionem audire, peccat. Si eſt in extrema neceſſitate ſpirituali conſtitutus,iuxta dicta c.24.nu.10.

Qui ſcire debens ſe irregularem,ſuſpenſum, excommunicatum, aut interdictum, accipit beneficium, peccat: & titulus eſt nullus, non autem ſi in peccato mortali accipit.

Qui tot, & tales miſſas in tali loco, vt debet, non dicit, abſque iuſto impedimento; vel omiſſas non complet, vt debet, peccat. 134

Parochus tenetur diebus feſtis ſub pręcepto,celebrare. In reliquis vero diebus, non niſi ſecundũ conſuetudinem, & legẽ.

Onus annexum beneficio, vt beneficiarius celebret quotidie de sãcta Maria, non obligat ad Miſſam dicendam de ea omnibus diebus,ſed frequentius, quando ſalua honeſtate, & deuotione debita, poteſt; onus autem dicendi omnibus diebus per ſe,vel per alium,obligat omnibus diebus.

Contraueniens decretis Concilij Tridentini, peccat: vt non idoneus nõ debet accipere beneficium, cui eſt coniunctum legere; & collatio eſt nulla. 135

Curatus beneficio prædicet ſaltem dominicis, & ſollemnioribus diebus, & doceat neceſſaria.

Ante 14. annum nullus obtineat beneficium.

In minoribus cõſtitutus nõ gaudeat pri-

uilegio fori, niſi habeat beneficium, vel in ſeminario, vel ſchola quaſi in via ad ſacros ſit.

Archidiaconus (*qualis intelligatur, vide ibi*) non ſit niſi magiſter, vel licentiatus in Theologia, vel canonibus; & non aliter.

Reliquæ dignitates non conferantur niſi conſtitutis in anno 22.

Prouiſi beneficijs curâtis infra duos menſes à die poſſeſſionis, profiteantur coram Epiſcopo, vel eius vicârio fidem catholicam. Ita etiam prouiſi canonicatu, & dignitate, coram Capitulo, præſente Epiſcopo, vel eius vicârio profiteantur. alioqui non faciant fructus ſuos.

Pro qualitate dignitatis âccipiendæ debet eſſe ordinatus; vt canonicatus ſacerdotio.

137 Habentes huiuſmodi dignitates poſſunt abeſſe per tres menſes ab Eccleſia. In Epiſcopatu vbi tantum ſunt 1000. aurei, & in parochia vbi tantum 100. non ponendæ penſiones, vel reſeruationes.

138 Vbi non ſunt, erigantur, vel diuidantur parochiæ.

Pro conſcientia, diſponatur de miſſis, ſecundum eleemoſynas.

139 Quartæ parochialis ſolita perſolui ante annos 40. ſaluatur; etiam ſit conceſſa monaſterio.

Acceſſus, & receſſus cum coadiutoriâ ſucceſſione non concedatur niſi in Epiſcopatu,

patu, & Abbatia.

Nullæ gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas Eccleſias concedantur.

Nulla Eccleſia parochialis conferatur niſi per concurſum, & oppoſitionem, præuio examine.

## *De peccatis Prædicatorum.*

Qvi publice concionantur abſque facultate legitima, (quam dat Papa quoad omnes, Epiſcopus in ſua diœceſi, parochus in parochia noto, & approbato,) peccat mortaliter. 141

Qui aduertens ſe in peccato mortali, ante iuſtam contritionem concionatur.

Qui aduertens mentitur circa doctrinam fidei, bonorum morum, ſanctorum, miraculorum, prophetiarum, peccat mortaliter; mentiri vero extra doctrinam fidei, &c. circa alia eſt veniale: niſi notabiliter ſcandalizet.

Qui fabulas, facetias, aut ridicula miſcet, peccat venialiter, communiter. 142

Qui in concione detrahit Prælatis, vel ſacerdotibus, eos nominando, vel æquiualenter dicendo; præſertim quo laicis placeat, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus. In genere quidem poteſt reprehendere; ſed ſine ſcandalo.

Religioſus concionando diſſuadens ſolutionem decimarum peccat, & eſt excommunicatus.

Contraueniens præceptis Concilij Tridentini; vt regularis in ſua Eccleſia non niſi examinatus, & approbatus à ſuo ſuperiore, cuius licentiam præſentet Epiſcopo, benedictionem ab eo petendo; in Eccleſia vero non ſua, eſt opus licentia Epiſcopi. Epiſcopus non ſinat prædicare regularem extra clauſtra viuentem, nec ſæculares, nec ſi conſtet de doctrina, & moribus. Item nullus etiam in Eccleſia ſua prædicet cõtradicente Epiſcopo. Epiſcopus in ſua per ſe, vel per alium in feſtis prædicet, in alijs per alios.

In Aduentu, & Quadrageſima quotidie, vel ſaltem tribus diebus, & in feſtis curent exponi legem diuinam populo lingua vernacula, vt pueros inſtruant.

Non permittant prædicari incerta, & ſpeciem falſi habentia; ſimiliter faciant & omnes habentes curam animarum.

## *De peccatis Coniugatorum.*

144 Peccant modis dictis, cap. 22. nume. 30. & ſeq.

Non complens ſponſalia clandeſtina, peccat.

Qui poſt Concilium vtitur matrimonio prǽſumpto per copulam carnalem habitã.

Qui diſcedit à matrimonio contracto coram parocho habitationis fœminæ, etiam ſi non adfuerit parochus habitationis viri, peccat.

Qui vtitur matrimonio contracto publice coram populo, ſed non coram parocho, vel alio presbytero de licentia parochi, vel ordinarij, peccat.

Congregatio Concilij Tridentini eſt interpretata ſufficere parochum mulieris, in parochia mulieris, ſicut ſufficit parochus viri in parochia viri.

## *QVOMODO SE GERAT Confeſſarius erga confeſſum.* *Cap.* XXVI.

DOceat conſcientiam erroneam, ſi pœnitens putet peccatum non peccatũ, cenſuram non cenſuram, & contra. 1

Pro qualitate perſonæ arguat, vel modeſte laudet.

Pœnitenti docto, & frequenter peccata confitenti diligenter, aut nihil dicat, aut vt faciat quæ nouit.

Faciat eum ſe accuſare de ijs, quæ non meminit, & inducat in propoſitum non peccandi, ſine obligatione promiſſi; niſi cum ius id præcipit, vt in excommunicato notorie abſoluendo; vt in manifeſto raptore, aut Eccleſiæ violatore; vt vſurario publico; vt iniuriam faciente publice perſonis Eccleſiaſticis. 2

Ne dubia affirmet eſſe mortalia, nec ideo deneget abſolutionẽ; ne ſic illaqueet eius conſcientiam in futurum: ſed cõſulat

libros, & doctos, perſuadeat, vt velit facere quod iure facere debet conſilio doctorum, & abſoluat.

Non abſoluat nolẽtem ábſtinere à peccato, quod certo ſcit eſſe mortale.

In dubio peccato ſi confeſſarius nitatur certo textu, vel ratione, pœnitens vero dubia, non abſoluat; ſed, ſi pœnitens nititur pari ratione, & habeat aliquem doctorem clarum, abſoluat, ſiue ſit parochus; ſiue non.

4 In dubijs, an ſit mortale, ſecurior pars eſt eligenda: in dubijs, an hoc debeat facere, & pati, eſt benignior eligenda: obligatum ad reſtitutionem debet perſuadere, vt, quàm primum commode poteſt, reſtituat. &, qui præterita confeſſione promiſit, & non reſtituit; non eſt abſoluendus, niſi raró.

6 Non abſoluat à reſeruatis ſine facultáte ſuperioris; ſed in abſolutione excipiat peccatum reſeruatum: quod tantum pęnitens debet confiteri ſuperiori, vel obtinere licentiam per confeſſarium.

7 Qui prius abſoluit à peccatis quàm ab excommunicatione, eſt ſacrilegus, & mortaliter peccat; licet abſolutio valeat. de quo ſupra, c. 9 nu. 5.

In abſolutione ab excommunicatione eſt ſeruanda forma iuris; vt excommunicatus iuret parere ſuper eo mandatis Eccleſiæ, & ſatisfaciat parti, ſi eſt offenſa, aut
8 debitum eſt notorium. Soluat impenſas, ſi

con-

contumacia eſt notoria; ſi nõ poteſt, præſtet ſufficientem cautionem,vel iuret; deinde abſoluens cedat nudatum humero. recitando *Miſerere,&c.* & addat abſoluo te,&c. & habeat intentionem abſoluendi ab omnibus excõmunicationibus. Quamquam, ſi hæc non ſeruentur, abſolutio tamen tenet,nec ſunt nudæ mulieres flagellandæ in abſolutione. Mendicantes quando abſoluunt in conſcientia, non tenentur abſoluere modo prædicto. 9

Ante abſolutionem eſt imponenda pœnitentia; tamen hoc non eſt neceſſarium: ad cautelam abſoluat ab excommunicatione maiori, & minori ſuſpenſione, & interdicto. 10

Forma abſolutionis: Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; & ſunt etiam preces ibi poſitæ, ſed non neceſſariæ; nec ſunt verba addenda, quia periculoſum.

Abſolutio ab excommunicatione, vel 12 peccatis non debet fieri ſub conditione de futuro; bene poteſt fieri ſub conditione de præterito.

Qui confitetur habenti auctoritatem 13 abſoluendi ab aliqua excommunicatione, & peccato reſeruato, & obliuiſcitur illius peccati, vel excommunicationis, & tamẽ abſoluitur in communi ab omni excommunicatione, & peccato in quantum poteſt, eſt vere abſolutus ab excommunicatione, & deſinit peccatum eſſe reſeruatum,

tum, nec habet excommunicationem adiunctam: Vnde, ſi deinde recordetur, ſatis eſt confiteri peccatum, quod recordatur, ſimplici ſacerdoti, etiam non habenti poteſtatem ad reſeruata, vel excommunicationem. Hic laudatur in Iubilæis, & viſitationibus abſolui in communi ab omni vinculo, etiam ſi non recordetur.

14 Quando confeſſarius abſoluit aliquem ab excommunicatione, vel peccato, à quo non poterat, petat facultatem abſoluendi ab illis, & abſoluat ab excommunicatione etiam abſentem; à peccato vero non niſi quando videbit eum eſſe in gratia: ſi facultatem non habet, moneat ipſum, vt ſe abſoluere faciat à tali caſu, in quo ipſe non poterat: nec probatur vocare ipſum, & fingere ſe velle inſtruere de alia re, & abſoluere de peccato non abſoluto.

## *De pœnitentia Iniungenda.*

15 Conandum eſt imponere iuſtam pœnitentiam, ne peccemus. Iuſta eſt, quæ exæquat demerita in purgatorio; quæ Deus ſolus ſcit: tamen relinquitur arbitrio prudentis confeſſoris: nec canones taxant ſeptem annos pœnitentiæ pro quolibet peccato mortali; niſi velis loqui in foro exteriori.

Confeſſarius in iniungenda pœnitentia debet conſiderare qualitaté peccati, contritionis, & qualitaté perſonæ: ſi debilis,

iuuenis,ſi aſſuetus pœnitentijs, an ſit magnam pœnitentiam acceptaturus, an acceptam non facturus, an pauper; & ne ſit in præiudicium tertij;vel prodatur peccatum occultum:ſaltem admoneat quã pœnam mereatur, quam antiquitus dabant. 19

20 Si quis non vult hic facere pœnitentiã, ſed in purgatorio, eſt abſoluendus leuiſſima pœnitentia, vt Aue Maria.

21 Si quis cum cauſa rationabili non poteſt facere pœnitentiam, v.g. qui iam ſpirat, abſoluatur ſine ea.

22 Pœnitentia ab vno impoſita, poteſt minui ab alio confeſſario, iuſta de cauſa, etiã non auditis peccatis illis, ob quæ fuit impoſita pœnitentia; dummodo hic cõfeſſor habeat auctoritatẽ abſoluendi à peccatis illis, ob quæ fuit impoſita pœnitentia.

24 Nemo poteſt ſatisfacere ieiunijs, & orationibus,v. g.trium dierũ,impoſitis à confeſſario,ieiunando quatuor tempora.

Ceſſatio ab aliquibus peccatis, & emendatio vitæ poteſt poni pro pœnitentia.

Clericus omittens ſolitas horas canonicas, & impoſitas ſibi pro pœnitentia, bis peccat.

25 Confeſſarius non debet ſuadere pœnitenti, vt relinquat officium alioquin licitum,in quo ſolet peccare,ſi timet eum caſurum in alium ſtatum, in quo plus peccabit:ſecus,ſi officium eſt illicitum; ſed admoneat eum,vt fugiat occaſiones peccandi, & amplectatur remedia virtutum.

26 Quilibet ſacerdos catholicus, etiam ſi ſit excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus etiam denuntiatus, & etiam ſchiſmaticus, ſi non eſſet hæreticus, poteſt abſoluere quemlibet in articulo mortis ab omnibus peccatis, & cenſuris, admonendo, vt, ſi conualuerit, adeat ſuperiorem pro cenſuris, non pro peccatis.

27 Phreneticus, vel méte captus, qui prius dedit ſignum contritionis, vt tollendo manus, tundendo pectus; etſi per multos annos extiterit obſtinatus in peccato mortali, nec nunc petierit ſacramentum, eſt abſoluendus à cenſuris, ſi quas incurrerit, ſed non à peccatis; eſt etiam communicandus, & extrema vnctione vngendus.

Publicus vſurarius, licèt det ſignum contritionis, tamen non eſt communicandus, vel ſepeliendus, ſi hæres non præſtat ea, quæ ipſe erat facturus ante confeſſionem.

28 Mutus, ſi per ſigna fatetur peccata, eſt abſoluendus.

29 Infirmus inducendus in ſpem, in contritionem, & in reſtitutionem certorum certis, incertorum pauperibus. *eſt dubium an Eccleſiis. Nauarro videtur ſic.* & hæc ſtatim: & confeſſor applicet indulgentias bullarum.

30 In abſolutione virtute bullarum non eſt neceſſario ſeruanda forma bullarum; ſatis eſt, vt ſeruetur ordo ieiuniorum, & eleemoſynarũ, & cetera bullæ. Articulus mortis in hac materia non tantum eſt ille, in
31

quo

quo quis moritur, ſed etiam omnis ille, in quo probabiliter timetur mors à Deo.

Abſolutus in vna infirmitate periculoſa per bullam, ſi conualeſcit, non poteſt abſolui in aiia; niſi hoc exprimat bulla.

Excommunicatus, qui contritus moritur, poſt mortem eſt abſoluendus ab excommunicatione ab eo, à quo in vita potuit abſolui; nec exhumandus, ſi in loco ſacro eſt: ſatis enim eſt flagellare ſepulcrum; ſecus, ſi eſt in loco non ſacro. 32

Non confeſſus per annum, & moriens ſine ſigno contritionis, non ſepeliatur in loco ſacro. 33

Morienti non imponat magnam pœnitentiam exteriorem: & potius excitet ad ſpem, quàm ad timorem; corroboret in fide; ſimpliciter moneat, vt deuote petat euchariſtiam, & extremam vnctionem; & mentem ſeparet à cognatis, & mundanis, putans ſe certo moriturum. Licèt hoc ſit durum, tamen ſalutiferum eſt, &c. *quid reſpondendum quando tentaretur contra fidem, vide ibi.* 34

## *Admonitio pro condendis teſtamentis in morte.*

Teſtetur in principio morbi, ne mox impediatur à ſuccedentibus ab inteſtato. Impedire teſtari volentem, auertendo teſtes, & Notarios, ne alijs aliquid relinquat, eſt peccatum; & tenetur ad reſti- 36

tutio-

tutionem. non autem moderate precari, vt ſibi potius quam alteri relinquat.

Opera pia, & ſuffragia, quæ in teſtamento mandantur, debent mandari in ſtatu gratiæ: alioqui non iuuant ad ſalutem, licèt mox redeat ad gratiam; ſicut ſunt opera mortua, in peccato mortali facta: ideo debet prius confiteri, & communicare: & dubium eſt, an ad ſatisfactionem pœnarum in purgatorio: quare ſuadendum eſt teſtanti, vt teſtamenta prius facta poſt confeſſionem, & communionem ratificet, & offerat Deo. Teſtator ſine legitimis hæredibus non tenetur relinquere cognatis pauperibus, niſi in extrema neceſſi-
37 tate. Item poteſt relinquere maiora ſua bona filio minus digno. Item, an poſſit exhæredare filios, nu. 38.

Patres non poſſunt minuere filijs bona eis debita, vel annullare veras donationes, & non oneroſos contractus; licèt poſſint annullare vere oneroſos, & donationes renunciatorias, &c. Pater, dum viuit, poteſt elargiri quaſcumque veras eleemoſynas ad pia opera.

## DE CENSVRIS *Eccleſiaſticis. Cap. XXVII.*

1 Cenſura, ſeu correctio alicuius, eſt ſententia lata à capace ordinis mediante Iuriſdictione Eccleſiaſtica fori exterio-

ris, qua quis priuatur communione ſacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum ſpiritualium; vel prohibentur officia diuina, vel ſacramenta, vel ſepultura. Cenſura eſt triplex, Excommunicatio, Suſpenſio, Interdictum.

## DE EXCOMMVnicatione.

EXcommunicatio eſt cenſura priuans communione, vel ſacramentorum tantum, vel ſacramentorum, & hominum: & eſt duplex, minor, & maior.

Minor priuat participatione paſſiua omnium ſacramentorum. Maior priuat participatione actiua, & paſſiua ſacramentorum, & hominum.

Diſpoſitiones pœnales in dubio, intelliguntur de minori pœna.

Excommunicatio ſine expreſſione maioris, vel minoris, intelligitur de maiori.

Excommunicatio eſt duplex, generalis, & ſpecialis. Generalis, duplex, à iure, vel ab homine: lata ab homine moritur mortuo latore, vel ablato ab officio, quantum ad eos, qui adhuc nō incurrerunt in eam; non ſic de lata à iure.

Excommunicatio, & quælibet alia cenſura lata in mandatis viſitationum, quæ nō ſunt ſtatuta, ſed mandata generalia, vel ſpecialia hominum, moritur mortuo latore, vel ab officio depoſito.

Ex-

Excommunicatio, aut eſt iuſta, ideſt cũ poteſtate, cauſa, & modo debitis lata; aut Iniuſta, ideſt ſine illis; & hæc, vt aliæ ſententiæ, aut eſt iniuſta valida, aut iniuſta nõ valida; iniuſta valida, vel eſt iniuſta defectu rectitudinis animi iudicis, ſeu formæ accidentalis; & ligat in foro interiori, & exteriori non ſecus, ac iuſta, vel eſt iniuſta defectu cauſæ, & non ligat, niſi in foro exteriori, ob ſcandalum, poſt declarationẽ; & non adimit communionem omnino interiorem, nec ſuffragia generalia Eccleſię. Iniuſta non valida nil operatur, niſi quod debet ſeruari donec populus debeat ſibi perſuadere cauſas nullitatis, ad euitandum ſcandalum.

4 Excommunicatio iniuſta eſt nulla in multis caſibus. Primo, quando, qui fert, nõ eſt iudex; vel non toleratus; vt eſt excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus. Secundo, quando fertur contra tenorem priuilegiorum. Tertio, quando fertur poſt legitimam appellationem. Quarto, quando continet intolerabilem errorem; vt quia recte fecit, vel quia non fecit aliquod illicitum, vel impoſſibile. Quinto, quando excommunicans participantes cum excommunicatis à ſe, non nominando eos cum trina admonitione præcedente.

## *Qui poſsit excommunicare.*

5 PApa, & alij Prælati, vt Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Priores Eccleſiarum

col-

collegiatarum tum regularium,tum ſæcularium, etiam non benedicti, modo ſint confirmati,vel prouiſi, poſſunt excommunicare ſuos ſubditos; item & alij ex conſuetudine præſcripta poſſunt. Intellige hoc tamen in collegiatis de iure communi. Item capitulum ſede vacante. Item Archiepiſcopus, Epiſcopus, Delegatus Papæ, & prædictorum, eos, in quos habent ius delegatum, poſſunt excommunicare.

Facultas excommunicandi non oritur ab ordine; ſed eſt pars iuriſdictionis exterioris.

Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum non poteſt excõmunicare ſuos ſubditos, niſi in loco viciniori Epiſcopatui, vel de conſenſu Epiſcopi, vbi manet, aut in re manifeſtiſſima. 6

Qui extra ſuum Epiſcopatum non reſidentiam conſummauerit, ligatur excommunicatione lata ab Epiſcopo contra non reſidentes in beneficijs ſuis.

Mulier non poteſt excommunicare,nec laicus ſine priuilegio Apoſtolico, nec quiſquam ſeipſum. Hinc excommunicas generaliter,qui hoc fecerit; ſi ipſe faciat, non eſt excommunicatus; ſecus ſi eſſet tantum denunciator excommunicationis alterius excommunicantis.

Sola conſuetudo non excommunicat; niſi legitime ſit præſcripta, vel approbata à Papa,vel Epiſcopo; quia tunc habet vim ſtatuti.

Excommunicatus, ſi non eſt denunciatus, poteſt excommunicare, & valet excommunicatio.

8 Qui ſciens aut ſcire debens ſe non poſſe excommunicare, excommunicat, peccat mortaliter.

Item, qui excommunicat iniuſte, etiam per ignorantiam craſſam, vel ſupinam, peccat mortaliter.

Item, qui ſine canonica admonitione, vel ſcriptura publica, vel priuata, (niſi iuſta de cauſa illa omittat,) excommunicat, peccat mortaliter; ſed excommunicatio tenet; & excommunicans eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & à diuinis officijs; &, ſi exercet actus ordinis, fit irregularis, ad Papam: ſed hoc non comprehendit Epiſcopos.

Epiſcopi non incurrunt ſuſpenſionem, niſi de ijs fiat particularis mentio.

## *De cauſa, & forma excommunicandi.*

9 EXcommunicatio maior non ferenda niſi ob contumaciam mortalem: & nemo incurrit eam ſiue à iure, ſiue ab homine, niſi peccando mortaliter.

10 Excommunicatio in iure, vel ſtatuto lata, vel ipſo facto, non requirit præcedentem canonicam admonitionem.

Circa hoc multa colligunt ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. vt quòd ſolus Epi ſcopus

ſcopus poteſt excommunicare pro rebus perditis, & reuelandis. Item, quod in cauſis ciuilibus nullus iudex excommunicat, niſi in ſubſidium remediorum iuris; neque in cauſis criminalibus, niſi cum executio perſonalis, vel realis ſit valde difficilis.

In ſordeſcens in excõmunicatione per annum, habetur de hæreſi ſuſpectus. 11

De culpa præterita non feratur excommunicatio, niſi præcedente canonica admonitione: alioquin excommunicatio eſt nulla.

Qui excõicat ſine canonica admonitione, & ſine ſcripto, peccat mortaliter. Excõmunicatio ſub conditione, nõ ligat niſi impleta cõdõne. Itẽ, ſi qui fert, vel ꝗ petit eam ferri, non habet animum ligãdi, vel omnes, vel aliquos, non ligat.

Non ſunt certa verba præſcripta pro excommunicatione; ſed poteſt vti quibus vult, dummodo id explicent de præſenti, & ſecundum regulas canonum. 12

Cum dicitur ſub pœna excommunicationis; vel, Excommunicetur; Sit excommunicatus; non excõmunicat ipſo facto; quia ſunt cõminatoria; niſi aliter aliquod ius particulare explicet.

## *Quis poſſit excommunicari.*

EXcommunicari poteſt tantum homo baptizatus mortalis, habens ſuperiorẽ. Hinc non dæmones, anima ſeparata, 13

colle-

collegium, vniuerſitas, Iudæus, & ethnicus, nec catechumenus, licet poſſit indulgentias lucrari; nec reſuſcitatus immortalis, nec Papa, etiam propter hæreſim, niſi à Deo: nec aliquis a ſe ipſo, vel à ſuis ſtatutis, nec ab inferiori, nec irrationalia, licèt poſſint adiurari precibus, & aqua benedicta.

14 In excommunicatione generali non includitur is, quem proferens. vel petens illam non intendit includere, vel qui non poteſt parere, vel qui iuſta cauſa ad id nõ tenetur, ſeu excuſatur; modo adhibeatur remedium commodum, vt ceſſante neceſſitate, vel cauſa, ſatisfaciat ijs.

15 Terminus datus pro incurréda excom municatione, ni aliquid faciat, verbi gratia, poteſt prorogari à parte agente, ſed non ſine conſenſu iudicis; poteſt tamen tolli ſine eo.

Qui ſcit, quod iudex iubet reuelare, ſed habet cauſam iuſtam non reuelandi, excuſatur.

16 Ignorantia probabilis facti excuſat ab excommunicatione etiã iuris, in quo fertur excommunicatio propter opus de ſe licitum. & non tenebatur ſcire eſſe prohibitum; atque etiam iuris propter opus de ſe illicitum, etiam ſi ſit lex Papæ, excuſat in conſcientia; ſed tunc in foro exteriori non præſumitur ignorantia, quando eſt lex Papa.

*Quid*

## *Quid operetur excommunicatio maior.*

PRimo, ſi eſt vere excommunicatus iu- 17
ſta cauſa, & coram Deo, declarat ex-
cluſionem gratiæ factam per peccatum
mortale.

Secundo, excluditur à ſacramentis acti
ue, & paſſiue.

Tertio, priuatur ſuffragijs generalibus 18
Eccleſiæ, & poſſidetur à dæmone: ſecus,
ſi eſt contritus, vel ſine culpa ſua, vel iniu-
ſta cauſa eſt excommunicatus; licèt ſit
priuatus in foro exteriori, non tamen in
conſcientia.

Quarto, ab officijs diuinis, & precibus 19
ſimul cum alijs faciendis, vel audiendis;
poteſt tamen ſeiunctus ab alijs in eadem
Eccleſia orare.

Quinto, priuatur contentis hoc verſu, 20
*Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*
Ideſt prohibetur omne commercium.

*Os*] prohibentur colloquia, oſcula, am-
plexus, dare, vel recipere literas.

*Orare*] prohibetur participatio ſacra-
mentorum, & diuinorum officiorum, &
aliarũ precum intra, vel extra Eccleſiam
cum alijs dicendarum.

*Vale*] prohibentur mutuæ ſalutationes,
quæ fiunt per collocutionem, vel litteras,
vel aſſurgendo, vel caput detegendo; &
omnia ſigna, quę ſalutationem ſignificant,

vt aliquando ſunt motus labiorum.

*Communio* ] prohibetur exercere, vel operari quoduis opus ſimul cum eo, vel habitare in eadem domo, vel parte domus ſimul cum eo, vel quouis modo conuerſari cum illo.

*Menſa*] prohibetur comedere in eadem menſa, vel conuiuio alicuius tertij, in quo ſi accumberet excommunicatus, debet ſurgere e conuiuio; ſed non tenetur egredi è domo: &, ſi excommunicatus ſimul cum illo non fuit inuitatus, poteſt comedere in alia parte domus inuitâtis; ſecus, ſi ſimul fuit inuitatus: ſimiliter non poteſt dormire in eodem lecto.

Sexto, ſi vtitur aliquo actu peculiari ſui ordinis, fit irregularis.

21 Septimo, fit infamis, ſi eſt excommunicatio manifeſta, & ob cauſam infamem.

Octauo, facit collationem beneficij nullam: ita, vt poſt abſolutionem non teneat; & tenetur renunciare illud; & fructus reſtituere.

Nono, priuatur facultate eligendi actiua, & paſſiua.

Decimo ſuſpenditur ab officio, & beneficio: ſed, dum toleratur, quidquid faciet cum officio publico, tenet.

22 Vndecimo, eximit ſubditos à ſeruitute ſubiectionis iuriſdictionalis dum eſt excommunicatus.

Duodecimo, non poteſt ducere vxorem ſine peccato mortali.

De-

Decimotertio, annullat reſcripta obtenta à Papa, excepto ſi nõ agant de ſua excommunicatione, vel ad hoc abſoluatur, & non ſordeſcat per annum.

Decimoquarto, alij pro eo non poſſunt orare publice, & ſollemniter, licèt poſſint priuate.

Decimoquinto, in iudicio non poteſt eſſe actor, vel procurator; poteſt tamen ſe defendere, & conſtitui procurator, vt abſolutus procuret. 23

Decimoſexto, perſeuerans per annum in cauſa criminali videtur crimen cõfiteri; ſed non debet priuari beneficijs ſuis.

Decimo ſeptimo, priuatur ſepultura loci ſacri.

Decimooctauo, dum nõ abſoluitur; debet ſoluere pœnam conſtitutam in aliquibus Epiſcopatibus, vel per leges ſæculares.

Decimonono, operatur excommunicatio alia multa, quæ vide alibi.

## *De excommunicatione minori, & participatione cum excommunicato.*

24 EXcommunicatio minor priuat tantum participatione paſſiua ſacramétorum, non actiua. Quare Miſſam dicens peccat, quia ſe communicat, non quia alios; & poteſt eligere, ſed non eligi.

Excommunicatus in minori non peccat audiendo Miſſam, vel ſumendo pacem, vel abſoluendo ab excommunicatione, vel à peccatis, nec communicando infirmum.

25 Excommunicatio minor, etſi poſſit, tamen non fertur communiter à Iudice, ſed à iure in octo caſibus: quorum vnus eſt in vſu, ideſt participatio cum excommunicato maiori, in caſibus prohibitis, non autem minori.

Excommunicatus, dum eſt talis, non poteſt recipere aliquod ſacramentum; non tamen hæc excommunicatio æquatur peccato mortali.

Quilibet ſacerdos ſimplex etiam non Parochus poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, ſicut poteſt à peccato veniali non habentem mortale.

26 Regulariter participans cum excommunicato maiori incurrit minorem; fallit tamen in multis, vt in his, quæ ſunt in hoc verſu,

*Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.*

Participans ob vtilitatem animæ eius, admonendo, licèt alia interponat verba pro maiori cõmoditate, vel ob propriam vtilitatem ſibi debitam; vel ſi eum, cum alium non habet, conſulit in ſpiritualibus, vel temporalibus, non incurrit.

Item, vxor, filij, ſerui, famuli, qui erant ante excommunicationem, & nõ ſunt cauſa pertinaciæ, non incurrunt. Siç maritus, pater,

pater, dominus, herus poſſunt communicare cum ſubditis; ſic ignorans ignorantia facti, vel iuris dubij; ignorans, an excommunicatus ſit denũciatus, excuſatur; niſi à fide dignis audierit: ſed, ſi eſt dubius, non tenetur eum euitare, præſertim ante alios.

Item, participans ob magnam neceſſitatem propriam, vel excommunicati.

Participare cum excommunicato maiori, eſt peccatum veniale tantum: ſed eſt 28
peccatum mortale, ſi ſit in ſacramentis, & 29
officijs diuinis. Item, ſi nimis frequenter; 30
ſi in contemptum clauium; ſi contra ſpeciale præceptum iudicis. Item, cum à Pa- 31
pa prohibetur per excommunicationem: ſi in peccato mortali communicat.

Qui communicat cum incurrente ante 32
incurſam, vel dum incurrit excommunicationem, ipſe non incurrit minorem, vel maiorem.

Qui ſunt in Eccleſia, ingrediente ex- 33
communicato ad orandum publice, debēt exire; vel cogere ipſum egredi; non autem, ſi tranſeat per Eccleſiam, vel in ea maneat, non ad orandum, ſed ad alia negotia, vel ſi orat priuatim.

Si orat publice, debent ceſſare officia diuina, & Miſſa etiam cœpta, niſi ſit inceptus canon: quia tunc cum vno tantum diacono debet eam perficere vſque ad finem.

Textus de vitando occulto excommu 34
nicato,

nicato, vel non euitando, ſunt aboliti: ſed eſt obſeruanda extrauagans, Ad euitãda.
35 in qua non excuſantur Galli, & Germani, qui communicant cum Lutheranis manifeſtis: niſi dicatur, quòd fuit vſu recepta cũ ſola limitatione de publico percuſſore clerici; vel quòd excuſat multiplicitas hæreticorum, & neceſſitas negotiandi.

Semel excommunicatus, & denunciatus ſemper eſt euitandus; donec conſtet de abſolutione; vel perſona talis ſit, cui hoc affirmanti ſit credendũ probabiliter.

Communicans cum excommunicato timore mortis, non peccat; nec excommunicatur; niſi communicet in peccato mortali, aut in negatione tacita fidei.

Non peccat, qui orat priuatim pro excommunicato. Immo, in Miſſa, applicando illud ſuum opus; ſecus, ſi publice.

Pro excommunicato non denunciato, nec notorio, poteſt fieri oratio publice, & dari ſepultura.

Qui, vt miniſter, vel nomine Eccleſiæ, orat pro excommunicato denunciato, incurrit minorem excommunicationem.

Participans cum excommunicato contra præceptum Iuris, vel Iudicis, præuia admonitione, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus maiori.

Communicans cum excommunicato in oratione publica, peccat mortaliter; non in priuata.

Publica oratio eſt, quæ fit nomine Eccle-

cleſiæ: quales ſunt Miſſæ, horæ canonicæ, quas cantant nomine Eccleſiæ, conſecratio Eccleſiæ, altaris, virginum, benedictio ſollemnis Epiſcopi, aquæ benedictiones, officium defunctorum, ſepulturarum.

Priuata oratio eſt ſalutatio Angelica, matutina, meridiana, veſpertina: item, benedictio ſimplex menſæ, & aliæ ſimiles, quæ non ſunt prohibitæ tempore interdicti; item audire cum eo conciones, recitare partem Pſalmi, vel Euangelij.

Actus extraiudiciales excommunicati etiam denunciati valent; & ſic poteſt facere omnia, quæ nituntur iure naturali, gentium, & ciuili; atque ita poteſt teſtari: ſimiliter, de actibus, quos lex humana poteſt annullare, vt ſunt actus ſacramentales, v.g. Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, Matrimonium, collata excommunicato, vel ab eo, valent; non ſic de pertinentibus ad poteſtatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam humanam, vt ad beneficia: præſentatio, electio, poſtulatio, confirmatio, inſtitutio, collatio, prouiſio nominatio: quia poſſunt ab Eccleſia annullari.

## *De abſolutione Excommunicationis.*

Excommunicatio, & abſolutio conueniunt in multis; & neutra requirit

certa verba pro forma ſubſtantiali.

Abſolutio facta ab habente poteſtatem iure ordinario, non ſeruata forma iuris, valet, etiam ante ſatisfactionem; facta vero à delegato, non ſeruata forma data in delegatione, non valet: ſed, ſi poteſtas delegata fuit tantum, vt abſoluat ſecundum formam iuris, abſolutio valet, non ſeruata forma iuris. Idem, de excommunicatione.

Abſolutio iniuſta ex cauſa prodeſt excommunicato, vt confeſſarius licite poſſit eum abſoluere à peccato, & vt ei applicentur ſuffragia generalia Eccleſiæ: ſed excommunicatio iniuſta ex cauſa non nocet.

38 Abſolutio facta ex metu iuſto non valet, excommunicatio valet. Item excommunicatio ex falſa cauſa non valet; ſed abſolutio valet.

Excommunicatum minori habentem tantum venialia quilibet ſacerdos non parochus poteſt abſoluere.

39 Excommunicatum maiori à iure non reſeruata alteri poteſt abſoluere proprius Prælatus, ideſt Papa, Epiſcopus, capitulum Sede vacante; quilibet Prælatus exemptus, atque etiam non exemptus, habens iuriſdictionem in foro exteriori.

Item, Parochus, & ſimplex ſacerdos, qui poteſt abſoluere à peccato mortali, poteſt etiam ab hac excommunicatione; vt commiſſarius deputatus à Papa, & in foro

foro interiori tantum . non loquor de reſeruata excommunicatione.

Proprius Prælatus poteſt abſoluere ab incurſa à iure , extra ſuum Epiſcopatum, vel parochiam .

Excommunicatum ab homine ipſe ſolus poteſt abſoluere, vel eius ſucceſſor, ſuperior, delegatus eius, vel Papæ . 40

Delegatus Papæ, qui poteſt excommunicare intra vnum annum poſt ſententiam definitiuam , eo tranſacto non poteſt abſoluere. Idem dicendum de quolibet delegato habente facultatem exequendi ſuam ſententiam .

Epiſcopus excommunicans incendiarium , poſt denunciationem non poteſt eum abſoluere .

Excommunicans aliquem, ſi deinde ipſe excommunicetur, & denuncietur, non poteſt abſoluere .

Ab excommunicatione pronunciata ab inferiori , & confirmata à Papa ex certa ſcientia , non poteſt abſoluere , qui eam tulit .

Non ſacerdos excommunicans poteſt 41 abſoluere ab excommunicatione, etiam in conſcientia ; non à peccatis . & qui ab- 42 ſoluitur ab excommunicatione , vel à Iudice, vel à Parocho, cui committitur, debet ſemper procurare litteras patentes . ne in exteriori præſumatur excommunicatus: poteſt etiam aliter credi abſolutus.

Executor mandati Papæ, quo iubetur 43

excommunicare aliquem ſine cognitione cauſæ, poſtquam excommunicauit, non poteſt abſoluere.

Qui poteſt abſoluere ab excommunicatione lata à iure, poteſt etiam lata ab homine generaliter.

45 Qui poteſt abſoluere ratione alicuius ordinariæ poteſtatis, poteſt delegare abſolutionem alteri.

Simplex miniſterium abſoluendi poteſt delegari à delegato ordinarij, & à ſubdelegato delegati Papæ, non autem ipſamet iuriſdictio.

46 Excommunicatus, qui ob iuſtum impedimentum, vt grauem morbum, facit ſe abſoluere ab eo, qui ſine illo non poterat, ceſſante impedimento, debet quamprimum cõmode poteſt, ſe repræſentare ei, qui iure poterat abſoluere: alioquin incidit in eandem excommunicationem. Idẽ de his, quos legati Papæ abſolũunt cum onere ſe repræſentandi ſuis ordinarijs, vel alijs, ad pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem.

Verum ſatis eſt ſe præſentare per procuratorem idoneum; & ad determinandum tempus commodum ipſe eſt iudex in conſcientia.

47 Iura, quæ præcipiunt, vt excommunicatus in articulo mortis ante abſolutionem ſatisfaciat, intelliguntur, ſi poteſt; ſi non poteſt, ſat eſt cautio cum pignore, vel fideiuſſore: &, ſi non poteſt, ſaltem det

eam cum iuramento.

Obligatus ad reſtitutionem, qui poteſt 48
ſatisfacere ante mortem, ſed non commode, niſi notabiliter vilius ſua vendendo, &c. non tenetur tunc ſatisfacere, ſi poteſt differri ſine magno damno alieno; ſed ſat eſt dare cautionem ſufficientem, ſatisfacturum primo quoque tempore.

## *De excommunicationibus à Iure latis, & primum de reſeruatis Papa.*

AD iudicandum, an quis ſit excommu 51
nicatus, tria ſunt perpendenda; primo, verba, quibus ius, vel Iudex vtitur; ſecundo, perſonæ, contra quas; tertio, opera, ob quæ excommunicat.

Lex excommunicãs facientem aliquid, non comprehendit conſilium dantem, vel auxiliantem antequam fiat; niſi ex tenore eius, vel legum, id expreſſe, vel tacite colligatur.

Excommunicatio non debet extendi ab vno caſu in alterum: pœnæ enim ſunt reſtringendæ.

In dubijs participans cum excommunicato etiam in crimine non commiſſo, non eſt excommunicatus, licèt ſit excommunicandus.

Excommunicatio lata contra dantem licentiam malefaciendi, non includit ea

vtentem, niſi exprimatur. Item lata contra contrahentes, non includit dantes conſilium, vel aliter conſentientes. Item lata in ſepelientes excommunicatum, non includit adiuuantes, & proſequentes funus, qui ſuis manibus non inferunt mortuum ſepulcro: & tandem, qui per alium facit, non vere, ſed ficte facit; non ſic, per inſtrumentum neceſſario motum, vt per baculum.

Lex pœnalis tunc tacite extenditur ab vno caſu ad alium, quando aliter eſſet fruſtratoria. Ita etiam, cum excommunicatur mittens arma Saracenis, includitur ferẽs: cũ interdicitur ciuitas, includuntur ſuburbia; & in teſtamento includitur codicillus, ne ſint fruſtratoria.

Canon extenſus ad conſilium dantem, non comprehendit illum, ſi delictum ita & tam certo, & iniquo animo fuiſſet commiſſum ſine illo ſuadente, atque cum illo. Idem dicendum de mandato, iuſſu, & fauore.

Si excommunicatio principaliter loquitur de faciente, & ſecundario de mandante, & conſilium dante, tunc ſecundarij non incurrunt antequã ſequatur opus: vt mandans percuti clericum, non incurrit niſi percutiatur: ſed, ſi principaliter loquitur de omnibus, ſtatim vt mandat, incurrit, licèt non ſequatur opus; vt mandans interfici per aſſaſſinos, licèt non interficiatur; & religioſus concionans animo

mo retrahendi à ſolutione decimarum, licèt auditores non retrahantur.

Ille dicitur conſilium dare, qui monet, 52
ſuadet, precatur, vt quid faciat; qui inſtruit, aut proponit vtilitatem inde ſecuturam.

Annua reiteratio Bullæ non multiplicat 54
cenſuras per eam latas, neque in alijs iuribus repertas, ſed tantum ſuperaddit reſeruationem Papæ.

## *De reſeruatis Papæ, in Bulla Cœnæ.*

PRima excommunicatio eſt in omnes 55
hæreticos, & claudit credentes pertinaciter, quod dicunt, & credunt hæretici, licèt explicite non credant hæreſes, nec ſciant, quid credant in ſpecie hæretici: non claudit magos.

Item fauentes, recipientes, defenden- 56
tes hæreticos formaliter, vt ſunt hæretici; non autem, vt ſunt homines. Non claudit hæreticos puræ mentales, ſicut nec alia cenſura iure humano lata illos comprehendit, niſi prompſerint hæreſim verbo, ſcripto, nutu, ſigno, etiam nemine vidente, vel audiente. In foro interiori non ſufficit hæreſis exterior ſine mentali. Non includit legentes, vel habentes libros Catholicorum referentium dicta hæreticorũ ad verbum, licèt principaliter legant ob

ea;

ea; ſicut nec audientes eadem relata per alium. Item nec legentes libros Catholicorũ cũ annotationibus hæreticorum: ſed bene incurrũt in illã Indicis librorũ Pij 4.

57 Secũda, ſchiſmaticus eſt, qui ſe ſeparat ab vnitate, licèt credat non eſſe niſi vnam Eccleſiam, & vnum Papam; & eſt excommunicatus. Et differt ab hæreſi, quæ per ſe opponitur fidei. Schiſma autem per ſe opponitur vnitati Eccleſiæ, nolendo ſubijci ei, vel eius membris, quatenus ſunt eius.

58 Tertia, appellantes ab ordinationibus Papæ ad Concil. futurum; & apponit interdictũ pro vniuerſitatibus. Nota, quòd dans conſilium, & auxilium in his, non incurrit, niſi ſequatur appellatio.

59 Quarta, contra Piratas; qui tantũ ſunt illi, qui principaliter verſantur in agendis prædis, & percutiendis, & interficiendis in mari occurrentibus: & includit auxiliantes, & fauentes, & conſequenter in genere includit conſilium dantes: verum non includuntur negotiantes, bellantes iuſte, vel iniuſte, qui incidẽter aliquandò deprædantur; neq; illi, qui hoc faciũt in ſolis fluminibus. Vt ſint Piratæ, ſatis eſt, ſi exerceant in vna natione.

60 Quinta, contra rapientes naufragorum bona de qua infra, nu. 118.

61 Sexta, contra imponentes noua pedagia, vel gabellas, vel augentes vetera; non habentes poteſtatẽ. & contra exigentes prohi-

prohibita imponi, vel augeri. & intelliguntur omnia vectigalia, vel portatoria. non habens poteſtatem eſt ille, qui in temporalibus cognoſcit ſuperiorem, ad quẽ appellari poteſt, ſed quilibet alius habet. (Exigens) intelligitur hæres, publicanus, cōductor; & etiam famulus, ſi recipit à nō ſponte ſoluentibus. dicitur nolẽs, vel inuitus ſoluere, qui rogatus ſoluit tanquã debitum: poteſt tamen excuſare probabilis ignorãtia iuris, vel facti. Per prohibita intelliguntur ſimpliciter prohibita exigi tã à laicis, quàm à clericis: vnde exigens à Clericis, quæ tantum ſunt prohibita à Clericis, exigi, non incidit in hanc, ſed in aliam excommunicationem non reſeruatam.

Septima, contra falſificantes litteras Apoſtolicas: in hac non includuntur ſignaturæ; neque falſarius litterarum Epiſcopi, vel Nuncij, vel Pœnitentiariæ, neq; impetrantes ſubrepticias litteras Papæ, & illis vtentes: immo nec vtentes litteris falſis, licèt alibi excommunicentur laici illis vtẽtes: excuſat etiam ignorãtia, ideſt, quòd non debebat ſcire eſſe falſas: nec corrigens aliquam litteram, vel punctum, quòd non mutat aliquam ſubſtantiam. 62

Octaua, contra deferentes arma, vel ꝓhibita inimicis Chriſtiani nominis. in qua includuntur, qui equos infirmos, & debiles curant, & ſanos, ac feroces reddunt in terris inimicorum. Per arma intelligun- 63

tur,

tur, quæ ad pugnam ſunt facta, vel ſit materia deſtinata ad id, licèt ſit defenſiua, vel offenſiua. Arma enim, quæ non ſunt bellica, non includuntur, niſi ex intentione deferentis mediate, vel immediate, ad id deſtinentur. Per ferrum intelligitur factum, vel infectum, & non vena ferri, vel auri, niſi ex intentione ad id feratur: ſic & de alijs metallis: ſic de pecunia ſignata ad id. Item, omnia inſtrumenta, & materia ad hoc apta. ligna ad comburendum non ſunt prohibita. Item per inimicos nominis Chriſtiani non intelliguntur Hæretici, Iudæi, Gentiles, immò & Turcæ, & Saraceni, quibuſcum non eſt bellum Chriſtianis, immo nos contra alios iuuant. Et, qui hæc formaliter deferunt, licèt bono animo, non excuſantur. Dubitatur de Duce, qui, gratitudinis gratia, dat enſem vnũ Turcæ. Remigantes metu mortis, vel verberum contra Chriſtianos, non incidunt, ſed peccant mortaliter. Remigantes vero, vel regentes eorum naues contra alios infideles nec peccant quidem. Regentes vero ſponte naues contra Chriſtianos, incurrunt.

Contra impedientes victualia Curię Romanæ; non claudit eos, qui prohibent ob vtilitatem ſuæ Reip. ne neceſſaria victui efferantur, vel ne ſui ſubditi Romam ingrediantur, vbi peſtis graſſatur.

Contra perſequentes Romipetas, vel morantes, vel etiam egrediẽtes cauſa deuotio-

uotionis, non autem, ſi alia cauſa, quàm Sedis Apoſtolicæ, veniant, vel diſcedant, vbicunque eſſet Sedes Apoſtolica non ſatis eſt animus tantum faciendi hæc. Item, non excuſat iuriſdictio aliqua.

Contra eos, qui ſine iuriſdictione mandant, vel offendunt morantes in curia. 66

Contra eos, qui nocent Cardinalibus, & alijs Prælatis in ſeptem caſibus. 67

Item, qui eijciunt Nuntios, vel Legatos Papæ, Patriarchas, Archiepiſcopos à ſuis diœceſibus. Item mandantes, conſilium dantes, auxiliantes: non loquitur de Cardinalibus eiectis: ſic lictores, Iudices, qui eijciunt Epiſcopos de ſuis diœceſibus; nõ ſic de alijs terris. Excuſantur, qui id faciunt ob defenſionem inculpatæ tutelæ, vel probabilem ignorantiam, vt noctu, vel in habitu mutato. Item clauduntur bannientes, & acceſſorij; & pro Epiſcopo intelligitur tantum conſecratus.

Contra impedientes curſum cauſarum Curiæ, vel executionem litterarum. 68

Item contra male tractantes perſonas, quæ illas agunt. Item, impedientes dari inſtrumenta petita ſuper illis. Item, impedientes impetratores litterarum, licèt priuate id impediant.

Decimaquarta, Decimaquinta, Decimaſexta, Decimaſeptima, & Decimaoctaua, ſunt contra impedientes quocunque modo Eccleſiaſticam libertatem; vt impedientes executionem litterarum Apoſtoli- 69

ſtolicarum ſub ſpecie tollendæ violentiæ. (&,an mos Hiſpanicus, & Gallicus probetur. *vide ibi.*) Et qui vſurpant fructus Eccleſiaſticos formaliter vt fructus, etiam ſede vacante, includuntur hic: non autem, ſi indebite minuta pedagia exigant à clericis, &c.

71 Decimanona. Sicut ſuperior fuit ad tuendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam in ciuilibus; ita hæc eſt ad tuendam in criminalibus; & tollit priuilegia data etiam Regibus; vnde dubitatur de iudicibus Galliæ.

72 Contra occupantes, vel inuadentes terras Eccleſiæ; & includit etiam externas factiones irrumpentes in terras Papæ. Item vſurpantes, vel retinentes aliquid, ſede vacante.

Bulla Cœnæ durat vſque ad publicationem nouæ, & obligat omnes, non obſtante priuilegio, vel cõſuetudine; & eius abſolutio reſeruatur Papæ, excepto articulo mortis, dummodo ſatisfaciat, cautione præſtita. Item, priuilegium conceſſum in remunerationem, vel contractum, ex cauſa reuocari poteſt.

73 Item, qui taliter illaqueatos præſumpſerit abſoluere, eſt excommunicatus, nõ tamen reſeruatus Papæ, ſed poteſt abſolui ab ordinario. At, ſi ex obliuione, aut ex incogitantia, aut ignorantia non craſſa abſoluerit, tunc non eſt excommunicatus. Item, quæ diſpoſitio requiratur, vt quis excom-

excommunicatus in Bulla abſoluatur, *vide ibi.*

## *De excommunicationibus reſeruatis Papæ extra Bullam.*

PRima, qui negat Papam poſſe condere canones, quos negans tranſgreditur, excommunicatur etiam in Bulla. 75

Secunda, qui iniicit, ſuadente Diabolo, manus violentas in clericum, vel monachum; declaratur ſit, (Qui,) ideſt, quælibet perſona, quæ peccare poteſt: (ſuadente Diabolo,) per Caietanum nõ ſufficit, vt iniectio ſit letalis, niſi Diabolus ſuadeat; ſed raro hoc accidit, vt non incurratur, verbi gratia, quando non cognoſceretur eſſe Clericus, & requiritur, vt ſe- 77
quatur percuſſio iniuſto modo, vel per quem non debet: (manus) ideſt quamlibet partem corporis, etiam per inſtrumenta non coniuncta, vt per baculum, vel ſaliuam; immo, qui incarcerat, aut includit in locum, vnde ſine pudore egredi non poteſt. Item, ſi admouet manum ad frenum equi, vel cingulum ephippij abſcindit; immo, ſi perſequitur eum furioſe, vt cogatur ſe dare præcipitem in diſcrimen ad ſe liberandum: ſed non, ſi aliàs fugit, & cadit, & vulneretur.

Item, canon extenditur, & claudit man- 78
dantes, auxilium, conſilium, fauorem

dantes,

dantes, dummodo ſequatur percuſſio.

Item, ſi eorum nomine facta fuit, ratiſicantes; aliter, non.

Item, qui non iuſſit, ſed dixit ſuis ſe vindictam eius expetere, debens credere, quòd ex hoc illi mouerentur ad percutiendũ, incidit, licèt nõ eo animo dixerit.

Item, qui poteſt, & debet ex officio propulſare iniuriam, & nõ facit, & in foro exteriori etiam qui non ex officio debet.

Miniſter Iuſtitiæ laicæ, qui vt talis eum percutit.

Ipſemet Clericus iratus ſe percutiens; ſed non, ſi conſenſit, vt ab alio percutiatur, licèt ſit excommunicatus.

79 (Clericum) per clericum intelligitur in prima tõſura, licèt ſit vxoratus; modo cum vna tantum, & virgine, & geſtet habitum, & tonſuram, quamuis ſit excõmunicatus, ſuſpenſus, irregularis, depoſitus verbo, ſed non realiter. (vel monachum) intelligitur quilibet religioſus, vel religioſa, etiam conuerſus, vel nouitius religionis approbatæ, & tertiarij viuentes gregatim in habitu, & eremitæ ſubiecti ſuperiori gaudent hoc priuilegio. In articulo mortis, ſi Epiſcopus adiri non poteſt, quilibet ſacerdos poteſt abſoluere.

80 Excuſantur multæ manus iniectiones in hoc canone.

Prima, iocoſa, non ſubita turbati animi.

Secunda, cum probabili ignorantia clericatus.

Ter-

Tertia, in eum, qui ter monitus nõ fert habitum clericalem.

Quarta,& quinta,in eum, qui ſe miſcet actibus militaribus, & ſæcularibus, & interuallo dierum ter monitus non deſiſtit, licèt habitum,& tonſuram geſtet.

Sexta,in eum,qui relictis habitu,& ton 81
ſura, turpibus ſe miſcet, etiam non admonitus.

Septima, in bigamos.

Octaua,in cõiugatos cũ vna,& virgine, ſed non geſtantes habitum, & tonſuram.

Nona, in degradatos realiter.

Decima, in depoſitos verbaliter, ſed incorrigibiles.

Vndecima, in eum, qui amiſit priuilegium clericale.

Duodecima, in circulatores, iaculatores,& ſcurras, per annum, vel ante,ſi ter moniti non deſiſtunt.

Decimatertia, in exercentes per ſe ip- 82
ſos tabernam, vel lanienam publice, ſi ter moniti non deſiſtunt.

Decimaquarta,qui habet auctoritatem corrigendi, ſi principaliter percutit, vt corrigat moderate.

Decimaquinta, in inuadentem in defenſionem neceſſariam ſuam,vel ſui honoris, ne ignominioſe fugiat.

Decimaſexta, neceſſaria iniectio ad recuperanda ſua bona iniuſte capta, vel quæ aſportant. Idẽ, ſi clericus debitor,meditãs fugere,detinet,vt præſentet ſuo ſuperiori.

83 Decimaſeptima, miniſter iuſtitiæ ſecularis, capiens clericum in delicto flagranti, vt eum præſentet ſuo Prælato; vel noctu inuentum, ſi præſumat eum velle ſcelus committere probabiliter; aliter non, modo iuſtum modum in capiendo non excedat,

Decimaoctaua, qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo.

Decimanona, qua in neceſſariam ſui defenſionem enſem auſert, vel equo deſilire cogit.

84 Vigeſima, in inuentum inhoneſte cum vxore, matre, ſorore, filia, etiam naturali, non cum alijs, etiam ſi occidat, dummodo id ex continenti, & paſſione ſubita fiat; & ſufficit, ſi inueniat amplexantem, oſculantem, vel in loco ſuſpecto, modo fraus abſit, ideſt, ex inſidijs compoſitis cum vxore, ne eum occidat.

85 Vigeſimaprima, in inuentum alloquentem cum vxore honeſte, dummodo prius fuerit admonitus, vt abſtineret; at non poteſt eum verberare, ſed eum detinere ſpatio viginti horarum, vt tradat eum ſuo judici.

Vigeſimaſecunda, mulier, quæ, ad defendendam ſuam caſtitatem, percutit clericum tentantem de ſtupro, factis, non tantum verbis.

Vigeſimatertia, quando illa iniectio illata laico non eſſet mortalis.

Vigeſimaquarta, qua Prælatus capit 86
ſuum clericum non alienum per ſe, vel per alium, etiam laicum, aut verberat per ſe, & ſi non poteſt per ſe, per alium clericũ, non per laicum. Epiſcopus, licèt per ſe commode poſſet, tamen ſine peccato verberabit per alium clericum, non ſic alij ſuperiores. Hinc laicus, per quem iudex Eccleſiaſticus torquet clericum, cum commode poſſet per clericos, eſt excommunicatus & ipſe etiam Iudex, niſi ex conſuetudine excuſetur.

Vigeſimaquinta, qua eijcitur ab Eccle- 87
ſia excommunicatus, vel alius turbans diuina officia.

Vigeſimaſexta, qua eijcitur à Sede Apoſtolica, eam occupans ſine canonica electione Cardinalium.

Vigeſimaſeptima, qua quis ex munere continet Cardinales in Conclaui ad eligendum Papam.

Vigeſimaoctaua, qua quis vult & tentat ferire iaculando, ſed errans non ferit.

Ex prædictis caſibus, quibus incurri- 88
tur, in multis Epiſcopus debet Papam cõſulere, & in multis, vbi eſt iuſtum impedimentum non adeundi Papam, vel eius Legatum, poteſt abſoluere, facta ſatisfactione, cum propoſito; vt, ablato impedimento, Papæ præſententur; aliter incidunt in eaſdem cenſuras; & id intelligitur non ſolum de hac, ſed de quacunque excommunicatione reſeruata Papæ.

Quod

Quod timor de damno notabili animarum ob ſuam abſentiam eſt ſufficiens impedimentum, vt Epiſcopus abſoluat, ſed non, ſi ſaltem poteſt adire Legatum.

Item, qui ire non poteſt, licèt poſſit mittere, habet iuſtum impedimentum.

Item, neceſſitas extrema domus ſuæ eſt impedimentum: & tunc non poteſt ſimplex ſacerdos, ſed Epiſcopus abſoluere.

Item, in leui percuſſione quamuis mortali poteſt Epiſcopus in ſuum clericum, & Prælatus in ſuum ſubditum. Quæ autē ſit leuis percuſſio, *vide ibi.* quæ potius relinquitur arbitrio Epiſcopi, vel confeſſarij habentis auctoritatem abſoluendi.

93 Tertia, excommunicatio reſeruata Papæ extra Bullam, eſt lata à Delegato Papæ, elapſo anno ei conceſſo.

Quarta, in falſarios, de qua. numero 67.

Quinta, lata ab Epiſcopo in habentes litteras falſas Papæ, niſi intra 20. dies reſignent.

Sexta, in clericos, qui ſcienter, & ſponte, ſine aliquo metu, (aliter excuſarentur, ſaltem in conſcientia) admittunt ad diuina officia excommunicatum à Papa iudicialiter nominatum, & denunciatum.

94 Septima, in incendiarios poſt denunciationem.

Octaua, in frangentes Eccleſias, & loca pia, & ſimul rapientes aliquid; aliter, non.

No-

Nona, in male eligentes Senatorem Ro- 95
manum;quod raro accidit.

Decima, in clericos ſoluentes vectiga- 96
lia, & cætera ſecularibus: ſed eſt reuocata.

Vndecima,in inſectantes Cardinales,& id mandantes,fauentes,defendentes, conſulentes,ſi ſecuta ſit inſectatio.

Item, in verberantes, & in fauentes,& 97
conſulentes, &cæt. ſi ſit ſecuta verberatio.

Item, in Principes, & Iudices,ſi intra mēſem poſtquam ſciuerint non incipiant procedere contra hos inſectantes.

Duodecima, contra iniuſte vexantes 99
(& id mandantes) excommunicantem, & eius familiam,vel amicos &,ſi eorum bona ob id iniuſte diripiant,niſi bona ablata reſtituant intra 7.dies. Et,ſi duobus menſibus perſeuerauerint in dicta excommunicatione,fit Papalis.

Decimatertia, contra inquiſitorem, vel 100
eius deputatum,qui odio,amore, fauore, aut lucro,agunt contra iuſtitiam, aut ſuā conſcientiam.

Decimaquarta, contra religioſum, etiā 101
non profeſſum, (ſi ſcienter, & non ſub ſpe ratihabitionis parochi faciat)ſine ſciētia præſumentem clericis, vel laicis miniſtrare ſacramentum vnctionis, euchariſtiæ,benedicere nuptias, & abſoluere excommunicatos à canone,etiam in articulo mortis;non autē,ſi adminiſtrat ſacramen-

tum pœnitētiæ, vel bapti mi, vel abſoluat excommunicatum ab homine .

Decimaquinta, ſi quis ſuadente Diabolo. eſt in Bulla .

103 Decimaſexta, in Clericum, vel religioſum, qui inducit, vt quis iuret, voueat, promittat eligere ſepulturam in ſua Eccleſia, vel non mutare electam .

104 Decimaſeptima , contra dominos temporales cogentes dicere diuinum officiū in loco interdicto ; & eos , qui præcone, ſonitu campanæ , tubicine , buccina conuocant populū ad talem locum; & eos, q prohibent, ne excommunicati, & interdicti à diuinis officijs eijciantur .

105 Decimaoctaua , abſoluentes prætextu priuilegij Sixti I I I. à quinque votis reſeruatis , peregrinationis in Hieruſalem , Romam , Compoſtellam , Religionis, Caſtitatis .

Decimanona, cōtra exenterantes mortuos , vt ſepeliant in loco alio ; ſecus , ſi alio fine fiat, vt ne feteant , vt in cadauere Regio propter honorem , vel ſi moriatē in terra infideliū , vbi nō eſt locus ſacer.

106 Vigeſima, contra dantes , aut recipientes ob ingreſſum Monaſterij, ſecus, ſi fiat ſine pacto, vel ob conſuetudinem , vel ob ius antiqnum, aut ſine præſumptione, animo bono, vel pro victu eius, etiam cum pacto, ob neceſſitatem; & Clemens 7. excuſat moniales . .

Vigeſimaprima, contra ſimoniacos reales

les in ordine, vel beneficio, & contra mediatores.

Vigeſimaſecunda, contra mendicãtes tranſeuntes ad non mẽdicantes, exceptis Carthuſianis, & admittentes eos.

Vigeſimatertia, contra promittentes, aut largientes, aut accipientes aliquid in curia Romana ad obtinendam iuſtitiam, vel promerendum gratiam alicuius rei.

Vigeſimaquarta, contra dicentes peccare mortaliter eum, qui tenet Beatiſſimã Virginem fuiſſe cõceptam in peccato, vel ſine peccato originali. 107

Vigeſimaquinta, contra delegatos ad cognoſcendum, an alienatio ſit in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, & auctorantes in alienatione. 108

Vigeſimaſexta, contra ingrediẽtes monaſteria monialium. 109

Et qui proferunt ſcripta in infamiam ſtatus ordinis prædicatorũ, vel minorum, vel docent, vel vim inferunt, vel detinent apoſtatã, &c. poteſt tamen abſolui in conſcientia à Prælatis ordinum.

Vigeſimaſeptima, contra peregrinãtes in Hieruſalem abſque licentia Papæ. 110

Vigeſimaoctaua, contra eum, qui appellat à Papa ad futurum Concilium, & qui conſulit eſſe licitum appellare; ſed, ſi cõſulit vt appellet, non; niſi ſequatur appellatio; & eſt in Bulla.

Vigeſimanona, contra Cardinales reue-

## *De excommunicationibus nulli reſeruatis, ex Sexto decretalium.*

121 VNdecima, contra clam alloquentes, vel literas, vel nuntium mittentes Cardinalibus in Conclaui ad eligendum Papam.

Duodecima, contra officiales tempore Conclauis; quæ raro accidit.

122 Decimatertia, contra iniuſte aggrauantes Eccleſias, vel Eccleſiaſticos, vel eorũ conſanguineos, eo quod rogati non eum elegerint, pro quo rogabantur.

123 Decimaquarta, contra noue vſurpãtes ius alicuius Eccleſiæ vacantis, & ob id aliqua bona illius capientes.

124 Decimaquinta, contra accerſitos in directores electionis monialium, ſi non temperent à rebus, ex quibus naſci vel ali poteſt diſcordia. Hinc collige, moniales poſſe vocare directorem, pro eligenda Abbatiſſa.

125 Decimaſexta, contra partem, quæ excitat ad procedendum, quãdo requiritur maior indagatio.

Decimaſeptima, contra eum, qui vi, vel metu, conſequitur abſolutionem, vel reuocationem excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis.

Decimaoctaua, cõtra eum, qui ex frau-

de facit, vt Iudex vadat ad accipiendum teſtimonium fœminæ.

Decimanona, contra compellentes Eccleſiaſticos ad ſubmittendum laicis iura Eccleſiæ, vel Eccleſias perpetuò, vel ad longum tempus in caſu prohibito. 126

Item, contra eos, qui plus accipiunt ex his, quam illis eſt permiſſum, ſi non deſiſtant.

Vigeſima, contra accipientes nouum habitum noui ordinis non approbati, aut nouum ordinem inſtituunt. 127

Vigeſimaprima, contra exigentes portorium, vel pedagium ab Eccleſijs. Hinc collige, quòd Eccleſia, vel Eccleſiaſtici, habentes prædiũ, ſi tranſportant fructus non cauſa negotiandi, non debent ſoluere gabellas. 128

Vigeſimaſecunda, contra impedientes iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quæ eſt in Bulla. 129

Vigeſimatertia, contra dominos prohibentes, ne ſui ſubditi vendant, vel in ſuo opere ſeruiant Eccleſiaſticis. 130

Vigeſimaquarta, contra religioſos ſine iuſta cauſa, & temerarie omittẽtes habitum, vt liberius alio vtantur ad malũ, licèt ſuum occultum geſtent. 131

Vigeſimaquinta, ex Concilio Tridentino nullus regularis prætendens ſe vi, vel metu ingreſſum religionem audiatur. niſi intra quinquennium à die profeſſionis: & nullus regularis transferatur ad 132

laxiorem ordinem, nec geſſet ſuum habitum occulte.

133 Vigeſimaſexta, contra religioſos euntes ad ſtudia extra ſine facultate ſuperioris, & maioris partis conuentus.

134 Vigeſimaſeptima, contra docentes religioſos medicinam, vel leges, dimiſſo habitu.

Vigeſimaoctaua, contra ſepelientes hæreticos, vel fautores, in loco ſacro, & debent eos foras extrahere.

135 Vigeſimanona, contra non obedientes Epiſcopis, & inquiſitoribus in inquiſitione hæreticorum, & non punientes ſibi traditos.

136 Contra interficientes Chriſtiános per aſſaſſinos paganos.

Trigeſima, contra clericos permittentes alienigenas feneratores in ſuis terris, vel eos adiuuantes.

Trigeſimaprima, contra concedentes, vel extendentes repræſalias ad Eccleſiaſticos, vel eorum bona.

Trigeſimaſecunda, contra nõ obſeruãtes ſtatutum de non percutiendo; vel hoſtiliter inſequendo Cardinales.

## *De Excommunicationibus nulli reſeruatis, ex Clementinis.*

137 TRigeſimatertia, contra impedientes, ne fructus beneficij capiant: & contra

tra rumpentes ſequeſtrum ordinarij ob latam ſententiam definitiuam in curia Romana; hæc rarò accidit.

Trigeſimaquarta, contra ſcienter ſepelientes in loco ſacro interdicto in caſu nō permiſſo, vel interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, vel vſurarios manifeſtos. 138

Trigeſimaquinta, contra religioſos p̃ſumentes ſibi appropriare decimas non debitas, aliarum Eccleſiarum, vel qui dolo non permittunt alios ſoluere.

Trigeſimaſexta, contra religioſos, qui petunt aulas Principum animo nocendi ſuis ſuperioribus, vel monaſterijs. 139

Trigeſimaſeptima, contra monachos, qui habent arma intra clauſtra monaſterij ſine licentia Abbatis; ſed in multis caſibus excuſantur.

Trigeſimaoctaua, contra impedientes viſitatores monialium in ſtatutis Concilij Tridentini, niſi, poſtquam impedierint, admoniti à viſitatore, deſiſtant. 140

Trigeſimanona, contra fœminas, quæ ſequuntur ſtatum beguinarum, vel de nouo inſtituunt; & contra religioſos adiuuantes conſilio, vel fauore; ſecus, ſi ſine regula viuāt cælibes in ſuis domibus, &c.

Quadrageſima, contra contrahentes in gradibus affinitatis, conſanguinitatis canonice prohibitis, vel cum monialibus. 141

Item, contra religioſos, & clericos cōtrahentes matrimonium, & inter eos ea-

dem ſcienter celebrantes.

142 Quadrageſima prima, contra inquiſitores, eorum commiſſarios, vel Epiſcopi, vel capituli, Sede vacante, ſumentes pecuniam, vel aliquid pretio æſtimabile illicite, prætextu ſui officij, vel qui ſcie͂ter confiſcant bona Ecleſiaſtica; & eſt caſus Epiſcopalis.

143 Quadrageſimaſecunda, contra officiales ſuſtinentes ſtatuta, vt ſoluantur vſurę, & ſolutæ non repetantur, & contra non eradentes è libris huiuſmodi ſtatuta iam facta, vel conſuetudines.

144 Quadrageſimatertia, contra mendicantes de nouo accipientes, vel mutantes habitationes, vel alienantes acquiſitas ante Concilium Lugdunenſe. Sed iam per Iulium ſecundum fuit facultas ampliata, & ferè excommunicatio hæc ablata.

145 Quadrageſimaquarta, contra religioſos, qui auertunt audientes à ſoluendis decimis debitis.

Quadrageſimaquinta, contra religioſos de induſtria non onerantes pœnite͂tes ſcrupulis de ſoluendis decimis; & poſtea nõ purgati hac negligentia concionãtur.

146 Quadrageſimaſexta, contra religioſos non ſeruantes interdictum validum, & generale, vel ceſſationem à diuinis, quam ſeruat Eccleſia cathedralis, vel matrix, vel parochialis, ſi tantum vna parochialis ſit; vel, ſi plures, & omnes obſeruent.

Qua-

Quadrageſimaſeptima, contra impugnantes litteras electi Papæ antequam coronetur. 147

Quadrageſimaoctaua, contra commentantes Clem. Exiui, ſuper regulam Sancti Franciſci.

Quadrageſimanona, eſt eadem cum 39. 148

Quinquageſima, contra imprimentes libros ſine licentia; ſed aboleuit, & Concilium renouauit.

Quinquageſimaprima, contra impedientes Legatos, & Nuntios Papæ, & eſt in Bulla Cenæ. 149

Quinquageſimaſecunda, contra alienātes, vel locantes bona immobilia, vel mobilia pretioſa Eccleſiæ vltra tres annos, & contra bona percipientes: ſed à paucis eſt recepta illa conſtitutio. 150

Quinquageſimatertia, contra raptores mulierum; cum multis pœnis.

Quinquageſimaquarta, contra cogentes ſubditos, vel alios minus libere matrimonium contrahere.

Quinquageſimaquinta, contra cogētes fœminas ingredi, vel egredi monaſteriū, & in eo fauentes, & ſcienter adſtantes actui.

Quinquageſimaſexta, contra impedientes ſanctas virgines accipere velum ſanctum.

Quinquageſimaſeptima, contra concedentes locum duello, cum pœnis.

Quinquageſimaoctaua, contra commit-

tentes duellum, & patrinos, cum alijs pœnis.

Quinquageſima nona, contra conſulētes in cauſa duelli, & contra ſpectantes duellum, ex Gregorio decimotertio; etiā prouocantes ad arma particularia, ideſt duellum ſine patrinis, & loco libero, &c. & auxiliantes, ac ſpectantes incurrunt.

Sexageſima, contra non habentes pro authenticis libros Bibliorum iuxta vulgatam editionem, & contemnentes Apoſtolicas conſtitutiones.

Sexageſimaprima, contra mulieres ingredientes clauſtra monaſterij, etiā monialium, & dantes licentiam, & admittentes, &c. & reuocantur omnia priuilegia, & prohibentur Epiſcopi, ne ingrediātur; niſi in caſibus neceſſarijs, cum paucis ſenioribus, ac perſonis religioſis.

Sexageſimaſecunda, contra male tractantes officiales Inquiſitionis, vel Epiſcopi: contra comburentes, vel rapientes ſcripturas, inuadentes loca, &c.

Sexageſimatertia, contra ſcientes crimen commiſſum, vel committendum in Cardinales, ſi non reuelant Ordinario, ſeu Papæ, opportune.

Sexageſimaquarta, contra accipientes ex priuilegio, vel conſuetudine fructus beneficij vacantis primi, vel vlterioris anni, & eſt reſeruata; & Epiſcopus ſuſpenditur, &, ſi ſint capitula, interdicuntur.

Sexa-

Sexageſimaquinta, contra Abbatiſſas; & Moniales exeuntes è Monaſterio qualis ex cauſa, exceptis nonnullis caſibus; ideſt magni incendij, lepræ, epidimiæ.

Sexageſimaſexta, contra captiuantes Chriſtianos habitantes in terris infidelium.

Sexageſimaſeptima, contra non obedientes inquiſitoribus Romanis generalibus.

## *DE SVSPENSIONE, quid, & quotuplex.*

SVſpenſio generaliter ſumpta, eſt prohibitio vſus officij, vel facultatis alicuius; ſed ſpecialiter pro cenſura Eccleſiaſtica, eſt cenſura, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel beneficij Eccleſiaſtici in totum, vel in partem, ad tempus, vel in perpetuũ quo ad partem, ob ſuam culpam, à Iudice, vel à lege. 151

Non poteſt ferri niſi ab habente iuriſdictionem Eccleſiaſticam exteriorem; & tantum in Eccleſiaſticos, eo ꝙ ſunt Eccleſiaſtici, & non alio reſpectu.

Prohibitio totius exercitij, officij, vel beneficij in perpetuum non eſt ſuſpẽſio; ſed depoſitio, vel priuatio.

Non poteſt ferri ob culpam alienam; ſed ob propriam, ſaltem venialem: vnde prohi-

prohibitio, ne quis celebret ob ſenectutem, vel infirmitatem; Prohibitio confeſſarij à celebrando, Prohibitio ne quis in peccato mortali celebret; non ſunt proprie ſuſpenſiones, ideſt, cenſuræ; & ita cõtraueniens non fit irregularis.
152

Nulla excommunicatio eſt ſuſpenſio; ſed eſt diuerſa cenſura prohibens cõmunicationem humanam Chriſtianam: & ſic excommunicatus in minori contraueniẽs non fit irregularis.

Irregularitas, depoſitio verbalis degradatio realis, non eſt proprie ſuſpenſio.

153 Diuiſio ſuſpenſorum, ideſt, alij quoad ſe tantum, alij quoad alios tantum, alij quoad ſe, & alios; eſt ſuſpenſionis generica, non ſpecificæ.

Nulla ſuſpenſio laici, vel clerici ab officio aduocãdi in foro Eccleſiaſtico, vel conferendi gradus conceſſo per Regem, eſt propria.

154 Suſpenſio eſt triplex; primo, officij, & beneficij ſimul; ſecundo, officij tantũ, vel partis eius; tertio, beneficij, vel res pertinentis ad illud tantum.

Item eſt duplex, à iure, vel ab homine.

## *De Suſpenſione à iure ipſo facto.*

PRima, presbyter, diaconus notorius fornicarius eſt ſuſpenſus dum eum non pœniteat; &, ſi ante ſuam pœnitentiã vtitur

tur ſuo ordine, fit irregularis irregularitate reſeruata Papæ. non loquitur de irregularitate, quæ ſequitur peccatum magnum notorium dignũ depoſitione, quia talis eſt Epiſcopi.

Secunda, ſuſpenduntur clerici tantum, qui eligunt Epiſcopum illegitimum, vel non legitima ætate, ſcientia, moribus. 155

Tertia, ſuſpenduntur præſumentes accipere ordinem ſacrum ſine legitima facultate, vel ætate, vel extra tempus, &, ſi eo vtantur, fiunt irregulares; non cõprehenditur ordinatus bona fide, ideſt putãs ſe eſſe legitimum.

Item, licèt mala fide ſit ordinatus, tamen poſt pœnitentiam ſi bona fide exercet ordines, non fit irregularis.

Quarta, clericus prouocãs ad duellũ, vel ſi acceptat prouocationem, & deſcendit in arenam, eſt deponendus, ſed non ſuſpenſus, contra Siluestrum, & Tabienam. 156

Quinta, excõmunicans ſine debita admonitione, eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ.

Sexta, qui excommunicat, vel interdicit, aut ſuſpendit ſolo verbo ſine ſcripto, aut expreſſa cauſa vel requiſitus non dat copiam, eſt ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officijs.

Septima, capitula, & ſingulæ perſonæ vſurpãtes aliqua bona in ſede vacãte, collegiata, vel Epali relicta à defuncto, vel

collecta

collecta tempore vacationis ex quocumque emolumento, etiam ex ſigillo, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio.

157 Octaua, ſimiliter Epiſcopi, qui idem faciunt ſine priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ; inferiores vero ab officijs, & beneficijs.

Nona, conſeruator Sedis Apoſtolicæ ſcienter cognoſcens cauſas non notorias, ſuſpenditur per annum ab officio.

Decima, iudex Eccleſiaſticus non Epiſcopus, qui iniuſte contra conſcientiam pretio, amore, timore, vel odio aggrauat partem, ſuſpenditur per annum ab officio.

Vndecima, exemptus, qui admittit ad diuina officia, aut ſacramenta, aut ad Eccleſiaſticam ſepulturam excõmunicatos, aut interdictos publicos, ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ.

Duodecima, mẽdicantes admittentes aliquem ad profeſſionem ante finitũ annum probationis, ſunt ſuſpenſi.

Decimatertia, clericus beneficiarius, vel in ſacro ordine, qui ſine iuſta cauſa geſtat veſtem diuerſorum colorum, eſt ſuſpenſus per ſex menſes; &, ſi eſt in prima tonſura, vel in minoribus, eſt inhabilis ad beneficia ad ſex menſes.

Decimaquarta, religioſus adminiſtrator ſine neceſſitate, vel facultate alienans bona religionis ad longum tempus, eſt

ſuſpen-

ſuſpenſus; ſi ad breue tempus, non, ſed eſt excommunicatus.

Decimaquinta, qui ordinatur ſine pa- 158
trimonio, cum pacto non petendi victum ab Epiſcopo, vel non petendi aliquid de beneficio præſentato, eſt ſuſpenſus Papaliter; vel cum patrimonio, vel promiſſo, ſeu donato cum pacto non petendi eſt ſuſpenſus, ſecus ſi ſine pacto, & poſt ordinationem retrocedit.

Decimaſexta, ſuſpéditur Epiſcopus ordinans clericum religioſum cum voto religionis temporali, non perpetuo, & abſque titulo.

## *Quis, cur, quomodo poteſt ſuſpendere, & ſuſpendi, & abſolui; & pœna contrauenientis.*

PRimò, qui poteſt excommunicare, po- 159
teſt ſuſpendere; & tantum Eccleſiaſticus poteſt ſuſpendi; & ſuſpenſio eſt facienda ſcripto; &, ſi eſt ob contumaciam, debet præcedere monitio; ſecus, ſi ob pœnam; & poteſt ferri ob quodlibet peccatum mortale, & etiam ob veniale.

Secundò, ſuſpenſio, vt excommunicatio, poſt legitimam appellationem eſt nulla.

Item, ſubſequens appellatio, eam non ſuſpendit.

Tertio, ſuſpenſus ab aliquo actu nõ eſt ſuſpen-

ſuſpenſus ab alijs non annexit: vt, qui à iuriſdictione, non eſt ab ordine; & contra, &, qui eſt à beneficio, non eſt ab ordine, vel iuriſdictione non annexa; &, qui ab officio, non eſt à beneficio, niſi ſuſpenſio tacite ſit priuatio; Vnde beneficiarius ſuſpenſus, qui factus eſt presbyter ante annum 25. non perdit fructus beneficij, & iã ſi ſit ſuſpenſus ab officio.

161 Quarto, ſuſpenſus tantum ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt excommunicare, & abſoluere; ſuſpenſus à beneficio, & officio ſimul, eſt ab vtroque; ſi vero ab vno, vel altero diuiſim, à nullo illorum eſt ſuſpenſus.

Quinto, Epiſcopi non incurrunt ſuſpẽſionem generaliter latam; niſi fiat mentio ſpecialiter de illis: non ſic in excommunicatione.

Sexto, ſuſpenſio poteſt ferri, & tolli quibuſuis verbis (non enim habet certam formam) id ſignificantibus: verum communiter, quomodo abſoluatur certa, & quomodo incerta, vide ibi. Item, qualibet ſuſpenſio lata pro tempore certo, vel facto, tollitur lapſo tempore, vel ipſo facto, abſque vlla abſolutione.

162 Septimo, ſuſpenſio lata ob contumaciam, & non in pœnam, poteſt tolli ab Epiſcopo, vel eius vicem gerente; ſed lata in pœnam peccati, à ſolo Papa: verum, ſi ſit lata ob adulterium, vel alia minora delicta, poteſt Epiſcopus: quæ autem

lata

lata eſt ab homine, tollitur tantum à ferente, vel à ſucceſſore, vel ſuperiore. Ab hac regula non excipiuntur ſuſpenſi ob contumaciam, quod ſepeliant hæreticos, vel eis ſacramenta adminiſtrent, nec degradati, nec conferens indignis beneficium.

Octauo, violans ſuſpenſionem ſtrictè ſumptam, peccat mortaliter; &, ſi exercet actum aliquem peculiaris alicuius ordinis, etiam minoris, fit irregularis; ſecus, ſi actus non eſt peculiaris ordinis. Hinc inſeruntur aliqua, vt: 163

Epiſcopus ſuſpenſus, & celebrãs in apparatu Pontificali, fit irregularis.

Suſpenſus pſallens in choro, non fit irregularis.

Suſpenſus à perceptione ſacramentorum, ſi ea percipiat, non fit irregularis, licèt peccet mortaliter.

Neque, qui eſt ſuſpenſus à collatione eorum, & ea dat non ex ordine, ſed vt laicus.

Sacerdos ſuſpenſus ab officio ſacerdotis, ſi miniſtrat in ordine inferiori, nõ peccat, neque eſt irregularis.

Suſpenſus à beneficio, ſi eligat non iure beneficij, non fit irregularis, neque peccat.

Suſpenſus ab officio, ſi eligat, vel acceptat electionem de ſe factam, peccat, ſed non eſt irregularis.

Suſpenſus à prædicando, ſi prædicat; peccat,

peccati, & fit irregularis; ſecus, ſi celebret.

Suſpenſus denunciatus eſt euitandus in diuinis officijs, ſub pœna peccati mortalis.

## DE INTERDICTO, *quid, & quotuplex.*

164 INterdictum ſtricte ſumptuum, eſt cẽſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, ſacramenta, & ſepultura actiuè, & paſſiuè, exceptis aliquibus.

Interdictum cum excommunicatione, & ſuſpenſione; conuenit in multis; vt, quòd ſit cenſura ferenda in ſcriptis cum cauſa expreſſa in eis, quam præcedẽs appellatio annullat, ſubſequens vero non.

Quando fertur ob cõtumaciam, debet præcedere admonitio; ſecus, ſi ob pœnã, & ſine canonica admonitione: eſt nulla, cum fertur ab excommunicato cõtra participantes cum excommunicatis à ſe.

Impedit à diuinis, & in eius abſolutione iuratur.

Non poteſt ferri ab ordinario in filios ſpeciales Papæ, & eſt obſeruanda à ferente.

165 Differt ab illis in multis, vt directè priuat ſacramentis, & diuinis officijs. Epiſcopus non incurrit interdictum, & ſuſpenſionem à iure, niſi exprimatur: verum

rum vniuerſitas poteſt ſuſpendi. & interdicti interdum ad diuina officia admittũtur, excommunicati nunquam.

Interdum fertur ſine culpa propria, ſed ob alienam.

In cuius abſolutione non requiruntur alia verba; vt, ſi fertur, donec quid fiat, illo facto ceſſat.

Interdictum triplex. primo, locale tantum; ſecundo, perſonale tantum; tertio, locale & perſonale: & quodlibet poteſt eſſe generale, vel particulare, vel mixtum. 166

Interdictum generale loci non includit populum; nec illud populi includit locum: vnde, quando interdicitur locus, populi in alio loco poſſunt audire ſacrum. Quando interdicitur populus, in eo loco poſſunt exteri audire ſacrum ianuis etiã patentibus. 167

Interdicto clero, non interdicitur locus, & laici.

Interdicto populo, non comprehenduntur clerici: interdictum ciuitatis cõprehendit ſuburbia, ad arbitrium Iudicis; ſic interdictum Eccleſiæ claudit ſacella, & cœmeteria contigua: interdicta Eccleſia, non clauduntur clerici, nec econtra.

*Quis,*

## *Quis, cur, quomodo poteſt interdicere, & interdici.*

168 QVi poteſt excommunicare, vel excõmunicari, ſuſpendere, vel ſuſpendi, poteſt interdicere, vel interdici. Locus poteſt interdici.

Item vniuerſitas, & tunc claudũtur ſingulæ perſonæ etiam inſontes; poteſt enim quis interdici pro culpa alterius.

Non ſoluere debitum, non eſt culpa, vt feratur interdictum generale, ſine mandato ſpeciali Papæ; eſt tamen culpa, vt feratur in particularem Eccleſiam, non parochiam.

Infans, lactens, & amens includuntur interdicto.

Vniuerſitas, faciens ſoluere portoria illicita clericis, ipſo facto eſt interdicta.

160 Vniuerſitas, faciens, vt capiatur, percutiatur, in exiliumq́; mittatur ſuus Epiſcopus, &c. ipſo facto interdicitur.

Illa vniuerſitas, cuius dominus impedit ingreſſum, vel negocia Nuncij Apoſtolici, eſt interdicta.

Quando fertur interdictum locale generale ob delictum populi, fertur etiam perſonale generale totius Populi; ſecus, ſi fertur tantum ob delictum ſolius domini, & nihil aliud exprimitur.

Fertur particulare locale Eccleſiæ, quando vniuerſitas facit, vt capiatur, percutiatur,

cutiatur, vel exulet ſuus Epiſcopus.

Et quando Clerici, vel couentus Eccleſiæ, nolunt reſtituere corpora, vel monumenta eorum, quos in ea ſepelierant; ſi inducti ab eis iurauerant, ſe electuros ſepulturam in eorum Eccleſijs.

Interdictum particulare perſonale tantum includit perſonas nominatas in eo, & actus in eo expreſſos: ſi nulli exprimãtur, intelliguntur omnes vetiti. 170

Si Petrus interdicitur quo ad altare, poteſt facere reliqua: ſi quo ad ingreſſum Eccleſiæ, prohibentur etiam omnia diuina officia, quæ fiunt intra illam, non quæ fiunt in alio loco, poteſt tamen in Eccleſiã introire, quando non aguntur diuina officia, & poteſt orare. Item poteſt tranſire per eam, quãdo fiunt diuina officia: quia hoc non eſt ea audire.

## *Quæ prohibentur interdicto, & tempore interdicti.*

Per quodcumque interdictum prohibentur omnia diuina officia, ſacramẽta, & ſepultura. Eccleſiaſtica, niſi aliter permittantur atque ita prohibentur omnia exercitia ſpecialiter deputata alicui ordini; vt, ſubdiacono, dicere epiſtolam ſolenniter cum manipulo; diacono, Euangelium; acolyto, offerre vrceolos; presbytero, dicere Miſſam, vel agere hebdomadarium in matutina, & alijs horis 171

ris canonicis, Epiſcopis, ordinarc. quę ſint diuina officia, vide ibi, nu 172.

173 Poteſt celebrari vna Miſſa ſingulis heb domadis pro renouādo ſacramento; immo & plures, ſi opus eſt, pro infirmis; & in loco generaliter interdicto poſſunt celebrari omnia officia, vt prius, ſed ianuis clauſis; ſummiſſa voce, ita, vt non audiantur a laicis; (hoc enim principaliter prohibetur;) non pulſatis campanis; excluſis excommunicatis, interdictis, & non habentibus priuilegium iuris communis, vel particularis.

174 Hæc non valent in loco particulariter interdicto; & ad officia hæc poſſunt admitti omnes clerici etiam primæ tonſuræ cuiuſcumque Eccleſiæ, dummodo non ſint cauſa interdicti; non tamē clerici coniugati, niſi in contrarium eſſet conſuetudo præſcripta, qui cum cæteris omnibus non habentibus priuilegium non ſunt admittendi ad offerendum in medio Miſſæ, neque illis danda eſt pax, neque aperiendum foramē, per quod videant ſacramētum; neque eos poteſt ſacerdos aſpergere aqua benedicta: licèt ſacerdos poſſit benedicere aquam, & vt laicus dare eis, & ipſi poſſunt accipere aquam benedictam in ingreſſu Eccleſiæ.

Clerici poſſunt accipere funeralia, & quæ pro mortuis offeruntur, licèt interdictis, & ſepultis extra Eccleſiam, ſi deceſſerunt in pœnitentia; & poſſunt pro eis

eis rogare.

In interdicto generali duo, vel tres ſimul in quocumque loco, etiam in Eccleſia poſſunt recitare officium; adhibendo tamen curam, ne audiantur à non habentibus priuilegium. & non intelligitur de interdicto particulari. 175

Interdicto non prohibetur oratio matutina, meridiana, & veſpertina, quam vocant Aue Maria; neque benedictio menſæ; neque prædicatio, vel explicatio Scripturæ; neque oratio priuata in Eccleſia; neque dare, vel accipere aquam benedictam in ingreſſu Eccleſię; neque quòd laici cantent litanias, & ſua officia in Eccleſijs ſuarum confraternitatum; neque excommunicare, vel abſoluere excommunicatum ſine ſolemnitatibus, & ſine ſtola; neque adoratio Crucis feriæ ſextæ in paraſceue: neq; commendatio animarũ, & c. neque alia ſimilia: quia non ſunt diuina officia. 176

Laici durante interdicto non debẽt ſepeliri cum officio diuino, neque in loco ſacro. At, ſi, eo durante ſepeliuntur in loco ſacro, non ſunt extrahendi.

Clerici poſſunt ſepeliri in loco ſacro tẽpore interdicti ſine ſolẽnitatibus, ſi illud ſeruarunt, etiam ſi ſint coniugati cum vnica, & virgine; ſi præualuit conſuetudo, vt poſſint intereſſe etiam diuinis officijs, ſicut non coniugati.

Litanias tempore interdicti dicere in

proceſſionibus cum Cruce eleuata, & ſolemnitatibus,non licet clericis,neque laicis:ſed multo minus clericis.

177 Campanæ, vel campanulæ non poſſunt pulſari ad horas canonicas : ſed poſſunt ad Aue Maria , & ad oſtendendas reliquias,ad conciones,& ad aliud, quod nõ ſit officium diuinum .

Tempore interdicti epiſcopus non poteſt publice benedicere ſolemniter cum baculo, & verſu, Adiutorium noſtrum;neque benedicere Abbaté, Abbatiſſam, corporalia, ornamenta Miſſæ, vela monialiũ; neq; conſecrare virgines, calices, altaria; neque ipſe , vel parochus poteſt benedicere aquam , neque candelas in Purificatione, neque palmas, & ramos in Dominica palmarum, quia ſunt diuina officia:ſed hæc poſſunt fieri ianuis clauſis .

178 Sacramenta, & ſacramentalia, quæ ius tacite, vel expreſſe permittit, ſunt permiſſa in loco interdicto; vt baptiſmus, catechiſmus, exorciſmus, chriſma, confirmatio , conſecratio chriſmatis , conſecratio olei baptizandorum, ſacramentum pœnitentiæ; dummodo non fuerint excommunicati , vel interdicti , vel ſua culpa cauſa interdicti, vel conſilium, fauorem, auxiliũ dederint delicto, pro quo eſt interdictum; niſi ſatisfecerint , ſi poſſint , aut dederint cautionem idoneam, iurando pro ſatisfactione. Item, viaticum tantum, & non aliter, etiam clericis ; & tunc poteſt pulſari cam-

campanula, & oſtendi ſacramentum, vbi mos eſt. Item matrimonium; ſed non benedictio nuptiarum, neque extrema vnctio; etiam clericis, & religioſis; neque ordinare in loco interdicto. 179

Priuilegium audiendi diuina officia tẽpore interdicti valet pro ſe, & ſuis tantũ vere familiaribus, vt qui eum de more honeſte comitatur ad eccleſiam, & nõ alijs. Verum non valet ei, ſi fuit cauſa interdicti; vel eius culpa, vel fraude fuerit pôſitũ interdictum, aut factum delictum, quod fuit cauſa interdicti. 180

Priuilegium collegij valet pro collegis: ſic Clericus priuilegiatus poteſt celebrare cum famulo, licèt de nouo aſſumpto inſeruiente ſacro. 181

Religioſi priuilegiati pro confratribus poſſunt admittere addictos ſuæ religioni in habitu, licèt maneant extra monaſterium, vel ei ordini bona dederint, donatione inter viuos.

Qui tempore interdicti poſſunt admitti ad officia, poſſunt ſepeliri in cœmeterio.

Omnia officia ſolemniter poſſunt fieri in feſtis Natiuitatis, Paſchæ, Aſſumptionis Beatæ Mariæ; non tamen in octauis, ſine præfata moderatione, excluſis excommunicatis, non excluſis interdictis; &, quorum culpa fuit poſitum interdictum, non accedant ad altare. Item in feſto Corporis Chriſti, & octaua. In die Conceptionis, & octaua, vbi dicitur 182

officium eius ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolum: & in his feſtis ſuſpenditur interdictum à primis veſperis vſque ad completorium diei incluſiue, vel octauæ; & tunc omnia fieri poſſunt.

183 In ſuſpenſione interdicti poteſt fieri id tantum, ratione cuius ſuſpenditur; & eo tempore tantum, quo ſuſpenditur.

187 Nemo noſtra ætate tenetur ſeruare interdictum, niſi denunciatum; nec quando in ſe eſt nullum, & nullitas eſt ſufficienter publicata. eſt autem interdictum nullum regulariter in his caſibus, in quibus excõmunicatio eſt nulla; de quibus ſupra: religioſi tamen debent illud obſeruare, ſi eccleſia matrix illud obſeruat.

Laicus audiendo Miſſam, & alia officia etiam à ſacerdote peccante eam dicendo, vel cum aliquo perſonaliter interdicto, non violat interdictum etiam validũ, & denunciatum: ſed tamen in 4. caſibus peccaret mortaliter, ſed non fieret irregularis. Primò, ſi ſit ipſe perſonaliter interdictus. Secundò, ſi expreſſe, vel tacite eſt cauſa, cur illa dicantur. Tertiò, ſi dicit alia officia, qualia clerici dicendo violarent. Quartò, ſi mentiendo ſe priuilegiatum, intrat ad diuina officia prohibita.

Monachi, & moniales ſine ordine, ſi faciant officia prohibita clericis, peccant mortaliter, & priuantur voce actiua, & paſſiua, etſi non fiant irregulares. Item,

clerici violando peccant mortaliter,ſed, an ſint irregulares, ſupra cap.25.

Ceſſatio à diuinis, eſt deſiſtentia à diuinis officijs,& ab adminiſtratione ſacramentorum: quæ vel eſt generalis,vel particularis; & differt ab interdicto: priuilegium pro interdicto non valet pro ceſſatione,neque contra. Et litteræ, in quibus ponitur ſimul ceſſatio, & interdictum, ſunt diligenter ponderandæ, & ratione transgreſſionis, & ratione ſummi Pontificis. 188

## DE IRREGVLARITATE.

IRregularitas eſt impedimentum inductū à iure canonico,directe impediens acceptionem ordinum Eccleſiaſticorum, aut aliquem vſum eorum, quatenus ſunt ordines,etiam poſt pœnitentiam: nō enim omnis irregularitas impedit vſum, & aliqua non omnem vſum ordinis. 191

Irregularitas non eſt cenſura Eccleſiaſtica; & ſic differt à ſuſpenſione: nec omnis excommunicatus,ſuſpenſus,vel interdictus,eſt irregularis.

Irregularitas diuiditur in quinque ſpecies, ſumptas ex quinqne generibus defectuum: Primò,ſacramenti; ſecundo,corporis; tertio,animæ; quarto,lenitatis perfectæ; quinto,delicti. 192

Nulla irregularitas incurritur ſola voluntate faciendi, niſi fiat id, ob quod po-

nitur: & ſic nulla eſt mentalis.

In foro exteriori nemo in dubio, eſt iudicandus irregularis; ſecus, in interiori, vel in conſilio dando.

194 Irregularis celebrans, licèt peccet mortaliter, tamen non incurrit nouam irregularitatem.

Poteſtas abſoluendi à peccatis, etiam quæ datur per bullas, non extenditur ad diſpenſationem irregularitatis,

Nemo fit irregularis, niſi in caſibus à iure expreſſis.

Irregularitas occulta æquè nocet conſcientiæ, ac publica: & vtraque æquè indiget diſpenſatione.

Qui tacens occultam irregularitatem ordinatur, vel impetrat beneficium, debet occulte diſpenſationem impetrare. &, ſi ſcienter accepit poſſeſſionem, & ſic per intruſionem factus eſt inhabilis ad illud, debet de hoc mentionem facere in impetratione: vel, ſi non erat beneficium reſeruatum Papæ, debet impetrare habilitatem à Papa, & clam impetrare collationem ab ordinario.

Excepto homicidio voluntario epiſcopus poteſt diſpenſare in omni irregularitate deſcendente ex delicto occulto, non deducto in forum contentioſum, ex Concilio Tridentino, ſeſſione 24. capitulo 6, non poteſt epiſcopus diſpenſare ſuper alia, vt ſuper deſcendente ex illegitimitate.

*De*

## *De prima ſpecie irregularitatis, ex Bigamia.*

BIgamia eſt ſtatus coniugati cum duabus coniugibus, ſiue ante baptiſmũ, ſiue poſt. & impedit ſuſceptionem ordinum. 195

Bigamia eſt triplex. Prima, vera, quando cognouit duas vxores veras ſucceſſiue. Secunda, interpretatiua, ideſt, ſi contrahit cum vidua vel alia per alium corrupta; vel, cum virgine, quæ adulteretur, & eam cognoſcit poſt adulterium, licèt ignorans; aut cum vna valide, & cum alia inualide; vel cum vtraque inualide ob aliquod impedimentum.

Tertia, ſimilitudinaria, id eſt, quando quis ordine ſacro, vel voto ſolemni adſtrictus contrahit cum aliqua, & conſummat. Qui non eſt in ſacris, ſi contrahit cum corrupta, ſed inualide, non fit irregularis.

Vxoratus cum virgine, ſi habet concubinam, non incurrit; neque qui contrahit cum deſponſata alteri per verba de præſenti, modo illa ſit virgo: neque qui cum multis contrahit, ſed tantum cum vna habet copulam. 196

Contrahens cum virgine ſcurrili, ſerua, aut publica fabularum actrice, non eſt bigamus; ſed ea mortua non debet ordinari. Papa poteſt diſpenſare cum bigamis 197

ad ordines; quamuis in vera non ſoleat ſine magna cauſa diſpenſare.

In vera, & interpretatiua nemo poteſt diſpenſare, præter Papam; in ſimilitudinaria vero cum virgine, poteſt epiſcopus.

## De ſecunda ſpecie irregularitatis, ex defectu corporis.

198 DEfectus cuiuſlibet membri principalis etiã occulti, vt ſunt pudẽda, proueniens ob culpam, facit irregularem. vt, ſi in pœnam alicuius delicti, quamuis ab inimicis fuerint abſciſſa pudenda: & multo magis, ſi iure abſciſſa fuere.

Qui partem membri ob indignationem ſibi abſcidit; licèt non amiſerit facultatem naturalem bene celebrandi, ſi eſt notorium, quod ob indignationem hoc fecit, eſt irregularis; ſecus, non.

199 Imbecillitas vel defectus membri contingens ſine ſua culpa, & non impediens celebrationem, non facit irregularitatem: vt, ſi fiat à Medico, ab infidelibus, ab inimicis, ſine ſua culpa, vt natus ſine pudendis, vel caſtratus; vt claudus, cui ſcipio in altari non eſt neceſſarius; vt macula oculi non priuans, vel non notabiliter deformans; vel nimia magnitudo alterius, vel vtriuſque oculi non notabiliter; vt gibbus, &c.

Mono-

Monoculus eſt irregularis : ſed carens viſu oculi dextri, qui alijs videtur ſanus, & ſiniſtro quantum ſat eſt ad celebrandũ videt, non eſt irregularis; immo nec eſt irregularis, qui, amiſſo viſu oculi ſiniſtri, cũ dextro legere poteſt canonem ſine nimia, & indecora conuerſione faciei ad populum.

Eunuchi non debent ſecum geſtare arefacta pudenda. 200

Quilibet defectus cuiuſuis membri inhabilitans ad ſacrificandum, vel notabiliter deformans, ſiue ſit cum culpa ſua, ſiue ſine culpa ſua facit irregularem : ſimiliter membrum ſuperuacaneum, vel nimis grãde. Ad epiſcopum tantum ſpectat iudicare de defectu, vel deformitate, an ſit notabilis; & non ad alios prælatos, licèt ordinandus ſit religioſus. Defectus, vel deformitas inhabilitans ad vnum officium exercendum facit irregularem ad illud, & non ad aliud, v.g. ad Miſſam celebrandam, & non ad abſoluendũ; ſed intelligitur, quod defectus fuerit ſine ſua culpa, & poſt ordines ſuſceptos.

In hac irregularitate ſolus Papa diſpenſat.

Omnis illegitimus, licèt occultiſſimus, eſt irregularis; &, ſi credit matri id dicenti, debet occulte petere legitimationem; ſed, ſi non credit, non tenetur 201

In prædicta irregularitate illegitimationis ſolus Papa diſpenſat ad ordinem

ſacrum, dignitatem, beneficium curatum: ſed ad ordines minores, & ad vnum beneficium ſimplex, poteſt epiſcopus.

202 Defectus ætatis facit irregularem. ſed, quæ ætas requiratur ad ordines, ſupra, capit. 25. num. 68. & qui ordinatur ante ætatem, habet characterem, & priuilegia cóſequentia characterem; ſed non habet executionem ordinum, & priuilegia eam conſequentia.

In prædictis ſolus Papa diſpenſat: & priuilegia regularium poſt Concilium Tridentinum ſunt excluſa.

Lepra facit irregularem ad ſuſceptionem ordinum, & ad vſum ſuſceptorum: idem facit quælibet infirmitas, quæ eſt cũ notabili ſcandalo vſui ordinum. & ſolus Papa diſpenſat.

203 Qui habet morbum caducum, energumenus, arrepticius, & obſeſſus à dęmone, eſt irregularis; & ſolus Papa poteſt diſpenſare; &, qui ſemel hoc morbo eſt affectus, licèt poſtea ſanus videatur, tamen ſemper eſt irregularis; &, ſi eſt ordinatus, ſi ſæpe decidit, vel raro, ſed ſpumas ore vomat, non poteſt celebrare; ſi ſecus, poteſt, ſed cum adiutore parato perficere Miſſam inceptam in defectu illius: obſeſſus vero à dæmone nunquam debet celebrare. Quod dicitur de morbo caduco, eſt dicendum de lunatico, amente, & furioſo.

Hermaphroditus, ſi ſexu fœmineo magis,

gis, quam virili, præſtet, non eſt capax characteris: ſed ſi pollet magis virili, quam fœmineo, etiam ſi ſit capax; tamen nō debet ordinari. & ſolus Papa diſpenſat.

Seruus eſt irregularis: tamen cum facultate ſui domini poteſt ordinari, & fit liber: ſi ſine facultate ordinetur in minoribus, remanet ſeruus, vt prius; ſi in diaconatu, vel ſubdiaconatu, poteſt ſe liberare ſoluto pretio, vel dato alio ſeruo ſimili; ſi in presbyteratu, manet liber, dato peculio, aut redimendo ſe: ſi neutrum poteſt, ſatisfaciat, præſtando domino obſequia non dedecentia presbyterum.

Infamis infamia facti, vel iuris, eſt irregularis: ſed in infamia iuris ſolus Papa diſpenſat, niſi epiſcopus diſpenſet ſuper delicto, quod poteſt, & acceſſorie infamia dematur: in infamia facti epiſcopus diſpenſat, & aliqua tollitur ſola pœnitentia iuſta, & emendatione vitæ. 204

Qui vinum nō poteſt bibere, quin euomat, eſt irregularis; cum quo Papa nō poteſt diſpenſare, niſi tenens ſe poſſe diſpenſare cum celebrante, vt non ſub vtraque ſpecie ſumat. poteſt tamen promoueri ad ordines minores.

## *De tertia irregularitatis ſpecie, ex defectu animæ.*

PEnitus idiota eſt irregularis ad ordines: & ſcientia requiritur pro qua- 205

litate ordinis, in Concilio Trident. ſeſſ. 23.cap.11.

Papa in hoc defectu raro aut numquā diſpenſat directe; ſed indirecte, diſpenſando ſuper ætatem.

Non baptizatus, licèt ſit catechumenus, & ſanctus, eſt irregularis, & non eſt capax ordinum. ſed hæreticus, ſeu fautor hæreticorum, licèt ſit conuerſus, non ordinatur; neque filius hæretici in linea virili vſque ad ſecundam generationem, in fœminea vſque ad primam: neque Saracenus, Iudæus, Paganus, etiam recenter conuerſus, & baptizatus; non ſic de nouo Chriſtiano, vt vulgus vocat, niſi aliter ſit ſtatutum alicuius particularis Eccleſiæ/cum his ſolus Papa diſpenſat; non tamen poteſt in non baptizatis, & perpetuo amentibus.

## *De quarta ſpecie irregularitatis, ex homicidio iuſto, & defectu leuitatis.*

206 HÆc naſcitur ex occiſione, vel mutilatione alicuius membri in caſu licito; quia non videtur imitari manſuetudinem CHRISTI.

Illa pars hominis dicitur membrum, quæ habet officium per ſe diſtinctum, vt manus, pes, auris; non ſic digitus: nam amiſſo vno digito, ſi poteſt commode cele-

brare,

brare, nō eſt irregularis: ſic ſoli teſticuli non ſunt membrum; licèt, ſi eos ſua culpa amiſit, non poſſit ordinari.

Interficere, & membrum abſcindere, ſunt paria in hoc caſu; ſed abſcindere mēbrum, & illud debilitare, non ſunt paria: quia ex hoc non eſt irregularis: irregularitas enim tantum in caſibus iure expreſſis reperitur. 207

Ob breuitatem pro (occidere, & mutilare) vtemur verbo (deformare) in poſterum. 208

Omnis baptizatus deformās hoiem in caſu licito, præterquā in infirmitate, aut dans cauſam propinquam deformandi aliquem, aut ſaltem, vt citius deformetur, quam aliàs deformaretur extra neceſſitatem ineuitabilem ſuæ vitæ defendēdę, eſt irregularis. 209

Cauſa propinqua in hoc eſt dictum, vel factum licitum, directum ſufficienter in deformationem inde ſecutam. Quare non ſufficit minimus ictus, vel qualiſcunq; generalis intentio. 211

Hinc exhortās milites in generali ad bellū iuſtū, vel victoriā, non fit irregularis; ſic etiā neceſſitas excuſat, vt, quando aliter euadere non pōt, niſi deformādo; &, licèt ad euitandum peccatū non teneatur fugere; teneť tñ fugere ad euitandā hāc irregularitatē; dūmodo fuga non ſit ei periculoſa: &, ſi mutilatio ſequitur non ob meum dictum, vel factum, non ſum irregularis:

gularis: ex his inferuntur ſequentia.

212 Eſt irregularis iudex iuſte procedens, accuſator, promotor fiſcalis, teſtis, notarius, ſcribens, pronuncians, publicans ſententiam, ſcribens teſtimonia, ſcribens litteras, quibus deformatio imperat, agens, aut procurans contra reum, vel agens ꝑ reo, & vincens cum condemnatione talionis, & quilibet alius officialis.

Qui ſe aliter defendere non poteſt, ꝙ præbendo arma alteri, à quo defendatur, ſi ſequitur deformatio, nõ fit irregularis.

Dans arma non valenti aliter ſe defendere, ſi illis armis præterea occiditur inuadens, fit irregularis, & multo magis, ſi non dat arma, ſed inuadentem occidit, vt alium defendat.

213 Eſt enim irregularis, qui deformat aliũ ob iuſtam defenſionem vitæ alterius, etiã patris, aut matris, vel ciuitatis, vel in bello iuſto, vel ne exercitus iuſti belli fugiat, & multo magis ob defenſionem iuſtam ſui honoris, vel bonorum, vel alterius: tantum enim excuſatur in neceſſitate ineuitabili ſuæ perſonæ.

Qui etiam clerici denunciant iudicibus proditiones, homicidia, & alia delicta, cũ proteſtatione, vt ſolum impediantur mala, & non affligantur pœna aliqua, non incurrunt, dummodo id ſciant extra confeſſionem, ſecus, ſi accuſant coram iudice ob alienas iniurias, etiam cum proteſtatione dicta, niſi eos denuncient ad euitanda mala,

la,quæ imminent, cum prædicta proteſta-
tione.

Qui etiam clerici accuſant de crimine, 214
quod non meretur deformationem,& ita
credunt; & tamen iudex,vel ob alias ac-
cuſationes,vel iniuſte illum deformat,nõ
incurrunt.

Clerici, & religioſi, qui interſunt de-
formationibus, quæ fiunt,non concurren-
do aliquo modo vt fiant,vel vt citius fiãt,
non incurrunt; tamen clerici in ſacris, &
beneficiarij, ſi interſint ſine cauſa ratio-
nabili, vel conſolandi, vel audiendi con-
feſſiones, peccant.

Clericus in bello iuſto adhortando ad 215
victoriam generaliter, & efficiendo ope,
& hortatu, vt comilitones multos occi-
dant: immo & percutiendo proprijs ma-
nibus,dummodo per ſe non deformet,nõ
ſit irregularis: ſi autem per ſe deformet,
incurrit, quia neceſſitas defendendi pa-
triam,cognatos, & alios excuſat à pecca-
to,non ab irregularitate.

Præbere arma, vel præire in bello, ali- 216
quando facit irregularem, ideſt, quando
eſt cauſa propinqua, aliquando non, vt,
quando dicunt generaliter ad bellantes,
vt vincant, ſine intentione particulari, vt
hunc feriant. Et omnes canones,qui viden
tur contrarij, intelliguntur, ſi dant cum
intentione particulari ſufficienti pro cau-
ſa propinqua. & ad obiectiones reſpon-
detur. Quod non omne, quod ſufficit ad
dan-

dandam cauſam propinquam, & habendam intentionem ſufficientem deformandi iniuſte, vt incurratur irregularitas, ſufficit in deformatione iuſta, vt incurratur irregularitas.

217 Ex hoc excuſantur Eccleſiaſtici exhortantes in bello in communi ad victoriam ſine intentione ſpeciali ad deformandum.

Qui ad conſequendas indulgentias affert ligna ad comburendum hæreticum viuum, ſi cum hoc cooperatur in morte illius, eſt irregularis; ſecus, ſi ad comburendum iam mortuum.

Qui comitatur iudicem, vt notarius, & ſatellites. Item cuſtos damnati ducti ad mortem, ſeu ad deformationem. Itē vendens, vel commodans, ſcalas, funes, enſes, ſagittas, aut alia inſtrumenta ad aliquem deformandum, eſt irregularis.

Qui capit, vel indicat furem, vt à iudice capiatur. Item, qui etiam cauſa ſuæ vtilitatis ſine proteſtatione ne procedat ad deformitatem tradit, vel conqueritur de reo apud iudicem. Item, ſi cauſa alienæ vtilitatis, etiam cum proteſtatione, fit irregularis: proteſtatio autē non ſolo verbo, ſed etiam mente fieri debet.

Hortans, vel admonens damnatum, vt faciat actum, quo acceleretur mors, vt aſcendere ſcalas, & cæt. fit irregularis, &c.

218 Nec Chirurgus ſecans iuſte membrum,

nec

nec adiuuans eum, fit irregularis : non ſic de iudice.

In hac irregularitate ſolus Papa diſpẽſat, facilius, & ex minori cauſa, quàm in irregularitate ex actu illicito.

## *De quinta ſpecie irregularitatis, nata ex homicidio iniuſto.*

OCcidere, & membrum abſcindere, non autem debilitare, ſunt paria, quantum ad hunc effectum irregularitatis:-deinceps verbo deformare, vt ſupra dixi. 219

Deformatio eſt triplex. Prima, mere voluntaria, ideſt, intenta in ſe iuſte, vel iniuſte, per ſe, vel per alium, iubendo, cõſilium dando, &c.

Secunda, mere caſualis, ideſt, non intenta in ſe, nec in cauſa ad id ſufficienter ordinata : vt ſi miſſus aliquo, fulmine feritur.

Tertia, mixta, ideſt, non intenta in ſe, ſed in ſua cauſa ſufficienter ad eam ordinata: vt, qui imperat ſeruo, vt alium cædat palo ſine deformatione; & teſtificatio in cã ſanguinis, nolentis deformationem.

Omnis, & ſolus in hac ſpecie fit irregularis, qui diſcretus, & baptizatus, ſe ipsũ, aut alium hominem deformat illicite, aut cauſam propinquã illicitam deformationis,

nis, vel eius anticipationis præbet. quæ regula declaratur; ſicut & ſuperior nume. 209.

220 Deformatio mere voluntaria facit irregularem; ſed non mere caſualis.

221 Omnis deformatio mixta ſecuta ex opere illicito lege iuſtitiæ, quod eſt cauſa propinqua eius, facit irregularitatem.

Mula commodata in itinere periens ictu fulminis non perit commodatario, licet ſua culpa illac tunc tranſeat. Mandãs iniuſte percutere citra mortem, mandatario occidente fit irregularis; quia percuſſio culpabiliter imperata ſufficienter dirigitur in mortem. Quando autem dicatur ſufficienter directum, boni viri arbitrio terminandum eſt.

222 Monachus vtens chirurgia circa vulneratum, ſi ille moritur, fit irregularis, ſiue curet ob caritatem, ſiue ob lucrum: contra Sotum.

Deformitas caſualis ex opere illicito nata, facit irregularem, per canones, contra Sotum.

223 Deformans embrionem inanimatum, vel corpus exanime, non fit irregularis; nec qui impedit virtutem generatiuam.

Qui eſt cauſa abortus, ſi fetus eſt inanimatus, non eſt irregularis; ſi dubitatur, debet cenſere ſe irregularem.

Vulnerans pluries & multum, immo abſcindens partes membrorum, ſi nõ abſcinditur membrum, vel non moritur,

non

non ſit irregularis : auricula habetur pro membro.

Qui iuſte percutit, ſed non occidit; ſi percuſſus ab alijs ſine eius culpa occiditur, vel morit̃ defectu Medici, regiminis, vel morbo ſuperueniente, non ſit irregularis: ſecus vero, ſi iniuſte percutit.

Qui non occidit, nec mutilat, ſed debilitat membrum, ita, vt celebrare non poſſit, non eſt irregularis.

Præbens arma euntibus ad bellum in- 224
iuſtum, ſit irregularis, ſi quis deformetur: ſimiliter, qui interſunt rixæ auxiliando ꝓ parte iniuſta, ſi quis deformetur, fiunt irregulares; ſecus, ſi interſunt ad diſſuadendam rixam, & ad pacificandum: licèt ex eorum præſentia ſua pars nonnihil animetur, & contraria deterreatur.

Qui interſunt iuſto bello, animando, fauendo, percutiendo, modo ſuis manibus non deforment, non ſunt irregulares.

Laici in iuſto bello deformantes non ſunt in hac ſpecie irregularitatis, ſed in ſuperiori.

Item, nec clerici ſunt in hac ſpecie, in caſu, quo excuſantur à peccato, non ab irregularitate.

Laicus accuſans in iudicio iniuſte, ſi ſe- 225
quatur deformitas, eſt in hac irregularitate; ſi iuſte, in ſuperiori; clericus etiam, ſi iuſte ſine proteſtatione, eſt in hac.

Item, iudex condemnans, & fauentes condemnationi iniuſte, incurrunt hanc;

ſic,

ſic, qui inimico alterius oſtendit viam ad eum deformandum, ſi ſequatur.

226 Qui furé detinet donec Iudex veniat, vel tradit, vel accuſat, vt ſuum recuperet cum proteſtatione, &c. ſi ſuſpendatur, nō fit irregularis; ſi vero cum proteſtatione placet ei ſuſpenſio illius, fit irregularis in conſcientia, & debet diſpenſationem obtinere: proteſtatio enim eſt ficta; tamē irregularitas eſt alterius ſpeciei.

227 Qui rixatur illicite cum aliquo, ſi ſupuenientes amici illum deforment, etiam ſine ſuo conſenſu, fit irregularis in hac.

Qui domi ſuæ nutrit ferocem belluam, vt Leonem, ſi illa ſua culpa, quia eam ſolutam tenet, aliquem occidit, fit irregularis; ſecus, ſi ſine ſua culpa.

228 Chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, negligentia, audacia, infirmus deformatur, eſt irregularis huius ſpeciei; aliàs, ſecus.

Cuſtos infirmi, qui dolo, vel culpa notabili, vel præter conſilium curantis, præbet, vel facit aliquid, quo deformatur infirmus, ſaltem citius, eſt irregularis; ſecus, ſi ſine culpa notabili, ſed bona fide; licèt in aliquo errauerit; & in dubio conſulat doctores: qui ſi dubitant, teneat ſe irregularem.

229 Qui non eſt medicus, vel chirurgus, & euellit telum infixum corpori, vt citius moriatur, ſi moritur; ſic, qui vertit ægrotum, vel conſilium dat vt citius moriatur, ſi mo-

ſi moritur, fit irregularis; aliter, non.

Infans defectu iudicij, dormiens, furioſus aliquem deformans, non eſt irregularis; ſed ebrius fit, ſi non eſt omnino extra iudicium, vel ſi ſciebat ſe inebriatum ſolere ſumere arma, & pcutere alios, & tamẽ ſua culpa inebriatur: ſic etiã eſt iudicandus dormiens, & furioſus. 230

Iniuria affectus, ſi eius amici deformãt eum, qui fecit iniuriam, & ipſe ſciens non contradicit, fit irregularis. 231

Auertens aliquem à liberando alio ab iniuſta deformatione, ſi ſequatur, fit irregularis.

Nemo fit irregularis ex ſola complacentia, quòd deformetur alius: nec medicus nolens curare, nec diues non paſcẽs, vel non veſtiens morientem, vel non defendens, niſi ſit iudex, vel ex officio teneatur, licèt habeant deſiderium mortis illius. 232

Iubens, dans conſilium, &c. vt aliquis deformetur, ſi expreſsè, vel tacitè, mandatum non reuocat, & ſequitur deformatio, fit irregularis. 233

Sic, qui ſuadet percuſſionem illicitam extra deformitatem, quæ tamẽ ſequitur, fit irregularis; contra Siluestrum.

Sic, ratam habens deformationem, ſuo nomine factam, quam, antequam fieret, poterat mandare; & hoc etiam ſi qui iuſſus erat alterũ deformare, ipſe ſolus deformaretur. Conſilium dans non ſatisfacit

reuo-

reuocando conſilium, ſed debet contrarium perſuadere.

234 Sciens tractari deformationem illicitã alicuius, ſi eum non adiuuat dicto, vel facto, peccat mortaliter; ſed non fit irregularis.

Qui in bello iniuſto hortatur, vel cuſtodit ſarcinas prælantium, fit irregularis.

235 Magiſter caſtigans diſcipulum circumſpecte, etiam ſi moriatur, non fit irregularis; ſecus, ſic.

Clericus licite ludens cum aliquo, ſi ille ſe ſuo cultello deformat, ſine notabili culpa alicuius, non fit irregularis; ſi illicite ludit, fit.

Iaciens lapides in aliquem locum, ſi dicto, vel ſigno non præmonuit, & aliquẽ deformat, fit irregularis; aliter, non. Iaciens lapides in bruta, ſi circumſpecte, licet quis deformetur, non eſt irregularis; ſin minus, ſic.

Clericus, in venatione illicita, vel alijs exercitijs illicitis, ſi quẽ deformet, eſt irregularis; ſecus, non.

Clericus, introducens meretricem in domum ſuam per tecta, ſi decidens deformetur, vel abortiat, fit irregularis; ſi per viam planam, non.

Circumuerſans campanam, ſi ſine ſua culpa tintinnabulum ſolutum aliquem deformat, non eſt irregularis; ſi cum culpa, ſic.

Iocans,

Iocans, vel ſaltans cum muliere grauida licite, ſi abortiat, non eſt rrregularis; ſi illicite, eſt irregularis.

Monachus, vel clericus beneficiatus, vel in ſacris; vidẽs furem, ſi clamat, latro, latro, animo, vt deformetur, vel putãs fore, vt ſuperuenientes deforment, vel tradant iudici deformandum, ſecuta deformatione, fit irregularis; ſecus, non: alius vero clericus, vel laicus idem faciens eſt irregularis ſuperioris ſpeciei. 236

Qui dormiens ſuffocat infantem, in eodem lecto illicite à ſe poſitum, fit irregularis; aliter non: idem de mittente puerum ad flumen, in quo ſuffocatur; & de declinante ab ictu, & propellente alterum, qui deformetur: & ſimilia, ſi illicite fiunt, inducunt irregularitatem; ſecus, ſi licite.

Clericus ſecans alienam arborem illicite, ſed ſine culpa, ſi quis deformetur, non eſt irregularis; ſic de pulſante campanam tempore prohibito ſi adhibuit diligentiam, quæ excuſaret, ſi tempore debito id faceret, & tintinnabulum cadens aliquem occidat: contra Silueſtrũ: idem de clerico mercante beſtias, & venante: & quæ venatio licita, vide ibi. 237

Monachus Franciſcanus, licet peccet equitando in mula mitiſſima, ſi ea ſine culpa occiditur puer, non fit irregularis; quia in his caſibus actiones nullatenus dirigebantur in tales deformitates.

Adulter

Adulter inuentus à marito, ſi in ſui defenſionem eum occidit, fit irregularis.

Clericus adulter, ſi maritus ob id vxorem occidit, fit irregularis.

## *De diſpenſatione irregularitatis huius.*

239 QVi occultiſſime occidit aliũ, & probabiliter pro certo creditur, infamatũ iri de tali delicto, ſi non celebret ante diſpenſationẽ, poteſt celebrare poſt debitam contritionem, & confeſſionem.

Idem dicendũ de excommunicare, in tali caſu poteſt communicare; idem de cenſurato Papali in ſimili caſu.

In foro conſcientiæ tam mala eſt hęc irregularitas, quam publica, ex Concilio Tridentino: nam ſuper occulta pôt Epiſcopus diſpenſare, excepta ea, quæ ex ho
240 micidio voluntario: & intelligitur de homicidio illicito intento, & volito in ſe, ſaltem æquipollenter, ideſt, in cauſa proxima, & non cauſa mortis euitandæ.

## *De irregularitate delicti, accipiendi, vel vtendi male ordinibus.*

241 SCiens, vel ſcire debens ſe excõmunicatũ maiori, ſeu interdictum, ſeu ſuſpenſum ad ordines, ſi ordinatur, vel celebret, fit

ſit irregularis; verum, ſi cenſura eſt occulta, licèt celebratio ſit publica, poteſt Epiſcopus diſpenſare, poſt Concilium Tridentinum.

Suſcipiens ordines maiores, & minores ſimul, vel duos ſacros eodem die, ſi conſuetudo non excuſat, ſit irregularis; ſed Epiſcopus poteſt concedere vſum prius ſuſceptorum.

Sciens, aut ſcire debens Epiſcopum ſe abdicaſſe loco, & dignitate, ſi ab illo ordinatur, ſit irregularis.

Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, ſuſpenſo, ſimoniaco, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, degradato, ſi denunciatus eſt vt talis, ſit irregularis; licèt character imprimatur: &, ſi ignorabat denũciationem, poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare.

Qui ante legitimam ætatem, extra tempora, & abſque litteris dimiſſorijs, ordinatur ordinatione ſacra, ſit ſuſpenſus; &, ſi celebrat ſit irregularis.

Qui per ſaltum ordinatur, eſt ſuſpẽſus, licèt habeat characterem; & ſine diſpenſatione non poteſt accipere prætermiſſum ordinem; quam diſpenſationem poteſt concedere Epiſcopus, ſi nondum eſt vſus accepto; immo etiam poteſt exercitium, ſi per ignorantiam fecit: ſi vero ſcienter, ſolus Papa poteſt diſpẽſare ad vlteriorẽ, ad quẽ ſi nõ intẽdebat, poteſt Epiſcopus. 242

Non ordinatus, ſi ſerio, & ex officio,

exercet ordinem, ſit irregularis. *ibi vide pulchros caſus particulares.*

243 Violans quodcumque interdictum eũ actu proprio cuiuſcunque ordinis, fit irregularis, (non loquitur de pura ceſſatione,) & ſolus Papa diſpenſat ad ſuperiores ordines: ſed epiſcopus ad vſum acceptorum.

## *De irregularitate ex delicto violandi cenſuras celebrando.*

244 ORdinatus, ſi excommunicatus maiori, ſuſpenſus, interdictus, ſciens, vel ſcire debens, ſolemniter facit actum proprium ſui ordinis, eſt irregularis; idem, ſi audit auctorizando: & in hac ſolus Papa diſpenſat.

## *De irregularitate ex delicto iterandi baptiſma.*

246 QVi bis baptizat etiam ignorantia craſſa, eſt irregularis; &, qui ſcienter bis baptizatur, etiam eſt irregularis. dubium probabile excuſat, vt baptizetur ſub conditione. Nec parochus debet baptizare etiam ſub conditione, quẽ obſtetrix baptizauit, ſed debet reliqua ſup-
247 plere. Idem dicendum in ordine, & confirmatione.

De

## *De irregularitate ex notorietate delicti.*

NOtatus in crimine notorio, & depoſitione digno, eſt irregularis, vt eſt adulterium, & eo maiora, continuus concubinatus & notorius, ſtuprum virginis, &c Vnde quæcunque enormitas ſine notorietate non ſufficit. 248

Crimen occultum ſodomiæ, licèt nefandum, non inducit irregularitatem, niſi clericus exerceat ex vſu continuato, arbitrio boni viri, per extrauagantem Pij V. & hæc reſpicit etiam forum interius. Nota tamen, quòd non comprehenditur omnis actus luxuriæ præter naturam, vel ſodomiticus: ſed ſola copula ſodomitica ſeminans intra vas. Hæc, quo ad comprehenſos, inducit depoſitionem ipſo iure. 249 250

Nulla irregularitas ipſo iure inducit priuationem beneficij iam quæſiti: ſed omnis irregularitas præcedens collationem, reddit illam ſubſecutam nullam ipſo iure. Nota, irregulari ſine ſua culpa ex defectu ad vſum vnius ordinis, & non alterius, poſſe dari beneficium, non requirens maiorem vſum ſui ordinis: ſed non poſſe dari laboranti quarta ſpecie irregularitatis. 251 252

Irregularitas nata ex delicto non incurritur propter peccatum veniale. 253

Excommunicatus minori non peccat mortaliter niſi recipiendo ſacramenta. Commiſſio facta alteri, verbi gratia Epiſcopo, vt diſpenſet cum aliquo determinato, ſpirat in morte committentis, verbi gratia Papa; non ſic gratia poteſtatis alicui, verbi gratia religioſo, facta diſpenſan-
254 di indefinite. Confeſſarius electus per Bullas Papæ, quæ ſolum habent clauſulam abſoluendi à quacumque cenſura, non poteſt abſoluere ab irregularitate; quia nō eſt cenſura: & tandem non poteſt, niſi exprimatur irregularitas. & hæc non impedit abſolutionem peccatorum; quod videtur intentum Papæ: & ex hoc non redundat in bulla particula: Et ab alijs pœnis.

255 Occultum in hac materia eſt non publicum: publicum vero eſt notorium manifeſtum, famoſum: &, vt tale ſit, ſufficit eſſe tale viciniæ, collegio, vel monaſterio; licèt non prouinciæ, ciuitati, vel parochiç. tunc autem eſt tale collegio, &c. quando eſt notorium maiori parti collegij, licèt tantum ſint decem in collegio.

Publicum eſt triplex; primo, notorium, quod nititur ſcientiæ maioris partis, verbi gratia collegij; ſecundo, manifeſtũ, quod innititur famæ eiuſdem partis maioris ortæ à ſcientibus; tertio famoſum, quod nititur famæ maioris partis ortæ ex vno ſciente, vel indicijs, vel præſumptionibus illi æquipollentibus.

Oc-

Occultum triplex; primò, quod non eſt probabile ſuapte natura; vt ſunt ſola mentalia; ſecundo, licèt ſua natura ſit probabile, tamen non poteſt probari, vt quia coram nemine factum eſt.

Tertium, quod poteſt quidem probari, ſed adeo à paucis, quod non ſit orta fama, nec in iudicium deductum.

Delictum vt dicatur publicum, non ſufficit actum eſſe publicum, niſi ſciatur eſſe delictum: vt, ſi excommunicatus ſecretus publice dicit Miſſam coram populo, actus eſt publicus, ſed delictum non eſt publicum, quia neſcitur.

## *De ſex caſibus, quibus polluitur Eccleſia, ita, vt in ea non poſsit celebrari.*

PRimus, ſi intra eam ſanguis humanus iniurioſe effunditur, aut cauſa naturalis eius effuſionis, vel mortis datur. Si ſit extra eam, vel ſuper eam in tecto, vel ſubter eam in ſpecu, non polluitur. Item, ſi Eccleſia erat ſacra, debet reconciliari ab Epiſcopo cum aqua benedicta à ſe, vel ab alio Epiſcopo: ſi non erat ſacrata, poteſt à ſolo presbytero cum aqua ab eo benedicta. Nec ſufficit effuſio aliquarum guttarum ſanguinis, ſed requiritur largitas; & debet eſſe ſanguinis humani, & iniurioſa; vnde non ſufficit effuſio ſanguinis na- 256

turalis per nares, aut per os, &c. nec ſi fiat ob iuſtam defenſionem, vel ioco, & ludo licito, licite facto; nec effuſio facta per furioſum, aut ſtultum, aut carentem iudicio puerum; nec ſi vulnus extra fuit datum, & intus effunditur ſanguis; ſed ſi è contra, ſic. Nec ſi feratur intus ſententia condemnationis, & foris effundatur ſanguis: item ſatis eſt in ea ſuffocare ſine ſanguine: item occidi, vel vulnerari ob fidem: item non ſufficit, ſi ab Eccleſia mittatur ſagitta, & feriat extra eam, ſed contra ſufficit: nulla pollutio Eccleſiæ ſecreta impedit celebrationem donec publicetur; licèt ſit poſt multos dies.

257 Secundus, voluntaria effuſio ſeminis humani, ſiue viri, ſiue mulieris, iuxta, contra, aut extra curſum naturæ, etiam per copulam coniugalem; non autem, ſi dormiendo polluatur.

Tertius, ſi in ea ſepeliatur excõicatus.

Quartus, ſi in ea ſepeliatur infidelis; & tunc non ſolum eſt recõcilianda Eccleſia, ſed etiam eius parietes ſunt abradendi.

258 Quintus, quando Eccleſia conſecratur, vel benedicitur per Epiſcopum publicum excommunicatum.

Sextus, quando omnes parietes, vel maior pars eorum ſimul deijciuntur; quod raro fit. Polluta Eccleſia, polluitur cœmeterium illi contiguum; ſed non, ſi non eſt contiguum: at polluto cœmeterio contiguo, non polluitur Eccleſia.

De

## De caſibus reſeruatis.

QVilibet ſacerdos cum ordine accipit 259
poteſtatem conſecrandi, baptizandi, prædicandi, & abſoluendi ab omnibus peccatis; ſed interdicitur ei exercitium illius poteſtatis, donec concedatur de licentia eius qui poteſt. quare Reſeruare non eſt concedere poteſtatem abſoluendi, ſed minuere poteſtatem. Itaque non caute Sotus eſt locutus.

Per Concilium Tridentinum, eſt hære- 260
ticum, dicere, Epiſcopum non poſſe reſeruare caſus in conſcientia.

In articulo mortis, caſus, & cenſura deſinit eſſe reſeruata.

Epiſcopus poteſt abſoluere à caſibus occultis reſeruatis Papæ, præter hæreticos, & caſus Bullæ Cœnæ; quia per Bullã
limitatur eius ius. Omnis caſus reſeruatus 261
Papæ habet annexam aliquam cenſurã: hinc bulla cõcedens poteſtatem abſoluendi à caſibus Papalibus, concedit etiam à cenſuris reſeruatis Papæ.

Sublata cenſura Papali annexa peccatis, ſimplex Parochus poteſt à quolibet reſeruato abſoluere, quia deſinit eſſe reſeruatum; &, ſi qua cenſura Epiſcopalis ſupereſſet, cenſetur cum Papali ablata. Epiſcopus, concedens alicui caſus ſibi reſeruatos, non concedit cenſuras; item, ſi concedit caſus, & cenſuras, non concedit

diſpenſationem votorum, vel irregularitatum.

Confeſſarius, qui habet caſus ſuo Epiſcopo reſeruatos, poteſt abſoluere ab iiſdem caſibus in ſua diœceſi pœnitentem alterius diœceſis.

Epiſcopus concedens omnem ſuam auctoritatem abſoluendi auditos, non concedit ſibi caſus reſeruatos, niſi dicat, Concedo omnes meos caſus vel, Concedo omnem meam facultatem, excepto tali caſu reſeruato: vel in foro conſcientiæ; quando apparet, intentionem Epiſcopi fuiſſe, concedere ſuos caſus reſeruatos.

262 Caſus Epiſcopo reſeruati, licèt doctores varie contendant, ſunt:

Primus, peccatum clerici habens annexam irregularitatem; licèt poſſit abſolui prius à peccato, & poſtea ab irregularitate.

Secundus, incendium data opera factũ, domorũ, frugum, &c. & ad id conſilium, vel auxilium præſtitum.

Tertius, notorium, & ſcandaloſum peccatum, cui pœnitentia ſollemnis imponẽda eſt; tamen non eſt in vſu hæc pœnitentia.

Quartus, abſolutio blaſphemia publicæ, & notoriæ; quod tamen non eſt verum niſi in foro contentioſo.

Quintus, diſpenſatio votorum, & iuramentorum: tamen hic non eſt caſus, quia non ſunt peccata.

Se-

Sextus, abſolutio excommunicationis maioris reſeruatæ Papæ, & conceſſæ inferioribus: ſed eſt pœna hæc, non caſus.

Sunt alij reſeruati Epiſcopis per conſuetudinem generalem, vel quaſi generalem, &c.

Primò, homicidium voluntarium, vel realis membri abſciſſio.

Secundò, falſare ſcripturas, falſum teſtificari, vel tacere verum coram iudice; vel, ſi aduocatus, procurator, notarius oſtendat ſcripturas parti aduerſæ.

Tertiò, violatio libertatis, & immunitatis Eccleſiæ, cui ſæpe eſt annexa excommunicatio Bullæ Cœnæ; & tunc omne ſacrilegium eſt reſeruatum Epiſcopo.

De prædictis reſeruatis per conſuetudinem, & conſtitutionem particularem, non poteſt dari certa regula: quælibet enim prouincia habet proprios.

Hi caſu reſeruati poſſunt per Bullam à Papa conceſſam abſolui inconſultis Epiſcopis: contra quendam, qui de hoc inconſiderate, & periculoſe ſcripſit. 263

## *De præſentatione confeſſariorum religioſorum.*

PRælati Religioſorum tenentur petere ab ordinarijs facultatem pro audiendis confeſſionibus; etiam tenentur præſentare idoneos, non modo nominare. 264

Si Epiſcopi ſine iuſta cauſa nolint hos admittere, habentur pro admiſsis. Semel præſentatus, & admiſſus, non indiget noua præſentatione.

Præſentati non debent abſoluere à reſeruatis Epiſcopo; qui in loco, vbi ſunt præſentati, poſſunt audire omnes, etiam non diœceſanos; ſed extra locum, nõ poſſunt audire etiam diœceſanum.

Epiſcopi poſſunt remittere religioſis obligationẽ ſe præſentandi, vt admittant.

Aliqui religioſi habent alium modũ ſe præſentandi; ſed non eſt tantæ virtutis.

## *De regulis confeſſariorum.*

267 Opera bona facta in peccato mortali, ad multa valent, vt adimplenda præcepta, & ad excuſandum à nouo peccato, ad illuſtrandum mentem noſtram, & vt Deus tardius non puniat.

268 Confeſſarius non debet abſoluere infirmum, ſi nutibus, vel verbis non fuerit cõfeſſus ei aliqua peccata, licèt, antequam obmuteſceret, vocauerit eum animo cõfitendi, dicens ſe velle confiteri, & ſigna contritionis aliqua dederit.

270 Confeſſarius non debet abſoluere religioſum etiam canonicum regularem volentẽ teſtari, niſi deſiſtat; &, ſi teſtatus eſt, debet reuocare; aliter, in loco ſacro ſepeliri non poteſt: poteſt quidem religioſus rogare ſuperiorem, vt libere hoc vel illud illi vel illi det.

Hæ-

Hæres non tenetur petere abſolutioné 271
pro eo, qui eſt poſtea mortuus, abſolutus à peccatis, & ſepultus, & creditur excommunicatus occultus non denunciatus; immo etiam quando non fuerit confeſſus, ſed contritus.

Quilibet ſacerdos poteſt abſoluere in 272
articulo mortis quemlibet à cenſuris, etiã non confeſſum; licèt ſacerdos ſit excommunicatus, & denunciatus.

Articulus mortis, & mortis periculum, ſunt idem, quo ad iura facientia in facultatem abſoluendi.

Collatio beneficiorum facta excommunicato, licèt ignoret ſe excõmunicatum, eſt nulla.

Excommunicatio Epiſcopi non ligat 273
extra Epiſcopatum peccantem.

Excommunicatio conditionalis, impleta conditione, non retrotrahitur.

Poteſt quis appellare de excommunicatione conditionali ante impletam conditionem, & poſt conditionem impletam, poteſt communicare.

Penſionarius, qui perſonaliter conſen- 274
tit penſioni, ſi non ſoluit ſtatuto die, etiã ante intimationem litterarum, incidit in cenſuras; ſecus, ſi per procuratorem.

Ignorantia probabilis excuſat ab excommunicatione ſtatuti pro facto damnato, quia excommunicatio eſt pœna extraordinaria.

Nullus, præter Papam, vel ex eius ſpe- 275

ciali commiſſione, poteſt abſoluere ab hæreſi, & cenſura ei annexa, etiam occultiſſima, nec cum Iubileo, vel Cruciata; dubitatur tamen, an poſſit Epiſcopus de occulta.

Qui habet facultatem diſpenſandi votum, non poteſt diſpenſare votum iuratum, vel iuramentum.

276 Si quis in Hiſpania vouit ingredi religionem Franciſcanorum, quæ à Pio V. ſublata eſt; non tenetur ingredi religionem extra Hiſpaniam, ſi vouit antequam tolleretur ex Hiſpania illa religio.

277 Confeſſarius electus ſecundum poteſtatem ſibi traditam, poteſt abſoluere ad cautelam ab excommunicatione; & quomodo, & quando, *vide ibi multa*; & quando in vtroque foro.

## *De ſcientia, & conſcientia.*

179 Scientia, fides, opinio, dubitatio, ſcrupulus, conſcientia, quomodo cõueniant, & differant.

280 Non eſt neceſſe ſemper eligere partem tutiorem, ſed ſat eſt tutam.

281 Vnde generentur ſcrupuli, & quos malos effectus generent, *vide ibi.*

282 Remedia contra ſcrupulos ſunt perpulchra, & multa; vt Deus, per ſuam gratiam intus habitãs, & foris benigne aſſiſtens, pharmacum, auerſio cogitatus à re ſcrupulo.

puloſa, ſe ſubmittere alieno iudicio, contrauenire ſcrupulis, Epijchia, ideſt credere quòd non peccet, ſi adimplet legem ſecundum mentem auctoris, quamuis non ſecundum verba: ſi in ſenſu benigniore, vel ſi non ſeruat, quia valde difficilis, vel ne pro ſtulto habeatur, vel in dubijs ſeruet communem vſum bonorum, vel recte intelligendo illud, In dubio tutior pars eſt 284
eligenda, ideſt in vere dubio, non quando altera pars eſt ſufficienter firmata, vel pro vera eligitur: item illud, Eſſe bonæ mentis agnoſcere culpam, vbi non eſt: intelligitur in genere, non ſpecialiter: & tandem, quòd ſcrupulus ſit defectus ſcientiæ iudicij recti.

## *De opinione eligenda, & duobus remedijs pro ſcrupulis.*

Eſt eligenda opinio conſuetudine re- 285
cepta, ſi non eſt contra legem naturalem, vel diuinam: ſi non eſt conſuetudo, 286
eſt eligenda illa, quæ innititur textui, cui non poteſt reſponderi: ſi non eſt textus, 287
tunc illa, quæ innititur fundamentis multis, & rationibus: ſi non eſt talis, eſt eligenda communior: his ceſſantibus, quæ ſit benignior, & fauorabilior iuramento, matrimonio, doti, teſtamento, libertati, pijs rebus, religioſis, pupillo, viduæ, peregrino, perſonæ miſerabili, priuato contra fiſcum,

ſcum, quando fiſcus fundatur in delicto priuati, valore actuum, & vltima voluntate: ſi nihil tale ſit, tunc illa, quam affirmant graues doctores.

288 In conſcientia Iudex, conſultor, aut agens, quādo debet iudicare in re dubia, antequam id faciat, ex animo debet expellere dubietatem, & certo opinari opinionem electam eſſe veram, & idem etiā debere iudicare in eo caſu; quia, ſi dubius iudicat, peccat contra conſcientiam: verumtamen in foro conſcientiæ ſufficit iudicare ſecundum opinionem eius, quē putamus eſſe virum idonea ſcientia, & conſcientia circa illud.

289 Communis opinio eſt dicenda illa, quā octo, vel decem doctores claſsici rem ex profeſſo tractantes aſſeuerant, & non quā 50. more ouium ſequuntur, ſola auctoritate priorum ducti.

290 Scrupuloſus debet conſiderare ſe ſine gratia gratum faciente, vel auxilio ſpeciali Dei, vix poſſe operæ moraliter bona operari, & ſic ex ſe non poſſe facere opera digna maieſtate Dei, & ſic diffidere ſibi, & fidere diuinæ bonitati, quæ promptior eſt ad miſerandum, quàm puniendum, præſertim in eos, qui bona fide operantur: & debet acquieſcere, ſi vel mediocriter ſatisfaciat ſuæ obligationi; & conſiderare vultum benigniſsimum D. N. Ieſu Chriſti.

# COMPENDIVM COMMENTARII DE VSVRIS Doctoris Nauarri.

*Auctore Magiſtro Hieronymo Ioannino è Capugnano Bononienſi, Dominicano.*

## NOTA PRIMVM.

VSurarius dicitur ille, qui aliquid vltra id quod mutuo dat, expetit, q̃dquid illud ſit. Et vſura eſt, quando hoĩes plus accipiunt, quàm dederint, & quæcunque res ſit illa, pro lucro eam accipiunt, & eſt ſorti accedens. 1

Et quamuis hoc verbum vſura originaria ſignificatione, vſum cuiuslibet rei ſignificet, tamen apud nos ſignificat lucrũ proueniens ex contractu mutui. 2

Quædam cõmodantur quorum dominium non trãſit in eo cui datur, & iſta in iudiuiduo, & ipſamet reddi debent, vt cũ mula mihi ad deambulandum cõceditur. Quædam verò ita cõmodantur quod eorum dominium transfertur in eo qui illa accipit, & hæc non ſunt reddenda niſi in eodem genere, & ideo hoc creditum dicitur propriè mutui, quia per illud, meum ſit tuum. 3

Cumq́ue

4 Cumq; verum mutuum non fiat, niſi in rebus quæ vſu conſummuntur, & conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, vt pecunia, vino, tritico, vſura aperta nõ erit in contractu harum rerũ. Tamen quia mutuum palliatum in contractibus omnium rerum poteſt inueniri, ſic & vſura occulta in eis reperietur. Quin etiã, eſt in omnibus illis, in quibus ob ſolutionis tempus dilatum, plus iuſto pretio rigido ſummo accipitur. Aut ob anticipatam ſolutionem datur minus iuſto pretio pio, vel infimo.

Dare minus pretio iuſto, ſummo, & rigoroſo ob anticipatam ſolutionem, nõ eſt vſura, nec peccatum; dummodo iuſtum, medium, vel infimum detur. Neq; etiam peccat qui accipit plus iuſto pretio, infimo, vel medio propter dilatam ſolutionem; modo non accipiat, plus ſummo, ſiue rigoroſo.

5 Pretium rerum, non eſt in indiuiſibili, at multus minus pretium dicitur pium, vel infimum; ſupremũ rigoroſum, & ſummum; quod eſt inter hæc duo extrema medium, aut moderatum.

6 Not. 2.] Aliud eſt vſura, & aliud peccatũ vſuræ. Hoc peccatũ eſt appetitus lucri illiciti, ſiue propoſitum accipiendi illud. Vſura vero eſt ipſum lucrum illicitum, quod appetitur.

Illa diffinitur. Vſura eſt lucrum pecunia æſtimabile ſuaptę natura, principaliter

ter vi mutui, veri, vel palliati, quæ ſitũ aut ſeparatum. Vnde meritum & gratia non eſt vſura, etſi centuplum in cœlis ſit acceptura; neque lucrum ſimile ſpirituali, vt amicitiæ & virtutis, quod mutuãdo quęritur, & quia non ſunt pecunia æſtimabilia.

Lucrum vſurę eſt illicitũ, & eius appetitus, quodam ſuo genere, peccatũ eſt mortale; & aliter ſentire, eſt hæreticum. 7

Eſt vetitum lege naturali, quia vſurarius accipit fructum rei, quæ iam propter mutuum facta eſt alterius, ac ſi ſua eſſet, vt erat prius. Lege veteri, & in noſtra remanet illa prohibitio, quia fuit moralis, quæ ſemper durat Pagina Euangelij, vt Luc. 6. vbi Chriſtus conſulit quidẽ vt mutuemus; at præcipit ne in mutuo aliquid expectemus vltra ſortem. 8

Qui accipit aliquid, peccat; ſicut etiã facit, qui mutuat abſq; pacto, habens tñ intentionem accipiẽdi aliquid, & oẽs iſti obligantur ad reſtitutionem illius plus accepti. Et hæc eſt opin. Cõciliorũ, & Doc. 9

Verba S. Lucæ: Mutuum date, &c. continẽt expreſſum præceptũ prohibens vſuram, & ſic eſt vetita iure diuino. Nec admittit cum pacto expreſſo, aut tacito aliquid recipiendi, ſiue ſit prohibita lege ciuili ſaltem implicitè, ſiue ſit permiſſa cũ moderamine, ſecundum aliquos. 10

Non ſunt audiendi dicentes, quòd licet peccent mutuantes tali intentione, 11

non

non teneri tamen ad reſtitutionem; ſicut nota hæreſis ſunt digni aſſerentes, licitas fore vſuras moderatas.

12 Vſura eſt realis, & mentalis Realis eſt quæ ex pacto tacito, vel expreſſo recipitur. Mentalis, quæ accipit ſine tali pacte ex mutuo facto, intentione principali vltra ſortem recipiendi aliquid. Et nō dicit mentalis eo ꝙ ſit actas intentionis volūtatis, vel voluntas committendi vſuras nō conſecuto opere & ſine verbo; ſed ſic vocatur, quia dū mutuans mutuat, etſi nullū pactum faciat, habet nihilominus intentionē, vt aliquid amplius ſibi reddatur.

Hæc vſura diſtinguitur à peccato vſurę mētali, quod eſt duplex. Quoddā eſt peccatum merè mentale, vnde eſt voluntas recipiēdi ſolū vſuras, nihil tamē recepto; quoddam eſt mētale, & reale, quod eſt voluntas eā quærendi, & etiam cum effectu quærit, ac opere conſequitur, &c. Si hoc peccatum eſt mentale ſolum, & nihil recipitur, eo quis non obligatur ad reſtituendum, ſecus eſt de vſura mentali, quāuis fuerit ſine omni pacto, at cum intentione principali recipiendi aliquid.

13 Dum quærunt Doct. an vſura mentalis obliget ad reſtituendum, non quærunt de peccato mentali vſuræ, cum ſit certū nullum peccatum mentis obligare ad reſtitutionem, ſed diſputant de vſura mentali ſuperius declarata.

14 Non ſunt multæ vſuræ palliatæ, dū pro

100.

100 ab vnis nundinis in alias quę tres, aut quatuor in anno occurrunt, & ita 100. parit 300. & amplius in anno. Quia etſi lex illas permiſerit in ſe ſuſcipienti ſortis periculum; quodq́; in pecunia traiectitia vt fiant voluerit, & mercatoribus alijs octo, hominibus vulgaribus ſex, nobilibus quatuor pro 100. in anuo conceſſerit, tū ſors parit 100. & amplius. Nec fit ſatis dicendo, quòd iſta non recipiuntur pro vſuris, ſed pro intereſſe, aut cambijs, quia hic res non mutatur, at nomen.

Not. 9.] Qui diffiniunt vſurā eſſe pretium vſus rei mutuatæ, non bene finiūt. tū quia verbum Pretium eſt obſcurū, & minus vſitatū in hac materia, tū quia ſequit̄ ꝙ dare 100. aureos, vt in fine anni reddas 100. non propter vſum eorū, cum per mutuum facti ſint tui, ſed propter bonū opus mutuandi, quod meum eſt, quia nihil reddis pro pretio vſus rei mutuo datæ, ſed in premium operis tui boni, quod eſt contra omnes. Tum quia mutuare ad obtinendū beneficiū eccleſiaſticum eſt vſura, & tū nō eſt pretiū, nec pretio ęſtimabile. 16

Mutuare non exiſtēti in extrema neceſſitate, eſt de conſilio: non ſperare aliquid principaliter vltra rem mutuatam, eſt de præcepto; quamuis non ſit mortale ſperare quod eſt exiguum.

Eſt vſura mutuare principaliter, vt obtineant beneficium eccleſiaſticum, quia licet illud non ſit pecunia æſtimabile, 17

tamen

tamen ſuapte natura eſt in ius percipiendi fructus aliquos. Dum enim ſperatur, vel accipere lucrum rei ſuaptę natura æſtimabilis, licèt ſit ſeparata a cõmercio rerum æſtimabilium, committitur vſura.

Et tunc ſit, quando quis mutuaret res conſecratas ob lucrum, quia ſunt ſuapte natura æſtimabiles, quamuis ſint remotæ per legem à commercio hominum.

Hęc peccata ſunt ſimonia, & vſura; nec quia ſunt ſimonia, deſinũt eſſe vſura, imò erunt vſura ſimoniaca, vel ſimonia vſuraria, & conſequenter ibi eſt duplex peccatum, vel vnum cum circumſtantia neceſſario confitenda.

18 Erit vſurę peccatum, ſi mutuans det cũ ſola intẽtione principali recipiendi ob id, aliquod vltra rem mutuatam, etiã quod non fecerit pactum nec tacitum nec expreſſum, imò ſi non fuit etiam vlla voluntas paciſcendi.

19 Ad hanc vſuram requiritur pactus tacitus, vel expreſſus, vel intentio principalis aliquid lucrandi ex mutuo. Intentio vero ſecundaria non facit vſuram iux. omnes Doct. Et ſi autem ſeruiamus eccleſiæ, ob ſpem beneficij, & celebremus ob diſtributiones, & Deũ amemus ob remuneratiõné cœli, hæc ſunt intentione minus principali, & non prima à nobis facta.

Etiam dum homines ſuarum actionum finem minus principalem conſtituũt honorem, vel famã, vel aliud vtile, non peccãt.

Deus

Deus cum ſit vltimus finis, propter ſeipſum eſt amandus, & colendus, nec licet ei ſeruire principaliter ob mercedem téporalem, vel æternam, etſi ſecũdaria iux. Pſal 118. Inclinaui cor meum.

Si auté ex mutuo aliquid expectari po 20
teſt, nó expectet principaliter, nec minus prĩcipaliter vti iure debitũ, & ex iuſtitia, at de gratia, & vt remuneratorium. Imò ſperari poteſt principaliter, & ſecundario lucrum amicitiæ, & gratitudinis.

Not. 11.] Si quis principaliter propter 21
lucrũ mutuauit, & poſtea ſuum errorem cognoſcés mutat intentionem illam, in eã quę eſt minus principalis, & gratis datum accipit, peccauit quidem mutuando, ſed non peccat accipiendo, & nó tenetur reſtituere acceptum.

Licitum eſt etiam ad comparandã amicitiam, & gratiam mutuatarij principaliter, quia hæc gratia non eſt ſua natura pecunia æſtimabilis, & ſi mediante illa amicitia, expectaret principaliter aliquod lucrum pecunia æſtimabile.

Non eſt ergo peccatum expectare lu- 22
crum aliquod ex mutuo, media amicitia, & gratitudine, vti quid gratuitum, ex libera voluntate eius qui recipit.

Non eſt vſurarius qui mutuat, ſperans, 23
quod aliqd plus ſibi reddatur quàm dedit; ſi tamen eo animo id faciat, quod non deſineret facere, quamuis vltra mutuatum recipere aliquid non ſperaret,

quia

quia talis ſpes eſt ſecundaria. Nec etiam qui cum tali ſpe lucri mutuat, quod ſine illa non mutuaret, ſi modo illa ſpes, non eſſet eius finis principalis, ſed amicitia, vel amor Dei, vel virtus; lucrum vero ſecundaria. Quia merces temporaria, & æterna, poteſt ſumi in finem minus principalem. Et ad hoc vt finis ſit principalis, non ſufficit, vt ſit cauſa, ſine qua non fieret actus ille, ſed oportet quòd pluris, & tanti æſtimetur, vti alius finis, propter quem actus fit.

Satisfaciunt officio ſuo illi qui principaliter celebrãt, aut ad diuina officia vadunt propter Deum; & minus principaliter ꝓpter diſtributiones, quas niſi ſperarẽt habere, nõ itent, vel nõ celebrarẽt.

24 Nec etiã peccat, qui non mutuat principaliter ob lucrũ, accipiendo aliqđ bona fide, exiſtimans id ſibi dari gratis, licèt id ſibi detur, tum ob gratitudinẽ, tũ ob timorẽ ne niſi det aliqđ, à ſe repetatẽ pecunia, vel q alia vice mutuũ ſibi denegetur. Si hæc tamen ſciret qui accipit, tenetur ad reſtitutionem illius. Peccat autem, ſi dum ſibi dabatur, exiſtimabat non dari libera voluntate, ſed coacta; etiam ſi à principio ſola charitate mutuaſſet.

Cognoſcetur autem hæc voluntas libera, vel coacta ſibi dantis, ex liberalitate, ſeu conditione eius naturali, ex qualitate rei datæ in lucrũ, ex iactura vel lucro qđ mutuarius fecit, & ex alijs coniecturis.

Qui debitori ſuo mutuat pecuniam, à quo debitum recuperare commode non poteſt, vt ſibi hac via alterum tantũ, quãtum ei debet refundat, non peccat, nihil enim ab eo accipit ob mutuum, ſed vt ſibi debitum recuperet. Caueat tamen, vt de ſolutione conſtet aliquo modo, ne hæredes iterum illud petant. 25

Non peccat, qui aliquid accipit in iuſtã mercedem, propter labores numerandi magnam ſummam à ſe, vel à ſuis familiaribus. Neque qui capit aliquid pro ſumptu, aut labore, mittendi pecuniam mutuatam abſenti.

No. 12.] Eſt vſurarius emens, vel conducens aliquid, minoris iuſto pretio, vel infimo, ob anticipatam ſolutionem. Etiam qui vendit aut locat maioris iuſto pretio ſummo ſiue rigoroſo ob dilatã ſolutionẽ. Itẽ ꝗ per mutuationẽ, vel ꝑ quẽcũq; aliũ cõtractũ innominatũ volunt recipere, vel recipiũt aliquid maioris valoris eo quod dederint; vel dent aliud minoris valoris, priuſquã recipiant rẽ maioris valoris. Itẽ qui in hieme dat mercenarijs, ante tpa meſſis, vel plantationis, vel foſſionis vinearum aliqua, non tanti valoris, quanti operæ q̃ promittunt præſtari in illis. Itẽ qui carius ſuas operas præſtãt tempore, quo illa ſunt præſtandæ, eo ꝙ ſolutio mercedis in hiemem ſequentem eſt facienda. 26

Item qui militibus egentibus, veſtes comeſtibilia, & alias res maioris iuſto

pretio

pretiò rigoroſo vendunt, quàm venderẽt præſenti pecunia, eo ꝙ ſolutio differtur in tempus, quo ei ſtipendia ſunt ſoluenda. Item ijdem milites qui præſenti pecunia emunt omnia prædicta minoris iuſto pretio, infimo, vel pio, eo quòd longe poſtea ſunt accepturi.

27 Item qui redditus beneficiorũ, magiſtratuum; ciuitatũ, vectigalium publicorũ, vel priuatorum, emunt, ſeu conducunt a neceſſitate oppreſſis, multo minori iuſto pretio infimo, ob ſolutionem anticipatam vnius anni; vel minori ob duorum, vel adhuc minori ob trium. Item qui piper, & alia aromatica, crocum, pannum, lanas, libros, & alia ſimilia; boues, & alia animalia vendunt, vel locant maioris iuſto pretio ſummo, vel rigoroſo, propter dilatam ſolutionem; vel quia protinus ea reuẽdere volunt minoris iuſto pretio ad ſe ſuſtẽtandum, vel vt habeant præſentem pecuniam Item qui agros ſuos locant colonis, pluris iuſto pretio ſummo, vel rigoroſo; vel mutuat à principio triticum ad ſerendum, & victum, aut pecunias ad emenda neceſſaria in agrorum cultura, ampliata, vel data eis, ad ſoluendum dilatione longa.

28 Item qui redditus ſuos, quàm maximo poſſunt pretio locant in auctionibus publicis, alliciendo homines ad augẽda pretia, pollicitationibus, donarijs incrementorum, & dilationibus ſolutionum, & cogendo

gendo conductores, vt renuncient iuribus caſuum fortuitorum.

In his videndum eſt, an pretium quod promittitur ſuperet iuſtum. An adiectio earum renunciationum illud diminuerit, cum prouentus illi minoris valeant, cum illarum onere, quàm ſine. An iſti prouentus tanti valeãt illi qui eos chriſtiane colligit, & vendit, quàm illi qui per fas, & ne fas, mendacijs, & dilationibus malis adhibitis.

Item illę congregationes, quę ſuos red 29
ditus vendunt, ſeu locant plus offerenti, & omnibus caſibus fortuitis renuncianti, alijsq́; conditionibus ſe oneranti, dona ẽt promittẽtes eis, qui illorum pretiũ augebunt, quãuis aliquid de pretio diminuere deberent, ob labores, & impenſas in colligendo, & ſeruando eos; & propter periculum quod ſubitur cauſa dictarũ renũciationum. Vnde homines locantes dictos redditus conſentiunt peccantibus mortiferè, quia conductores reuendunt minori pretio, quàm emerint, fraudes faciũt, & ſpreta omni iuſtitia, eos exigunt; & ſæpe iniuſta faciunt, vt pretium ſoluant, & ſe, ac ſuos ſuſtentent, & ne decoquant, ideſt ne falliſchino.

Not. 14. Societas poteſt inter duos con 32
trahi, ita vt eorum alter ſalua ſorte principali aliquid vltra illam ſine vſura capiet. Et contrahitur tribus contractibus.

Primus eſt, vt vnus conferat pecuniam,

& alter operam ad cōe lucrum, & damnum. Secundus eſt vt qui operam, & induſtriam ponit, aſſecuret alteri ſortē principalem, iuſto pretio ſibi ab eo conſtituto, aut altero tātū ex lucro remiſſo. Tertius erit, vt qui ſortem aſſecurat, etiā aſſecuret alteri lucrum certum pro incerto, iuſto etiam in id pretio conſtituto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Et hic mod⁹ eſt licitus, ceſſante omni fraude, & vſuraria ſimulatione. Ita quod lucrum illū certum quod pro dubio, ſed veriſimili aſſecurant, ſperetur ex iuſta negociatione ſocietatis, & non ex alia illicita.

Hi tres contractus nedum cum diuerſis hominibus fieri poſſunt, at cum vno, & eodem; diuerſis etiam tēporibus, & vno, & eodem tempore. Et hæc ſocietas fieri poteſt per tres cōtractus formales, & expreſſos, & ꝑ tres tacitos, & æquiualētes.

33 Viro ad inopiam vergente, dos vxoris poteſt dari alicui mercatori, non ad lucrū, & damnum ſimul, quia eſſet periculo obiecta, at vt penes ipſum ſit ſalua, & ex ea proueniat lucrum ad matrimonij onera ſuſtentanda. Hæc autem aſſecuratio capitalis, & redemptio lucri incerti pro certo, facta vt diximus, non eſt vſura; & conſequenter Eccleſiæ, viduæ, pupilli, poſsūt cōferre ſuas pecunias mercatoribus, vt aliquid inde lucrentur, dummodo ibi ſit illa duplex aſſecuratio.

34 Hoc autem mutuum nō dicitur legitimum,

mum,quia eſt in fauorẽ eccleſiarũ, & il-
larum perſonarũ,quia eſſet vſura; ſed qa
conſtare poſſet,illud incepiſſe ab hoc ſo-
cietatis modo,qui fit cũ ſecuritate,& re-
demptione, iam dictis,poteſt iudicari lici-
tum. Qui modus,cũ ſit antiquiſſimus, vim
habet conſtitutionis. Cumq; inceperit in
Gallia, & Italia apud homines doctos, &
probos,nõ eum permiſiſſent, ſi diceretur
vſurariꝰ.Et ad hoc facit.c.Per veſtras, de
dona.int.vir.& vx. Et iuuat,quia vix ter-
tia pars lucri accipitur, cũ centum ad mi-
nus reddat duodecim, vel quindecim reli
quo relicto pro ſecuritate huiuſmodi, &
redemptione dubij pro certo.

Contractus ſimpliciter dandi in ſocieta
tẽ centũ,ſaluo capitali, & quòd quinque
ſecura reddantur pro parte lucri, eſt illi-
citus; quia ex natura contractus ipſius ſo
cietatis, non ſubintelliguntur illi tres, iã
dicti. Erit tamen licitus,& ſi non ex natu-
ra ſua, nihilominus dum formaliter ſiue
expreſſe,vel æquipollenter,ſiue tacitè il-
li addentur,aut in ipſo iſti fient.

Non concedimus contrahi ſocietatẽ,eo
pacto vt alter teneatur aſſecurare aliqđ
lucrum,& capitale; at affirmamus, quòd
contracta prius tempore vel natura ſocie
tate,poſſunt de vtriuſq; libera voluntate
aſſecurationes illæ fieri.

Hoc contractu non aperitur via exercẽ 35
di vſuram,quia illa non quæritur, niſi ex
mutuo vero,vel paliato, hic aũt quæritur

quatuor pro centū ex contractu ſocietatis, & prędictis aſſecurationibus, quę longè ſunt diuerſa.

Intelligenda ſunt autem hæc omnia, vt prædiximus, ceſſante omni fraude, & ſimulatione; ita vt corā Deo formaliter, aut ęquipollenter pdicti tres contractus fiant.

36 Dominium eius quod concedit alicui certi vſus gratia cum pacto vt totum periculum ſit penes recipientem (etiā ſi caſu fortuito pereat) eſſe commodatum. Vel cum commendatur alicui cuſtodiendum, cum pacto, vt cuſtodientis periculo maneat eſſe depoſitum, non tranſit in cōmendatarium, vel depoſitarium.

37 Quis non poteſt diſponere pro libito
38 ſuo de omni re, quæ ſuo periculo vel cō-
39 modo ſtat, aut perit; neq; iuſtè illa vti in alios vſus, quàm in quos accepit, vel in aliam negociationem, aut certam mercaturam quàm in eā, in qua illam rē habuit. Quod ſi fecerit contra voluntatem cōmodantis, vel alio modo tradentis, furti conueniri poteſt, & dupli, & quadrupli damnari. Imo poterit commodans ab eius ſocietate diſcedere, & cum alio conuenire; quia ille habuit rem ab ipſo cum onere vtendi ea in certum finem, & cum modo determinato, & ad non diſponendum de ea pro ſua voluntate.

Si aliquis ſocius accepit pecuniam, & tertius quidam ſecuritatē præſtitit, ad reſtitutionem tenetur, quia perinde eſſet,

ac ſi

ac ſi nullam ſecuritatem præſtitiſſet. Nec vllo iure quis eximitur ab obligatione, eo ꝙ alius, illius debita aſſecurat; & fide iuſſio, & pignora obligationem non tollunt, aut diminuunt, quia inducũtur ad augendum, & non ad diminuendum.

No. 15.] Licitum eſt mutuãti accipere 40
aliquid vltra ſortem nomine intereſſe, tã lucri ceſſantis, quam damni emergentis.

Intereſſe eſt damnum emergens, vel lucrum ceſſans, vnde quia mutuans perdit de ſuis reb9, aut deſinit lucrari, eo ꝙ mutuat; aut quòd die præſtituto non ſoluit.

Vtrumq; horum contingens ob mu- 41
tuum peti poteſt tribus caſibus: primo cũ culpa, aut mora in ſolutione præceſſit. Secundo cum ante, aut poſt morã caſus contingit, mutuum tamen datũ fuit vi alicuius magiſtratus. Tertio ẽt ſi nec vis, nec mora aliqua interueniat, modo mutuatarius admonitus fuiſſet, tempore mutui, de damno quod euenire poterat, & fuiſſet contentus, illud vnà cum ſorte mutuata ſoluere. In his caſibus non ſolum licet accipere, & exigere, ſed etiam à principio conuenire de ſumma quę vltra ſortem ſibi repẽdenda eſt, ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri.

Dum quis ſpontè, & ſine vi mutuat pe 43
cunias expoſitas negociationi, aut emptioni rerum frugiferarum, & ceſſat à tali negociatione, & emptione, poteſt capere licitè intereſſe lucri ceſſantis, ante morã,

& culpam. Melius tamen eſt, vt huiuſmodi contractus diſſuadeātur, niſi conſtāt maius obſequium Deo, per eorū exercitiū, vt proximus liberaretur à magno damno, mutuata ſibi pecunia iam mercaturæ parata, pro exiguo lucro intereſſe lucri ceſſantis.

44 Nulla vis poteſt licitam facere vſuram, cum illa ſit prohibita omni iure, & ſuper eam non poteſt diſpenſari. Et vt nullatenus mentiri licet, ita nec ad vſuram dare, & conſequēter ſicut nulla vi fieri poteſt, vt quis licitè mentiatur, ita nulla vi fieri poteſt, vt ad vſuram licitè detur.

Non eſt vſura accipere intereſſe lucri ceſſantis ob mutuatas pecunias aliqua vi, aut ſpontè, quæ erant paratæ ad negociandum.

45 Non omnes vēditores licitè poſſunt recipere intereſſe lucri, eo ꝙ debitores illis ſua debita non ſoluant tempore præſtituto, at mercatores tantum.

Vna & eadem pecuniæ ſumma plus valet mercatori parato ad negociandū cū ea, quàm alteri cum ea non negociaturo; & ideo ſi plus recipit quàm alius; non recipit pluſquam mutuauit, conſiderando eam, vt erat parata ab ipſo ad negocium.

46 Imo dicta pecunia parata pro negociatione negociatori plus valet, q̃ altera tāta quā ipſe habet à negociatione ſeparatā.

Et ideo qui illam, vel qui triticum ſeminale, ad ſtatim ſeminandum, aliud ſimile ad

le ad id non habenti furaretur, plus reſtituere tenetur, quàm ſi alteri, vel ipſimet aliam, & pluſquam, ſi aliud tantundem alij qui ſeminare nolebat furatus eſſet. vel ei dare debet aliud ſimile ad ſerendum.

Quamuis facultas quæ pecuniæ ad lucrandum ineſt abſolutè conſideratę non auget eius pretium, nec faciat valere pluris, quàm ſine illa, conſiderata tamen ea, prout eſt perſonæ, quæ illa ſcit, & vult vti, facit vt pluris valeat.

Licèt leges Romanę, vſuras conſtitutas ſolui iubeât, propter ſolam ſolutionis metam in quibuſdam contractibus, non tamen iubet ſolui intereſſe lucri ceſſantis, niſi quando ſaltem, cum mora debitoris facultas & voluntas propinqua, & veriſimilitudo lucri faciendi in creditore concurrit.

Ex eo ꝙ res furto manifeſto, vel occulto, vi aut metu ablata eſt; non creſcit pretio; & qui ſic delinquit, non tenetur reſtituere in foro conſcientiæ amplius quidq̃. quàm ſimplex ablatum, quod tamẽ haud eſt verum, in pecunia vel rebus ad negociandum paratis. 47

Hoc intereſſe nõ accipitur, propter mutuam pecuniam, neq; etiã propter facultatem generalem, quæ ad lucrandũ eidem ineſt; at propter facultatem ſpecialẽ lucrandi quam habet, & actu ſit parata ad negociandum, & maiorem poſtea habet apud mercatorem, quàm apud alios. 48

50 Qui mutuat, nõ tantum intereſſe debet habere, quantum alius ſui ſimilis, & ęqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimentis ceſſantibus, ſed quantum meretur illa facultas, & ſpes lucri veriſimilis, quã pecunia illa in mutuante habet, conſideratis modis quibus impediri poteſt.

52 Qui mutuat motus charitate, & miſericordia ad opitulandum proximo, non dicitur mutuare compulſus coactione, quæ reſtitutionem inducat, aut tollat.

Qui ſpontè mutuat, non dicitur impediri à lucro quærendo per alium, ita vt ille teneatur reſtituere illud, eo ſolo quod impediuit eum.

Qui ſpontè à lucro ceſſat, vt ſubueniat alij, poteſt iuſtè accipere tantum, quantũ res mutuata ſibi valebat, & quanti ſpes lucrãdi poteſt æſtimari; petit enim lucrũ, quod illius cauſa omittit, aut quantum illa pecunia cum illa commoditate valet. Et in effectu ſunt duo cõtractus, alter mutui, alter facio vt des, hoc eſt lucrari ceſſo, vt tibi mutuem.

Intereſſe igitur poteſt accipi damni emergentis, & lucri ceſſantis; ratione eius, quod moram, aut culpam in ſolutione cõmiſſam ſubſequitur, & ei⁹ quod ante euenit. Dummodo abſit vſuras paliãdi fraus, & res æſtimetur, non vti acquiſita, ſed tãquam in ſpe poſita, & quæ multis modis impediri poteſt

53 Not. 16.] Ad capiendum intereſſe lucri ceſſan-

ceſſantis ex mutuo, & ſi ponantur multæ conditiones, ſunt neceſſariȩ quæ ſequunt.

1 Requiritur quod intereſſe ſit verum: ſatis tamen eſt, vt tempore mutui lucrum pactum ſit veriſimile; quamuis poſtea nõ ſubſequatur. Et ſi campſores per Bullam Pij V. non poſſint ab initio conuenire de certo intereſſe, quæ prohibitio extra materiam cambiorum non extenditur.

2 Quod mutuatio, vel nõ ſolutio, ſit cauſa ammiſſionis lucri, qualis eſt dũ mutuãs non habet aliam pecuniam ad negotiandum, vel ſi habet, eſt deſtinata ad fortuitas neceſſitates, & nequaquam negociationi ob hoc committenda.

3 Quod mutuans non ſit aſſuetus dãdis vſuris, hoc tamen tantum valet in foro conſcientiæ.

4 Quod non recipiatur intereſſe, priuſquam labatur tẽpus, intra quod illud veriſimile lucrum factum fuiſſet.

6 Quod mutuans ob hoc apud ſimplices non incurrat infamiam vſurarij, æſtimãtes illud intereſſe eſſe vſuram. Et hæc conditio neceſſaria eſt ad euitandum peccatũ ſcandali, non tamen obligat ad reſtitutionem, vel euitatur vſura.

6 Quod mutuet principaliter ob neceſſitatem vitæ, ſalutis, honoris, aut bonorum proximi.

7 Quod totum intereſſe non paciſcatur, neque capiat quod veriſimiliter expectaretur remotis impedimentis fortuitis, ſed

ſolum tantum, quantum valet illa veriſimilis expectatio, cum prædictis impedimentis.

55 Not. 17.] Qui cogitur ſoluere intereſſe, vel vſuras creditori ſuo, eo quod ſtato die mutuarius ei non ſoluerit mutuum, licitè poteſt ab eo recipere illud quod ſic ſoluit, etiam compenſationē iacturæ, quā fecit, vendendo res ſuas minoris, aut emēdo maioris, quàm valerent. Et id accipiet non vi mutui, ſed ratione intereſſe damni emergentis. Nec eſt neceſſariū quod moneat debitorem ſuum damnū emerſurū, vel quòd quærat mutuum gratuitum ſufficiens ad vitandum illud.

56 Not. 18.] Volēs emere aliquod, ex quo annuatim redditum ſperat, ſi pecuniam qua illud erat empturus, mutuat alteri, p̄ſertim promittenti recompenſationem, poteſt accipere, & petere prouētum, quē ex illo facturus erat, quoaduſque pecunia reddita fuerit; quia is æquatur mercatori, & ratione lucri ceſſantis. ſcias tamē oportere pretium eſſe iuſtum.

57 Quòd ſi tu omnibus illis pecunijs non indiges, vt ex mille ſeptemcentū aureis tātum, & ijs à me tibi mutuo datis, res quas emere volebam, emere non poſſum, & ſic vt tibi mutuarem à lucro ceſſaui, poſſum accipere intereſſe illorū mille aureorum.

58 Not. 19.] Intereſſe lucri ceſſantis non poſſunt accipere, qui nolunt, vel non poſſunt negotiari, nec res frugiferas emere.

Nec mercatores certa pecuniæ ſumma negociantes, & non maiori, & aliam quam habẽt mutuant ad intereſſe. Nec qui portant in nundinas multas pecunias, & emptis mercibus ſuo propoſito ſufficientibus, reliquas pro intereſſe mutuant. Nec qui ab alijs grandes pecunias ſumunt, vt alijs ad intereſſe poſtea tribuãt, nolentes illis negociari, nec cenſus, vel alia frugifera emere.

Not.20.] Mons pietatis eſt, quia aliqua quantitas rerum, vel pecuniæ, alicui loco relicta eſt, hac lege, vt mutuo detur pauperibus, pignoribus ab eis acceptis, & vt ſoluant ſingulis menſibus aliquod exiguũ vltra ſortem pro quantitate, & tempore, quo eam tenuerint, & hoc pro ſalario miniſtrorum dicti montis. 59

Hi mõtes approbati ſunt in Concil. Lateran. Seſſ. 10. à Leone X. qui aſſerit hoc idem factum eſſe per alios quatuor Pontifi. p̃deceſſores ſuos. Et hæc declaratio nõ emanauit vtcumq;, & in forma communi, ſed ex certa ſcientia Papæ, eo recenſente argumẽta vtriuſq; partis, & laudante inſtitutores. 60

Concilium in hac declaratione errare non potuit, quia huiuſmodi declaratio ad legem diuinam pertinet, & ad materiam diffiniẽdi, an aliquid ſit peccatum mortiferum nec ne. Vnde eſt recipienda.

Miniſtri qui ſeruiunt dicto monti, iuſtã mercedem habere debent, non à ciuitati- 61

bus, locis, & montibus, ſed à pauperibus ad quos emolumentum peruenit, quod palam ſenſit idem Concil. eadem Seſſ. & quia qui commodum ſentit, onus quoque ſentire debet. Illa tamen eſſe debet ita exigua, vt veriſimiliter non excedat id
62 quod iuſtitia requirit. Hoc à pauperibus datum, non recipitur ratione mutui, ſed ratione adminiſtrationis montis, qui ob eorum commoda cuſloditur, & regitur, quod non fiet ſine adminiſtratore. Dominium pecuniæ penes communitatem pauperum, vel aliorum erit: hac tamen lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat.
63 Si cõſtitueretur aliqs redditus annuus, quò ſine onere aliquo pauperibus mutuaretur, hoc non faceret tales montes fore irrationabiles & malos.
64 Not. 21.] Gener licitè poteſt percipere fructus pignoris fructiferi, traditi ſibi à ſocero in cautionem dotis ſoluẽdę, quia non capit eos vi mutui veri, vel paliati, ſed alia ratione, quam & ſi multi hucuſq; adducere tentarint, non recte tamen fuit aſſignata.
65 Ratio quæ nobis videtur cõuenientiſ-
66 ſima eſt hæc. Attento quod dos traditur in vxoris patrimonium, ad ſuſtentationẽ onerum matrimonij, & quod intẽtio dantis eſt, vt illa ſeruetur, & non conſumetur, & quod oneribus matrimonij inſeruiat, & attentis alijs priuilegijs multis dotis, qui eam dat, aut promittit, non ſolum illã

ex-

expreſſe promittit,ſed etiam præſumitur tacitè ꝓmittere pro prædictis oneribus , tantum emolumentum , quantum ex illa dote ſoluta, ſalua exiſtente poteſt facere aliquis homo mediocri prudentia præditus,ab illo tempore, quo eſt ſoluenda, & ab eo quo incipit maritus prædicta onera ſuſtinere,vſq; ad ſolutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri ceſſantis mariti.Et ita dans,vel accipiens dotem , dato & accepto pignore frugifero pro ſecuritate dotis promiſſæ,videtur tacitè paciſci,vt omnes illi fructus pignoris capiantur pro ſolutione illius emolumenti tacitè promiſſi.

Dum maritus huiuſmodi fructus ꝓ dote ſoluenda recipit,computari non debēt in dotem promiſſam ; modo obligatio de ſoluenda dote ſit ad tempus præſens , & niſi contrarium expreſſe actum fuerit,ſcilicet,vt computentur in partem dotis fructus pignoris,

Poteſt maritus paciſci cum eo, qui do 67
tem promiſit, & non ſoluit,vt quoaduſq; ſoluatur,ad ſuſtentandum onera matrimonij tãtum, paulum plus,vel minus ſoluat, quantum aliquis mediocriter induſtrius ex illa dote,ipſa ſalua,capere poteſt.

Maritus, & hæredes in caſu viduitatis, vel diuortij , tenentur mulieri viduæ , vel ſeparatæ, prębere alimenta, quæ de redditu dotis,ſalua manẽte illa,dari poſſunt, quoaduſque perſoluatur ei ; quia non ea

recipit

recipit vt vſuram, ex mutuo paliato, ſed vt quodam onus promiſſum, quod comitatur doté quoaduſq; deſinat eſſe dos.

68 Iuſta ſunt ſtatuta terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius quouſque illam ſoluant, & maritus qui recipit eam, & hęredes eius, quouſq; illam reſtituant vxori viduæ, aut ſeparatæ, certum quid ex centum ſingulis annis ſoluant.

69 Not. 22.] Cenſus eſt ius quoddam recipiendi aliquam penſionem pecuniæ, aut alterius rei vtilis, in annum, menſem, aut aliud tempus determinatum.

Licita eſt emptio huiuſmodi cenſus, etiam perpetui, & antiqui, & irredimibilis, quia huiuſmodi cenſus ſunt res vendibiles, & ideo iuſto pretio emi poſſunt.

70 Cenſus nouè conſtituendus poteſt emi à cenſuario, cum etiam nondum nata poſſint vendi.

71 Licita eſt emptio cenſus in vitā emptoris, aut venditoris, aut vtriuſque cum pacto, vt ſua morte finiatur etiam obligatio reſtituendi pretium quo conſtitit.

Licita eſt etiā emptio cenſus in certos annos, vt in ſex, decem, aut viginti, dummodo penſio omnium illorum annorum non ſit maior pretio, quod pro illa accepit, vt ſi pro penſione decem, in ſingulos annos centum aurei in quindecim annos darentur.

72 Emptio cenſus perpetui redimibilis, id

eſt

eſt quem venditor poteſt pro ſua voluntà te redimere, ſiue tollere, licita eſt, ſi adſunt cõditiones Martini V. & Calixti III. qui declararunt non omnem emptionem cenſus, qui redimi poteſt eſſe licitam, ſed ſolum dixerunt, eam talem fore, quę àb ipſis refertur, & quæ cum certis conditionibus, & modis factæ ſunt.

Hæ conditiones ſunt octo. Prima, aſſignetur certum prædium à venditore pro cenſu. Secunda, iſtud ſolum, & non alia bona remaneant ob hoc obligata. Tertia, pretium iuſtum ſoluatur. Quarta, & ſtatim illud totum tradatur. Quinta, detur venditori optio totum, aut partem, quando, & quomodo ſibi videbitur redimendi. Sexto, venditor non ſit obligatus ad redimendum cenſum. Septima, pereat cẽſus, pereunte prædio. Octaua, hoc prædiũ ſaltem reddat tantum, quantum cenſus venditus valeret.

Qui pretia receperunt ad eorum reſti- 77
tutionem non tenent, cum cenſus ob quos data fuerunt, pereuntibus prædijs perierint.

Omnes illæ octo conditiones ſunt ne- 78
ceſſariæ multis de cauſis, & cenſus olim ſine illis facti, pro non licitis habebantur.
Et quamuis hæc ſententia neceſſario pro- 79
bari non poſſit contra eum qui mordicus 80
contraria teneret, tenenda tamẽ eſt, quia neque contrarium ſentiens, eam oppugnare poteſt, & magis hæc quàm alia, ſaluti

ac bono publico ac priuato conuenit.

81 Non licet alicui cenſum conſtituere, ſuper ſua ſola perſona, ſine deſignatione aliquorum bonorum, cum ſit res inſolens, noua; mali exempli, & aliena ab omni ratione. Et multa inconuenientia ac vſuræ inde ſequerentur.

82 Et ſi aliquis poſſit ſe vendere, aut ſe alicui ad tempus, aut perpetuo in ſeruum tradere, non tamen licitum eſt ei, vt in ſe manente libero ius cenſus, vel ius pignoris conſtituat.

83 In multis prætorijs Hiſpaniç, decretum fuit, huiuſmodi cenſum perſonalem, verè, vel præſumptiuè ſaltem, vſurarium eſſe iudicandum.

## *Extrauagans Pij V. de modo conſtituendi cenſus.*

84 Cenſus non fiant niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, de ſui natura fructifera, & quę certis finibus deſignata eſt. Præſentibus teſtibus, & notario, in actu celebrationis inſtrumenti, verè numeretur pecunia, & non prius recipiat integrum pretium. Solutiones anticipatæ non fiant, nec deducantur in pactum. Neque conuentiones directè, vel indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenet. Res ipſa ſemper, & liberè aut ſine ſolutione lau-

laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate poterit alienari.

Cum vendenda eſt, dominus cenſus cũctis præferatur, & denunciatis conditionibus quibus vult vendi, & per menſem expectetur. Sint ex toto irrita pacta, quod moroſus debitor cenſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu ad certas expenſas, aut certa ſalaria; aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas; aut rei cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum amittere, aut in aliquam pœnam cadere.

Non augeatur, neq; nouus cenſus creetur; ſuper eadem, vel alia re, in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri. Annulantur pacta continentia, ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quẽ aliàs de iure & ex natura contractus non ſpectant.

Cenſus creandi, ad ratam pereant, re in totum, vel in parte perempta, aut infructuoſa, in totum, vel pro parte effecta. Et etiam pro eodem pretio poteſt extingui, non obſtantibus præſcriptionibus immemorabilibus, imò centum annorum, & pactis.

Cum redditus eſt extinguendus, per bimeſtre ante id denunciet, ei cui ſit dan-

dum pretium; & poſt denunciationem intra annum tamē, etiam ab inuito pretium repeti poteſt, & vbi pretium nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Ad libitum redditus extingui poteſt, ſemper tamen præuia denunciatioue, etiam quòd pluries fuiſſet facta, nec vnquam effectus eſſet ſequutus. Non poſſint repeti pacta continentia pretium cēſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam. Contractus ſi ſub alia forma fierit, ſint feneratic: j, & à fiſco vendicentur.

Si cenſus creatus quocunque tempore fuerit alienandus, hę prędictę cōditiones, etiam ſeruentur perpetuò. Pretium ſemel cenſui conſtitutum, non minuetur, neque augebitur vllo tempore, accidente, & nulla contrahentium qualitate. Hæc bulla ad contractus iam celebratos non extendit.

## *Gloſa ſuper dicti Extrauag. Pij V.*

### GLOS. I.

85 OCto conditiones Martini V. & Calixti III. probātur in Extrauag. eſſe ſeruandæ. Prima eſt ibi: Niſi in re immobili. Secunda ibi: Cenſui ſuppoſitam. Tertia ibi: Iuſtoque pretio. Quarta ibi: Non prius. Quinta ibi: Extingui poſſe. Sexta ibi: Ab inuito. Septima ibi: Ne in totum, vel in parte. Octaua ibi: Frugifera. Et quam-

quamuis non dicatur expreſſe quantæ fru-
gis debeat eſſe, ſatis tamen explicatur, quod eſſe debet tantæ, quantæ eſt cẽſus.

Gl.2.] Cum in re tñ iam in prima condi- 86
tione deſcripta, poſſit fieri cenſus; vetitus eſt qui fiet ſuper ſola perſona, vel ſuper aliqua re corporali, vel ſpirituali, niſi ſit res illarum trium ſpecierum. Et etiam ſuper omnibus bonis conſtituentis illum. Et ratio fuit, vt cenſus periret illa re pereunte, quod non fieret, ſi omnia bona eſſent obligata.

Super cenſu æquali, vel maiori iam cõn- 87
ſtituto, poteſt cenſus conſtitui, quia licèt non ſit propriè res immobilis, habetur tamen pro immobili.

Gloſ.3.] Pecunia prò cenſu danda corã 88
dictis ſuperius, realiter, & integra debet tradi, nec ſufficit oſtenſio, & traditiò partis pecuniæ, imò nec totius, ſi non numerata traditur, etiam cum confeſſione vendentis cenſum, quòd totam recipit, at debet notarius, & teſtes videre eam ſolui, & numerari in integrum.

Fit etiã fraus dum emens monſtrat totum pretium, & illud tradit ipſum totum numerando coram dictis teſtibus, ſed poſtea per conuentionem antea ſecretò initam, in aliorum abſentia reſtituit, vendens ementi partem pecuniæ, quam ſibi ille dederat.

Rigor ſoluendi ſic pretium iſtud, eſt à Pio V. inductus, ad præcludendam viam

malis, & dolis, quibus cenſum emẽtes ſoluebant pretium in mercibus, in pecunia ad ludendum, vel in alios malos fines. Et ita non videtur includere illos in foro conſcientiæ, qui bona fide vtilius, vel æquali vtilitate ſoluerint anticipatam ſolutioné, totius vel partis cenſus.

Quod ſi vendés cenſum debet emptori centum antea ob aliquas cauſas recepta, & poſtea recipit illa centum in parté pretij, per alteram præfatarum cautelarum, non eſt tutus in foro conſcientiæ, ſi hunc cenſum percipit, ita conſtitutum, & ſolutum.

91 Gloſ. 6.] Contractui emphyteutico, & non cenſuali conuenit, vt dominus prædij obligati, poſſit illud vendere.

92 Glo. 7.] Conditio quòd dominus cenſus præferatur alijs in emptione rei cenſuariæ, & ei denuncietur &c. poterat omitti, quia hoc fuit facere de contractu cenſuali, quaſi contractum emphiteuticum. Sed ſeruanda eſt, quia placuit principi, & quia minuit facilitatem imponẽdi cenſum prædijs, quod multis eſt occaſio malorum.

93 Gloſ. 8.] Dum dicitur quòd res cenſuata debet vendi ſine laudemio, non intendit Extrauag. liberari à laudemio prædia, qđ alia ratione quam cenſuum eis debetur, ſed quòd dominus rei cenſuariæ, poteſt vendere illam, non ſoluendo laudemium ei, qui in illa cenſum habet, niſi alia ratione teneatur ei.

Gloſ.

Gloſ.9.] Propter moram ſoluendi cenſum, non incurritur omiſſio aliqua rei cenſuariæ, non obligatio ad intereſſe lucri ceſſantis, neque ſoluendi certas impenſas, etiam ſi conuentiones præceſſiſſent de incurrendis. De intereſſe damni emergentis dicitur, quòd quando bulla annullat conuentiones de ſoluendis certis expenſis, & ſalarijs, &c. quod ſolum reſpicit duras, & nimias, ſolitas imponi ementibus, non autem moderatas, & damna, quæ paſſus eſt, propter moram ſoluendi. Quare iuſtè poſſunt peti, non ratione conuentionis, de petendo tantum pro ſalario & impenſis, ſed ratione legis diuinæ, & humanæ, qua ſoluere iubemur proximis debita, & dāna.

Gloſ.10.] Conditio de non augendo cen 94
ſu ſuper eadem re, non facit quòd eū conſtituens in aliqua, nō poſſit illum augere, vel nouū ponere emptori prioris, ſed ſtatuitur, vt non poſſit id fieri pro cenſibus decurſis, vel decurrendis. Quare ſi datur noua pecunia, nouus imponi dicitur, & augeri.

Gloſ.12.] Et ſi res cenſuaria exiſtat, & 95
fiat infrugifera, dicitur perire cenſum, quia paria ſunt, rem eſſe infrugiferam, & perire.

Gloſ.14.] Cum nulla preſcriptio valeat 96
contra cenſum, ceſſat illa difficultas, an facultas redimendi cenſum vlla temporis præſcriptione tollatur.

Glo.15.] Præſcriptio immemorialis, eſt 97
diuer-

diuerſa ab illa centum annorum, & eſt maioris virtutis, & ſi bulla contrarium inſinuet.

Glo. 16.] Nunc non poteſt cenſus conſtitui redimibilis, ita vt conſtituens teneatur redimere illum, poſt tres, vel decem, vel viginti annos, propter conditionem.

98 Gloſ. 17.] Cenſus factus non ſolum contra formam, ſed etiam citra formam bullæ eſt fœneratitius. Tamen ob hoc haud damnantur cōſtitutiones cenſuum, etiam redimibilium per viam legati, fideicommiſſi, vel per aliam vltimam voluntatem, non per donationes, & alios cōtractus gratuitos, non per viam dotis, & donationis propter nuptias. Non donationis alicuius eccleſiæ, vel capellæ; nō quę fiunt per emptionem, & venditionem, vel per aliū contractum ſibi æquipolētem, per quem quis conſtituit alteri cenſum in re ſua, ob aliquod pretium, ſed ſolum diſponit de ijs, quæ pretio accepto conſtituuntur.

Gloſ. 18.] Hæc Extrauag. includit cenſus redimibiles poſt eam conſtituendos; conſtitutos verò antea nequaquam. Etiam includit irredimibiles fiendos, ſiue ſint temporales, ſiue perpetui, qui eodem ferè pretio quo redimibiles conſtituuntur. Non autem intendit de perpetuis irredimibilibus, qui lōge maiori pretio, & quaſi duplo quam redimibiles fiunt.

*Qua-*

## *Quæſtiones Cenſuum.*

### QVÆST. I.

AN cenſus annuus poſſit conſtitui per 99
ſententiam iudicis, condemnantem 100
alteram partem ad ſoluendum mille, vel
cenſum annuũ donec illa ſoluãtur. Reſp.
Quòd non licet, ſi lis fuerit mota ſuper re
bus conſiſtentibus in numero, pondere, &
menſura. Præſumitur enim in mutuo illã
pœnam eſſe impoſitam in fraudem vſurarum, quia id eſt dare tacitè ad vſuram. Poteſt autem conſtitui quando litigatur, ſup rebus alterius generis à ſupradictis, nec præſumitur de vſura, quia pœna pecuniaria habet hanc ſuſpitionem ſolum in contractu de mutuo, non autem in alijs, niſi cum creditor eſt aſſuetus fęnerari. Et Extrau. non obeſt, quia intendit de cenſu cõſtituto per contractum, hic autem eſt per ſententiam.

Item ſi iudex, vel creditor habuit animum, vt hac ſententia debitor eſſet obligatus ad ſoluendum cenſum, pro vſu illius pecuniæ, non valet ſententia in neutro ſoro, neq; coram Deo, vel in foro conſcientiæ; ſi autem mens fuit condemnare debitorem, donec debitum ſoluat, tanquam intereſſe vel pœnam contumaciæ, valebit in vtroq;: ſi tamen intereſſe, & contumacia inuenitur ibi.

Quæſt. 2.] An cõdemnatus ſoluere mil- 101
le, vel

le, vel cenſum pro eis, donec illa ſoluat, ſuper rebus de quibus diximus, poſſit particulatim ſoluere. Dicitur affirmatiuè, nec Extr. eſt contraria, iuxta Gloſ. vlt. quia id eſt verum quatenus continet formam cōtrahendi cenſum, non autem vt continet formam diſſoluendi, & tollendi eum, quia ibi timetur de fraude vſuraria, non autem hic.

102 Poteſt etiam cogi creditor ad recipiendam ſolutionem particulatim, niſi cum nimis minutatim offertur.

104 Quæſt. 3.] An Extr. Pij vetet conſtitui cenſus, in alia re, quam in pecunia numerata. Reſp. quòd Papa non determinauit fieri poſſe tantum in pecunia, ſed etiā in vino, frumento, & quacūque alia re neq; quantum pretium debeat pro eo ſolui, qđ variari poteſt pro diuerſitate gentis, terrarum, & temporum, pro copia & penuria ementium, aut mercium, vel pecuniæ numeratæ.

105 Quæſt 4.] An hæc Extr. ſit iuris diuini, & naturali declaratoria, humani verò inductoria. Dicitur quòd continet ius diuinum, & naturale vbi reprobat contractū fœneratitium, & cenſum in re infrugifera, cum cenſus ſit fructus qui eſſe non poteſt ex re infrugifera; & ſic vſura eſt cōtra ius naturale, cum ſit quidam fructus, & capitaꝰ ex pecunia, quæ eſt infrugifera: Iuris humani ſunt aliæ conditiones.

106 Quæſt. 5.] Vtrum prædicta Extr. ſit ſeruanda

uanda in regnis quo ad temporalia nō ſubiectis Rom. Pontif. Reſp. eſt affirmatiua, quia cum ius naturale, & diuinum ſit vbique ſeruandum, & hæc bulla ſit eorū declaratoria, nihil noui inducendo, ſed ſolū quid actum ſit monendo, dum expreſsè vel tacitè peccatū vſuræ decreuit eſſe cōtra ius naturale, vel diuinum, ideo vbique gentium credendum eſt, eſſe peccatū vſurarium, vel aliud id quod in hac Extr. declaratur eſſe tale, ſolo iure naturali, vel diuino attento. Eſt etiam valida quo ad ea quæ ſunt iuris poſitiui, cum leges Pontif. Rom. ſint in vtroque foro ſeruandæ, latæ circa ea in quibus vertitur periculum animæ; & ſunt ſpiritualia, & ſi non cōtineant leges naturales, neque diuinas.

Hæc bulla declarat contractus aliquos cenſuarios eſſe verè peccata, vel præſumenda eſſe talia. Clementina verò, non hæc ponit, ſed ſolum formam procedēdi ſuper vſuris inducit, quæ nihil ad peccatum continet.

Non ligat ſubiectos alijs principibus clauſula, quòd cēſuarius præferatur in emptione rei cenſuariæ, & quod fiat denunciatio ante bimeſtræ, cum per eas nō declaretur aliquid eſſe peccatum, ſed quod æquum, & iuſtum eſt.

Nemo eſt iudicandus vſurarius in foro conſcientiæ, propter præſumptiones per hanc Extr. inductas, ſi contrarium coram Deo eſt verum, quia nulla lex fundata ſu-

per præſumptione ligat aliquem in foro conſcientiæ.

107 Quæſt.6.] Omnia contenta in dicta Extraua. ſunt eiuſdem ſpeciei? Dicitur quod non, Cum quædam ſint iuris naturalis, & diuini, quædam humani, quædam tantum ſunt digna, & ęqua in cenſu vt ſeruentur, ſicut eſt prelatio in emptione, denunciatio redemptionis, & redemptio intra annum poſt denunciationem.

Non eſt dicendum mentem Pij fuiſſe, quòd cenſus præſumatur vſurarius, ſi hęc omnia non ſeruantur, quia cẽſus ante decem annos contractus ſeruatis ſeruandis, & toto illo tempore iudicatus iuſtus, nulla ratione poteſt dici vſurarius, eo quod redempturus illum non denunciauerit ante bimeſtre, vel poſt denũciationem ante annum lapſum non redemerit.

108 Quæſt.7.] Num hæc Extr. poſſit tolli in totum, vel in partem, per contrariũ vſum, vel non vſum? Reſp. Quòd dum declarat ius naturale, vel diuinum, aut definit aliqua naturalia, vel diuina eſſe, non poteſt abrogari, quo ad alia vero nouè inducta, vtique poteſt tolli, Papa ſaltem ſciente, & non contradicente.

Iuſte autem poſſunt omitti, quę ſolum tangunt iuſtitiam, vel iniuſtitiam conſtitutionis cenſus, quia cẽſus eſt res de ſe prophana, & temporalis, & conſtitutio eius non eſt magis ſpiritualis quam emptio, & venditio aliarum mercium, & quo ad iſta

Extr. non obligat niſi ſubiectos Papę.

Quæſt. 8.] An qui ſoluit cenſum ob aliquod prædium, & neſcit, an debeat ſoluere ex contractu emphiteutico, an cenſuali, vtrum illi magis credere debeat, quàm illi, cum hi duo maximè differant. Reſpon. quod eodem modo, eſt ei reſoluendum quo ad forum exterius, ac quo ad interi⁹. Item non tenetur credere in dubio ſe debere illum ex cõtractu emphiteutico, ſed ſatis eſt credere, illum ex contractu cenſitico. 109

Quæſt 9.] An liceat poſt præd. Extr. alicui prædium valoris mille ducatorum, reſeruato ſibi annuo cenſu, adiecta pœna, vt ceſſante illo ſoluere per triennium poſſit, recipere prędium traditum. Reſp. affirmatiuè, quia bulla diſponit de cenſu, quem imponit, & vendit ſuper re ſua, & non de illo qui tradit eo modo. 110

Intentio Pij non fuit prohibere locationes ad longum tempus, nec conſequenter contractus emphiteuticos. Neq; Papa diſponit de cenſu præſeruato in traditione alicuius iuris, ſed tantum de nouè conſtituto, vel conſtituendo ſuper re, quę à vendente illum retinetur.

Quęſt. 10.] A qui exigit pœnam ob nõ ſolutum cenſum per nouam conſtitutionẽ debitum, tempore pręſtituto teneatur reſtituere illum in foro conſcientię. Reſpõ. Quod ſi fuit conſtitutus poſt Extr. teneť, ſi ante illam, dicitur quod vel fuit talis, & 111

tam moderata,& ſic abſq; mente fœnerã di facta,vt iuſte potuiſſet poni quo ad forum conſcientiæ,vel non. Primo modo nō tenebitur reſtituere, ſecundo modo vtiq; obligatur.

112 Quęſt. 11. ] Licet ne ei cui debebat cenſus vendere illum pro certo tempore, vel ad vitam ipſius emptoris? Minimè. Poteſt ne vendere illum ſimpliciter? Poteſt eodē modo,& nō maiori,neque minori pretio, quàm fuit emptus: vt dicit Extr.

Qui habens cenſum emptum centū aureis, ſi egeret, & non inueniret qui vellet totidem eum emere,ſed aliquanto minoris,poteſt illum vendere, dummodo nulla fraus vſurarum interueniat. Etiam ſi venditor roget emptorem, vel merces vileſcat,vel pauci ſint emptores cenſuum, & multi venditores, quibus omnibus res minuitur.

Poteſt etiam vendere,aliquanto maioris, quam emerit, ſi rogaretur vt illum vēderet,& nollet, & ſi multi eſſent emptores,& pauci venditores.

Hæc ſint dicta quo ad forum conſcientiæ, quia quo ad forum exterius ob hanc Extr non ſic facilè poteſt id aſſeri,cū prohibeat cenſum vendi carius, vel vilius, q̃ ſit conſtitutus. Tamen ex bono, & æquo idem poſſet dici quo ad idem forum limitando Extr quod non procedit, quando pretium cenſus creuit,vel decreuit,ſed ſolum quando pretium non fuit auctum,

vel diminutum.

Quæſt. 12.] An ſuper cenſu, vel alio iure capiendi aliquos redditus, valeat conſtitui nouus cenſus. Dicitur quòd poteſt, vt dictum eſt in prima gloſ.

Quęſt. 13.] An quælibet res immobilis, quæ pro pretio ęquante cenſum ad huma nos vſus locari valet, cenſeatur fructifera, licet locari nunquam ſoleat, quales ſunt aliquot turres non conſuetæ locari. Reſp. quòd valet, quia nõ ſolum prædium, quod actu fert fructum, dicitur fructiferum, ſed etiam id quod de ſe aptum natum eſt ferre illum. 113

Quęſt. 14.] An vendens cenſum poſſit partem pretij, pro eo accepti, dare alicui ea lege, vt partem cenſus, quæ illi reſpon det, ſoluat eius emptori. Dico negatiuè, quia eſſet hoc dare ad vſuram, cũ mutuaret pecuniam, vt aliquid lucretur.

Quæſt 15.] An liceat emere cenſum cõſtitutum ſuper diuerſis prędijs ſeparatis, expreſſis tamen finibus eorum. Reſpon. quòd licet, quia Extr. non intendit excludere pluralitatem rerum immobiliũ, ſed res mobiles, dicendo ꝙ cenſus conſtituatur tantum in re immobili.

Quæſt. 16.] An liceat diuidere rem, ſuper qua eſt cenſus, & vendere diuerſis diuerſas partes. Dicitur licere, quia ante cẽſum poterat ſic vendi, & eo cõſtituto Extrau. non vetat. 114

Quæſt. 17.] An venditor qui vendit ali-

tam moderata,& ſic abſq; mente fœnerã di facta,vt iuſte potuiſſet poni quo ad forum conſcientiæ,vel non. Primo modo nõ tenebitur reſtituere, ſecundo modo vtiq; obligatur.

112 Quęſt. 11. ] Licet ne ei cui debebat cenſus vendere illum pro certo tempore, vel ad vitam ipſius emptoris? Minimè. Poteſt ne vendere illum ſimpliciter? Poteſt eodẽ modo,& nõ maiori,neque minori pretio, quàm fuit emptus: vt dicit Extr.

Qui habens cenſum emptum centũ aureis, ſi egeret, & non inueniret qui vellet totidem eum emere,ſed aliquanto minoris,poteſt illum vendere, dummodo nulla fraus vſurarum interueniat. Etiam ſi venditor roget emptorem, vel merces vileſcat,vel pauci ſint emptores cenſuum, & multi venditores, quibus omnibus res minuitur.

Poteſt etiam vendere,aliquanto maioris, quam emerit, ſi rogaretur vt illum vẽderet,& nollet, & ſi multi eſſent emptores,& pauci venditores.

Hæc ſint dicta quo ad forum conſcientiæ, quia quo ad forum exterius ob hanc Extr non ſic facilè poteſt id aſſeri,cũ prohibeat cenſum vendi carius, vel vilius, ꝙ ſit conſtitutus. Tamen ex bono, & æquo idem poſſet dici quo ad idem forum limitando Extr quod non procedit, quando pretium cenſus creuit,vel decreuit,ſed ſolum quando pretium non fuit auctum,

vel

vel diminutum.

Quæſt.12.] An ſuper cenſu, vel alio iure capiendi aliquos redditus, valeat conſtitui nouus cenſus. Dicitur quòd poteſt, vt dictum eſt in prima gloſ.

Quęſt.13.] An quælibet res immobilis, quæ pro pretio ęquante cenſum ad humanos vſus locari valet, cenſeatur fructifera, licet locari nunquam ſoleat, quales ſunt aliquot turres non conſuetæ locari. Reſp. quòd valet, quia nõ ſolum prædium, quod actu fert fructum, dicitur fructiferum, ſed etiam id quod de ſe aptum natum eſt ferre illum. 113

Quęſt.14.] An vendens cenſum poſſit partem pretij, pro eo accepti, dare alicui ea lege, vt partem cenſus, quæ illi reſpondet, ſoluat eius emptori. Dico negatiuè, quia eſſet hoc dare ad vſuram, cũ mutuaret pecuniam, vt aliquid lucretur.

Quæſt 15.] An liceat emere cenſum cõſtitutum ſuper diuerſis prędijs ſeparatis, expreſſis tamen finibus eorum. Reſpon. quòd licet, quia Extr. non intendit excludere pluralitatem rerum immobiliũ, ſed res mobiles, dicendo ꝙ cenſus conſtituatur tantum in re immobili.

Quæſt.16.] An liceat diuidere rem, ſuper qua eſt cenſus, & vendere diuerſis diuerſas partes. Dicitur licere, quia ante cẽſum poterat ſic vendi, & eo cõſtituto Extrau. non vetat. 114

Quæſt.17.] An venditor qui vendit ali-

quas partes fundi cenſualis, ipſe ſolus teneatur ſoluere totum cenſum, an etiam illi qui eas emerunt. Reſp. Quod poteſt is cui debetur cenſus totum illum petere à quolibet eorum, quia per illam diuiſionē non diuiditur vectigal in præiudicium illius cuius eſt.

118 Queſt. 18.] An ab initio conſtituti cēſus liceat pacifici, quòd caſu quo venditor cē ſus, vendiderit fundum, vel partem eius, teneatur redimere cenſum. Reſpō. quod non, quia Extr. prohibet omnem pactum, quo vendens cogatur redimere inuitus.

Quæſt. 19.] An cenſus ante hanc Extr. factus, re cenſuaria perempta, vel facta infrugifera, in totum, vel in parte ceſſet. Reſpon. quod ante hanc bullam pereunte re in totum, etiam cenſus peribat, & eſt ſeptima conditio Martini V. Si autem res ꝑditur quo ad partem, dicò quòd non perditur cenſus ex eo ſolo, quòd pars prędij vectigalis, & cenſui ſuppoſita perditur. Quia id nullo iure videtur caueri, cum is qui debet illum, liberetur, relicta parte quæ ſupereſt cenſuario, cui debetur cenſus. Nam vt dictū eſt ante hanc Extr. non poterat conſtitui niſi in re ipſa, qua perempta, vel derelicta liberaretur vēditor.

Quæſt. 20.] Perit ne in parte cenſus, cō ſtitutus ſuper certis, definitisq; rebus, & omnibus vendentis facultatibus, parte illorum perempta? Minime, ſi fuit factus ante Extr. poſt vero, talis cenſus non poteſt

fieri,

fieri, vt dictum eſt.

Quęſt. 21.] Qui vendit cenſum obligan do ſe ad ſolutionem in forma camerę, trãſ greditur hanc Extr.? Vtique quia vendit alia forma, quàm poſita. 116

Quæſt. 22.] Venditor cenſus deſinit ne eſſe obligatus ad ſoluendum illum vendẽ do, & diſtrahendo rem cenſui ſubiectam? Maximè, ſi vendit cenſuarius & modo requiſito, quia onus reale, tranſit cum ipſa re.

Quæſt. 23.] Res cenſuata deſinit eſſe in parte infrugifera, eo ſolo quòd non reddit tantum, quantum tempore cõſtitutionis, & venditionis eius reddebat? Reſpon. Non, quia ex hoc res illa non perimitur. 117

Quęſt. 24.] Extinguitur cenſus propter ſterilitatem multorum annorum? Nequaquam, quia nullo iure id cauetur.

Quęſt. 25.] Cenſus eſt ſuper molendinũ, quod à patrono deſtruitur, quia aqua mutauit curſum, & ædificauit aliud, ex materia prioris, debetur ne ex hoc molendino? Non, quia eſt aliud à primo, & ei non eſt impoſitus cenſus. Cenſuarius quia primum deſtruxit, tenebitur ei, cui debet cẽſum, de dolo. Vel cogetur reddere pretium, quod pro cenſu accepit, vel cenſum conſtituere ſuper nouum, vel ſuper aliam rem ſuam immobilem. 118

Quęſt. 16.] Qui emit cenſum ſuper aliqua re, non libera, vel ſuper qua, non poterat venditor eum conſtituere, quod ta-

men emptor ignorabat, poteſt ne exigere illum abſque peccato? Poteſt pro tempore quo id ignorauit, quia iſte non debet perdere cenſum & ſuum intereſſe ob alterius dolum.

Quęſt. 27.] An in dicto caſu poſſit venditor compellere venditorem ad reſtituendum prędium. Reſp. quod poteſt ſi ignorauit, ratione modo dicta.

Quæſt. 28.] Dum fit cenſus, poſſunt ne paciſci, vt vendens teneatur ſoluere cenſum, donec pretium reddat, caſu quo res non eſſet libera, vel eſſet alteri cenſui ſubiecta? Minimè, quia eſt contra bullam, & aperiretur oſtium vſuris Tenetur vtique ad intereſſe, non tamen debet ſoluere cenſum malè conſtitutum, donec reddat pretium, quia hoc eſſet vſura.

119 Quęſt. 29] Qui ſimulat ſe ignorare, terram ſuper qua fit cenſus eſſe alienam, vel non liberam, vt poſſit ad libitum cogere venditorem ad reddendum ſibi pretium hac ratione, qnia cenſus eſt ſuper huiuſmodi terram, poteſt cenſum iuſtè accipere? Non. Quia illa ſimulatio doloſa, quæ peccatum eſt, nõ debet ei prodeſſe. Immo in conſcientia teneretur illum cenſum reſtituere, vel computare in partem ſolutionis pretij, quod pro eo dedit. In foro exteriori ſi hoc probatur, vel ipſe cõfitetur, poteſt puniri vt vſurarius.

120 Quęſt. 30.] An cenſus cõſtitutus in alia re, quam in numerata pecunia, puta in tot

modijs

modijs frumēti, vel amphoris vini, debeat reduci ad pecuniam numeratam, quę iuſtè reſpondeat pretio pro ea dato, ſi pretium frumēti, & vini adeo creuerit, vt excedat pretiū pro eo datum, licèt cum daretur, eſſet iuſtum. Dicitur quod iuſtè poteſt ſtatui à legiſlatore non recognoſcente ſuperiorem, vt fiat prędicta reductio. Vel antequam fiat poſſet ſolui in ea re cēſum, in qua conſtitutus eſt, ſiue pretium eius ſit auctum, vel diminutum, ſiue non.

Quęſt. 31.] Si emptor cenſus eſt tutus in cōſcientia, ſi verè ſoluit iuſtum pretiū, ſed non in pręſentia Notarij, & teſtium, nec in pecunia numerata, ſed per liquidi pretij recompenſationem, vel ſine fraude in mercibus quas venditor cenſus emere volebat taxatas iuſto pretio. Reſp. affirmatiuè. 121

Quęſt. 32.] Si non pro iuſto pretio fuerunt illę res ęſtimatę, & partem pretij in mercibus, partē in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor cenſus teneatur ad damnū emergēs, aut lucrū ceſſans, an tantū ad ſupplendū iuſtum pretium. Dicit quòd ille emptor tenetur ad ſupplendū iuſtum pretium, & ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.

Quęſt 33.] An poſſit dari iuſta venditio cum pacto exigendi pretium à venditore aliquo caſu. Dicitur negatiuè, niſi ſit caſus in quo iure communi pretium exigi poſſit: tūc enim intra vnum annum poteſt 122

cogi ad r dimendum.

Quæſt. 34.] An per additionẽ pacti prædicti, ſi fieret emptio, eſſet vſuraria. Eſſet vtique propter Extrauag.

Quæſt. 35.] An in principio poſſit paciſci, vt emptor pretium repetat, quandocunque volet, computatis in eo omnibus cenſibus antea receptis. Reſp. quòd non, propter dictam Bullam.

Quæſt. 36.] Vtrum bulla dicens, quod cenſus redimatur, eo pretio quo fuit conſtitutus, reſtringatur ad ſolum cenſum, redimibilem tantum. Reſp. quod non: quia cum videatur habere locum in cenſu perpetuò irredimibile poſt eam conſtituendo; ita cum dicit quod eius pars non vendatur, neque ematur vilius, aut carius, habebit locum in eodem, ſed ſicut ipſa non includit cenſus redimibiles ante ipſam factos, ita non irredimibiles tunc factos.

123 Quæſt. 37.] Licèt ne venditori cenſus ſoluere pretiũ redemptionis in alijs rebus, quàm in pecunia numerata? Vtique. Cùm quoties fit cõtentus debitor de pretio ſoluendo, cenſetur ſibi eſſe ſolutum. Et Extrauag. iubens fieri ſolum in pecunia, ſtatuit de pretio ſoluendo debitori in conſtitutione cenſus, non autem dicitur extendi, ad pretium ſoluẽdum emptori pro eo redimendo, vel caſſando.

124 Quæſt. 38.] Poteſt ne accipi pro cenſus redemptione, aliquid vltra id quod datũ fuit, ſi ſolutio fuit in pluribus terminis, vt

intra

intra ſpatium trium,vel quatuor annorū? Reſpondetur quod non,ſi illud plus accipiatur tanquam pretium, vel pars pretij. Sed poterit ſi accipiatur vti ſolutio alicuius partis cenſus iam decurſi .

Quæſt.39.]An cenſus redimatur per cōpenſationem debiti liquidi.Reſp.affirmatiuè. Et poteſt debitor coram iudice tractare,vt iubeat emptori quòd relinquat illi cenſum pro redemptione. Vel extra iudicialiter illū de hoc admonere,& proteſtare quod nō amplius eſt obligatus ſoluere, nec velle quod cenſus duret.

Quæſt.40.] Vtrum iſta compenſatio fiat 125
ipſo facto , ita quod cenſuarius non poſſit accipere quidquam ratione cenſus, tempore quo incipit debere liquido, tantum ei qui debet cenſum, quantum dedit pro illo, eo quod videatur ipſo facto extinctus? Reſp.quod donec declaret, & moneat cenſuarium,quod vult redimere cen ſum,& quod id quod ſibi debet, accipiet in compenſationem pretij redemptionis, non eſt redemptus, & tenetur ſoluere tēpore ſtatuto.

Quæſt 41.] Denunciatio de redemptio- 126
ne cenſi ante bimeſtre, poteſt fieri cenſua rio in qualibet parte anni?Vtique:nullum enim tempus hæc Extrauag. ad id præfigit,dummodo præcedat admonitio.

Quęſt.42.] Si redimitur ante finem anni,quando debet ſolui cenſus,an totus ſit ſoluendus pro illo anno, an pro rata temporis.

poris. Reſp.quod tantum pro rata temporis,quia redimi poteſt ad libitum à debitore,& ſine ſuo damno.

127 Quæſt. 43 ] An prælationi cenſuarij in emptione rei cenſuatę, prępidicet is qui debet cenſum, redimendo prius illum,& poſtea vendendo cui placuerit.Dicitur affirmatiuè.Cenſuario enim non datur prę-latio, niſi dum eſt cenſuarius.

Quęſt.44 ] An cognato vel ſocio habente ius pręlationis, in re cognati,vel communis ſocij,cenſuarius ſit pręferendus.Dr̃ negatiuè.Quia dum princeps vni gratiam concedit, nõ dr̃ velle alteri prępidicare.

128 Quęſt.45.]An ſit licitus contractus duorum, quorum alter donauit irreuocabiliter alteri mille, obliganti ſe ad donandũ, vel dãdum donatori centum quolibet anno dum viueret,ita qđ poſt mortem eius, nihil deberet ſibi, nec illius hęredibus. Reſp.eſſe licitum, quia non eſt mutuatio, ſed donatio, ſub contractu innominato. Hęc obſtat Extrauag. qnia intendit de cenſu conſtituto per viam emptionis, vel alterius contractus æquipollentis, & hic eſt modo donationis.

129 Quæſt.46.]An cenſus Romę conſtitutus; ſuper vna re immobili, finibus ſuis deſignata,& ſuper omnibus alijs rebus mobilibus, & immobilibus non deſignatis, ſit rectè factus.Reſp.ꝙ non,propter Extrau. & quia hoc idẽ quadamtenus eſſet, conſtituere illũ ſuper perſona,quòd eſt illicitũ.

*Qua-*

## *Quæſtiones quædam reſultantes ex quibuſdam contractibus factis Neapoli circa quoſdam cenſus.*

1 NOn potuerunt prædicti cenſus cõſtitui poſt Extrauag. ſuper omnibus bonis, nullo immobili ſpecialiter ſuis finibus deſignato. 130

2 Nec etiam imponi ſuper omnibus bonis generalibus, & quodam immobili ſpeciali expreſſo, & ſuis finibus deſignato.

3 Licuit cẽſus ante Extrauag. ſuper omnibus bonis vendentis facere, ſi tamen imponens habebat tanti capacia.

4 Duo poſſunt imponere cenſus ſuper duabus rebus immobilibus ſuis terminis deſignatis, quarum vna ſit vnius imponentis, & altera, alterius. 131

5 Quis poteſt vendere, & imponere ſuper re immobili aliena, conſentiente dñō.

6 Venditor cenſus, & non emptor tenetur ſoluere vectigalia, quę ratione prędij fiſco debentur. 132

Quęſt.49.] 7 Vt cenſus rectè imponatur, ſufficit, quòd venditor cenſus confiteatur ſibi eſſe ſolutum pretium, & eſſe contentum, & hoc ante Extrau. modo nō.

8 Inanis eſt conſtitutio, qua venditor cenſus conſtituit emptorem procuratorem ad illũ exigendum, cum ſit dñs eius. 133

9 Iuſtè poteſt conueniri, vt dimidium 134

cenſus

cenſus ſoluatur in fine ſemeſtris, & alterũ in fine anni, vel quod tertia pars in fine cuiuſque quadrimeſtris.

135 10 Permittitur promiſſio qua venditor cenſus ſe obligat ad defendendum cenſum venditum emptori.

136 11 Promiſſio de ſoluendo cenſum ſub pęna dupli, poſt hanc Extrauag. fieri non poteſt, & ſi antea.

12 Clauſula qua vẽditor cẽſus cõſtituit ſe poſſeſſorẽ, noĩe ꝑcarij, eſt reprobanda.

138 Quæſt. 50.] 13 Non poteſt venditor cenſus facere copiam emptori ſuo capiendi auctoritate propria rem cenſuariam, ob ceſſationem ſolutionis penſionis.

14 Pactũ quo venditor cenſus renunciat foro ſuo, & alio ſe ſubijcit, eſt contra hãc Extrauag.

15 Non poteſt venditor cenſus ſe obligare ad ſoluendum dimidium ducati quolibet die, emptoris nuncio miſſo ad recipiendum cenſum.

16 Conuenire partes, vt inſtrumentũ emptionis cenſus habeat executionem paratam, eſt contra Extrauag. niſi lex ciuitatis aliter diſponat.

139 17 Clauſula illa cum omnibus alijs clauſulis, non poteſt apponi poſt Extrauag.

140 18 Cenſus poſiti ad rationem decem pro centum non ſunt ſemper iniuſti, quia pretiũ non eſt ſtatutũ, ſed variatur pro varietate regionũ, vt dictũ eſt nu. 104. & q. 3.

LAVS DEO.

795049

# INDEX PRÆLVDIORVM.

*ANima rationalis quid ſit, & qualis; & quomodo erratur circa cognitionem animæ.*
*Præludium I.* car. 9

*De potentijs animæ, vt eſt ſenſitiua, & vegetatiua, Quid ſit potentia, & quotuplex; & quid ſit ſenſualitas.*
*Præludium II.* car. 10

*De potentijs animæ, vt eſt rationalis, & quid ſit intellectus, & voluntas, quomodo diſtinguantur, & operentur, etiam in Deo, & Angelis. Quid ſit liberum arbitrium; an requiratur gratia: & quomodo homo ſit imago, vel veſtigium Dei.*
*Præludium III.* car. 12

*De ſumma beatitudine, vel miſeria hominis: quid ſit finis vltimus, ſeu beatitudo, & quotuplex: quid ſit miſeria hominis, & quotuplex: &*
*qua*

*quæ pœnæ præcipue ſint in inferno.*

*Præludium IIII.* *car.16*

*De paſſionibus, & habitibus animæ rationalis: quid ſit paſſio animæ, quotuplex; quomodo colligitur numerus paſſionum, quomodo ſint bonæ, vel malæ, quomodo explicandæ in confeſſione. Item habitus animæ quid, quotuplex, qualis: & an actus malus poſſit eſſe cum habitu bono, vel cum caritate.*

*Præludium V.* *c.20*

*De actu humano, ſiue morali animæ. quid ſit, quomodo diſtinguitur ab habitu, vel ab alijs actibus, quid ſit omiſſio, quid violentum, quid metu factum; an ſit humanum, & meritoriũ: quid de actu facto impulſu concupiſcentiæ, vel metu, vel blanditijs, an annullet teſtamentum: quando ignorantia facit actum non humanum.*

*Præludium VI.* *car.23*

*De actu humano, & meritorio, & malo, ſeu peccato; quid ſit meritũ de condigno, ſeu congruo: quid ſit*

pecca-

*peccatum mortale, & veniale; quæ eius materia, & forma; & quid ſit in genere entis, vel in genere moris: quid ſit reatus, & quotuplex: an detur actus indifferens.*

*Præludium VII. car.25*

*Peccatum originale, quod omnes cõtraxerunt, quid ſit.*

*Præludinm VIII. car.28*

*Peccatum actuale eſt multiplex: quid ſit peccatum mortale: quæ leges obligent ad mortale, & quæ excuſent à mortali. Diſpenſatiõ, quando requirit iuſtam cauſam, & quæ cauſa eſt iuſta, & excuſat: quæ deformitates peccati dicendæ in confeſſione.*

*Præludium IX. car.29*

*De pœnitentia, & eius partibus.*

*Præludium X. car.33*

# INDEX LOCVPLETISSIMVS.

*Primus numerus indicat Capita, Secundus numeros capitum.*

## A

ABORTVS periculo exponens ſe, vel aliam. cap. 15. num. 14. & cap. 27. nu. 235. 236

Abſoluendus an ſit quis in occaſione peccati, & quando. 3.15

Abſolutio data etiam excommunicato, quando teneat. 9.4

Abſoluendus an ſit non ſoluens pœnam temporalem. 23.61

Abſoluens à reſeruatis quid faciet. 25.96

Abſoluere à peccatis prius, quàm ab excommunicatione. 26.7

Abſolutionis forma quæ, & quã teneat. 26.11

Abſoluẽs à quib⁹ nõ poterat, q̃d faciat. 26.14

Abſoluendus an ſit mutus, demens, & in articulo mortis, &c. 26.27

Abſoluit Epiſcopus à caſibus reſeruatis Papę, & quando. 27.88

Abſoluendi poteſtas pro cenſuris, non eſt pro irregularitate. 27.254

Abſoluere à cenſuris in articulo mortis quis poteſt. 27.272

Abſoluere ab hæreſi quis poteſt. 27.275

Accidia quid, & quotuplex. 23.124.125

Accipiens aliquid à fure, vt taceat. 17.25

Accipere occulte aliquid ab eo, cui diſplicet occulta acceptio. 17.138
Accuſans quando peccat. 25.31
Adminiſtrator quando reſtituat de bonis adminiſtratis. 17.137
Adulter inuentus, & occidens maritum, peccat, & fit irregularis. 15.7
Adulter, & adultera circa filiũ ſpurium quid agant. 16.43.48
Adulteri quomodo ſe habeant circa cohabitationem, & debitum. 22.22
Aduocati, & procuratores in officijs, quando peccant. 25.28
Alienum accipere extra extremam neceſſitatem. 17.118
Allicere ad amorem vanum, vel venialem 14.30. & 16.14
Amare intenſius creaturas, quam Deum, ſed non fortius: & quomodo Deus amandus. 11.19.20
Amare proximum quando tenemur, & quo ordine. 14.8.23. & ſeq.
Amari volens ab aliquo, vel ab aliqua carnaliter. 19.1
Amicitiam aliquorũ lædẽs, vel ſeparãs. 18.13
Ancilla quando poteſt fugere à domino, cum quo peccat. v6.21
Animal domeſticum alicuius occidens. 17.220
Animalia aliena retinere. 17.128
Apum examen accipere. 17.129
Archidiaconus qualis ſit. 28.135
Arma vẽdere ob finẽ honeſtũ, vel turpẽ. 23.90
Artem notoriam diſcentes. 11.38

Articu-

Articulus mortis, & periculum mortis, quādo ſumuntur pro eodem. 27.272
Artifices quando non abſoluendi. 3.18
Artifices quorum opera ſunt ad malum vſum. 14.43
Artifices non docentes tyrones. 17.109
Aſſecuratio pecuniæ, vel lucri. 17.253
Aſſecuratio eſt licita, & pretio æſtimabilis. 17.284
Attritus fit contritus. 1.38. & quæ attritio ſit ſatis ad gratiam. 1.42
Auaritia qñ mortalis, & quæ eius filiæ. 23.73
Aues accipere in alienis arboribus. 17.129

B

Baptizandus conteratur. 1.37
Baptiſmus quid; & in eius vſu qui peccent. 22.3
Baptizari petens à Parocho peccatore. 14.28. & 24.23
Baptizans bis, vel chriſmate veteri. 22.6. & 25.75
Baptizans, vel baptizatus bis, fit irregularis. 27.246
Bellum iniuſtum petens, vel non cogitans an ſit iniuſtum, vel principaliter cõtra ſuos inimicos: & q̄d ſi ſubditus cogatur ire. 15.15
Benedictio nuptiarum. 22.83
Benedicere veſtes ſacras quis poteſt. 25.84
Beneficia plura accipiens, vel indignus, vel ob temporale. 23.15
Beneficij collationem impediens. 17.70.96
Beneficiarius nõ implẽs vota qñ peccat 12.74
Beneficiarius non faciẽs eleemoſynam 23.75

Beneficiarius non recitans horas, an reſtituat. 25.123
Beneficiarius, vel ſacer q̃uo ſe veſtiat. 25.110
Beneficiarius in acquiſitione, vel retentione beneficij multipliciter peccare poteſt. 25.112. & ſeq.
Beneficiarius ſi contrahat matrimonium, vel nõ reſideat, & quãdo excuſaſ. 25.120.121
Beneficia Eccleſiaſtica quot, & quibus danda. 25.125
Beneficia plura quãdo retineri poſſint. 25.128
Beneficiarius, vel curatus non diſcens neceſſaria ſuo officio, vel non adiuuans morientes in peſte. 25.133
Beneficium ſumens in cenſuris. 25.133
Beneficij collatio facta excommunicato eſt nulla. 27.272
Bigamiã quãdo incurrit vir, vel mulier. 16 27
Bigamia quæ, quotuplex, & quando facit irregularitatem, quando diſpenſatur. 27.195
Blaſphemus quis dicatur, & quando corrigendus. 12.81. & ſeq.
Bona fides in re aliena; & quæ dicitur bona fides. 17.7.10
Bonum, vel ius alicuius impediens. 17.69
Bullarum vi quomodo quis abſoluendus, & indulgentiæ applicandæ. 26.30
C
CAmbia quando licita, vel illicita. 17.288
Capitali ſaluo lucrum habere. 17.282
Capitulum quando, & quomodo det licentiã ordinandi. 25.68
Carceratus iurans redire, ſi non reddit. 12 18

Carcerare aliquem iniuſte. 15.12
Cauſam peccandi dans. 14.28
Cauſa q̃ fuit peccati alteri⁹, q̃d faciat. 14.45
Cauſa damni, vt in iudicando, conſulendo, laudando. 17.130
Celebrans quomodo ſit ieiunus, & ſine pecca to, & quando non perficiat Sacramentũ, & vbi, & quoties celebret. 25.75. & ſeq.
Celebrare ante recitatum matutinum, vel ſine veſtibus ſacris; & quæ veſtes ſunt neceſſariæ; ſine aqua, pane, vino, vel ante lucem. 25.83. & ſeq.
Celebrare, vel communicare quis, & quando poteſt in cenſuris Eccleſiaſticis. 27.239
Cenſum emere, &c. 17.234. & 23.91
Cenſura quid, & quotuplex. 27.1
Ceſſatio a diuinis quid, & quomodo differt à cenſuris. 27.188
Cibi, feſta, & ieiunia, ſecundum mores regionum. 23.120
Cingarum interrogans de ſua ſorte. 11.29
Circumſtantia, quid, quotuplex; & quæ neceſſario dicenda. 6.1. & ſeq.
Clericus, vel monachus ſpectans ludum, vel ludens quando peccat, & reſtituat. 20.9.14
Clericus an detegat coniuratos in Rempublicam. 24.11
Cleric⁹ q̃uo peccat circa ordines. 25.68. & ſe.
Cleric⁹ q̃uo peccat circa bñficia. 25.112. & ſe.
Cleric⁹ cohabitãs cũ ſuſpecta, vel frequẽtans domum, vel moniales. 25.109.110
Clericis quæ prohibentur. 25.111
Cognati peccantes ſimul q̃n abſoluendi. 3 15

Colum‑

Columbaria tenere, vel ineſcare. 17.126
Comedés caſtiſſima vnde carnaliter peccet. 3.15
Comedens, vel comedere faciens cibos cum graui periculo. 15.13
Comedere aliquid vnde timetur pollutio, vel peccatum carnis. 3.25.& 16.8
Comedés calida, vel multũ, ob luxuriá. 16.15
Comedens de cibis furto ſublatis. 17.9
Cómodatum repetere ante tempus. 17.182
Cómodatũ caſu periés, cui perit. 17.183.185
Communicare in Paſchate quis tenetur, & cũ qua diſpoſitione. 21.45
Communio cui neganda. 21.55
Cómutãs votũ, quæ debet cõſiderare. 12.78
Commutare qui poteſt, an poſſit diſpenſare; & contra. 12.79
Commutatio vi cruciatæ qũo facienda. 12.80
Conceptionem impediens. 19.9.42
Concupiſcentiæ carnalis cauſa, facere aliquid. 16.13
Concupiſcere aliquid inordinate contra iuſtitiam. 20.1
Condemnans aliquem iniuſte, vel condemnatum non liberans ſi poteſt. 15.16
Concubinarij an abſoluendi, etiam cũ propoſito, &c. 3.19
Concubinarius, vel talis putatus, an abſoluendus. 16.20
Conductor quando excuſatur à ſolutione pretij propter infortunium. cap.17.nu.187.
Confitens credens ſe peccaturũ. 1.9.& 9.18.
Cõfeſſio, quid, & ei⁹ cõditiones, & an ſub præcepto,

cepto, & quando facienda. 2.1.5,9
Confeſſor peccans, dum audit confeſſionem; vel pœnitens, dum confitetur. 3.25
Confeſſoris poteſtas, quæ, quanta, & quando requiritur; & quæ ſcientia neceſſaria. 4.1
Confeſſor non idoneus etiam regularis, & qui eum ponit, vel tolerat, quando peccat 4.12
Cōfeſſionem audiens in peccato mortali. 4.14
Confeſſor quãdo, de quibus, & quomodo debet interrogare pœnitentem. 5.1.3
Confiteri vltimum actum peccati ſatis eſt 6.7.
Confiteri nemo tenetur peccatum cum damno corporis, animæ, vel famæ ſuæ, vel alterius, & quando. 7.4
Confeſſio quando eſt nulla ex parte pœnitentis, vel confeſſoris, vel confeſſionis; & quando reiteranda, & quomodo. 9.1
Confeſſarius quando dimittet pœnitentem negligentem. 9.16
Confeſſor in audiendis confeſſionibus & erga pœnitẽtem quomodo ſe gerat. 10 1. & ſeq.
Confeſſarius non debet inducere ad vouendũ, vel iurandum. 12.20
Cófeſſor in interrogatione carnalium quomodo ſe gerat. 16.4
Confeſſarius circa matrimonium morientis cũ concubina. 16.37
Confeſſarius abſoluens non imponendo reſtitutionem. 17.22
Confeſſarius an concedat dilationem reſtitutionis, vel vt pro parte reſtituat. 17.65
Confeſſione mediante peccata alicuius detegere. 18.52

Confeſſio ſemel in anno à quo, & quomodo facienda; & an per ſcriptum; & ſi quis in ea mentiatur, vel proponat non dicere confeſſario peccata, vel confiteri ob alium finem, vel laico, vel ſcrupuloſe reiterare. 21. 33. & ſeq.
Confeſſor dubitans an ſit mortale quid dicat pœnitenti. 23.21
Confeſſor quando non abſoluat reum nolentem verum dicere. 25.36
Confeſſor quomodo ſe gerat erga pœnitenté doctum, vel indoctum, & in dubijs, & in reſeruatis. 26.1.& ſeq.
Confidens ſaluari ſine meritis, & gratia, vel in peccato mortali. 23.14
Confirmatio quid, & quomodo peccetur in eius vſu. 22.8
Coniugati cohabitantes, ſi matrimonium ſit nullum. 3.24
Coniux alter, vel vterque vouens continentiã perpetuam, vel ad tempus, quid faciant, & quis diſpenſat. 12.58
Coniux ſine licentia alterius non ſumat habitum tertiarij. 12.62
Coniuges ad inuicem quæ vota poſſunt irritare. 12.64
Coniuges quando peccant in coniugio. 16. 24
Coniugati quomodo peccent in matrimonio contrahendo, vel contracto. 25.144
Complacentia de damno illato alicui. 17.133
Conſcientiæ contraire. 14.26
Conſentire, & auxiliari, ſunt diuerſa. 24.19
Conſilia Chriſti non approbans, vel non ſeruans,

uans,quando peccat. 20.20
Conſulere malum alicui. 24.11
Conſuetudine mulieris ſuſpectæ vtens cum ſcandalo. 14.31
Conſuetudo antiqua in legibus humanis conſideranda. 23.59
Contrahés potés cũ impotente ſciéter. 22.59
Contractus venditionis vltra dimidium qualiter reſcindendus. 23.84
Contritio quid, c.1.num.1.qualis requiritur, nu.9 poteſt eſſe de prorſus oblito,30.quæ requiritur pro baptiſmo,37.& quæ pro ſacramentis. 42
Correptio fraterna quos,quando,& quomodo obligat. 24.12
Corrumpens ſe loquendo cum ſponſa an abſoluendus. 3.23
Corrupta velum ſacrũ ſuſcipiens ſine diſpenſatione. 16.3
Creaturam vel dæmonem adorare. 11.26
Creaturis maledicens. 12.86
Credentes hæreſi, vel non Euangelio, c.11. nu.22.vel non infidelem, vt ſic,poſſe ſaluari, & qui articuli explicite ſunt credendi, num.eod. credentes ſe cogi influxibus, 37. contra dæmones valere herbas, vel muſicam, 38. dijs antiquorum fuiſſe diuinitatem. 42
Crimen quale facit irregularem. 27.248
Cruciatæ vi diſpenſatur in voto facto poſt cõfeſſionem, ſic abſoluitur de peccato poſtea commiſſo. 12.80
Curioſitas quando eſt peccatum mortale;vbi

ſunt multa exempla. 23.24.& ſeq.
Cuſtodes permittentes aliquid contra voluntatem domini. 17.122
Cuſtos non obſtans clamando. 17.136
Cuſtodes circa cuſtodiã quãdo peccãt. 25.34

D

Damnationem alicuius optans, quomodo peccat. 14.24
Damnatus ad mortem occidens miniſtrum iuſtitiæ. 15.8
Damnificans proximum in anima, quid faciat. 14.45
Damnificans proximum illicite, vt fortis habeatur. 15 8
Damnificans per aliquem, & ſi damnificare non volebat. 17.140
Dare quis poteſt, vide ver. Religioſus.
Debitum Matrimonij quomodo poteſt negari, 16.25. & an in loco ſacro, 32. & quando impeditur ob affinitatem. 35
Decima quid, & quotuplex, & quomodo ſoluenda, & ad eam non exhortantes. 21.28. & ſeq.
Defectus res vendendæ quando manifeſtandi. 23.89
Defendere bona proximi quando quis teneatur. 24.17
Delectatio moroſa, quando eſt tacita, & peccatum, & quid in dubio. 11.11
Delectatio de colloquio, aſpectu, & ornatu mulieris. 16.11
Delectari de opere malo vnde naſcitur ſibi, vel alicui bonum. 15.10

Delectari feciſſe malum. 15 4
Delectari de copula præterita, vel futura, vel de ſpe copulæ. 16 9
Delectari de aſpectu, &c. ob curioſitatem. 16 11
Dæmone familiari vti, c. 11 nu 26. vel eum inuocare, obſecrare, cogere, in ſubrepticijs interrogare. nu. 28.
Denunciãdus, vel reprehendendus proximus, quando. 14.25
Denuncianda affinitas ducentis vxorẽ. 18 55
Denuncians, quando peccat. 25 33
Depoſitum, quando reſtituendum, vel eo vtẽdum. 17.181
Detrahentem audire. 18.37
Deũ non amans, vel Deo non ſe referens actu, an peccet. 11.18
Diſcipuli quando peccant. 25.59
Diſpenſet quando epiſcopus in voto cõditionali, vel pœnali religionis, vel Terræ Sanctæ. 12 43
Diſpenſatio obtenta ſubrepticie, vel ſine cauſa. 12.57
Diſpenſat ſolus Papa in 5. votis, in reliquis etiã epiſcopus, vel alij ex priuilegio. 12.75
Diſpenſat epiſcopus in voto caſtitatis ad tempus, vel de non nubendo. 12.76
Diſpenſari non poteſt ſine cauſa; & quæ cauſa eſt ſatis. 12.77
Diſpenſatio quorum conſenſu eſt facienda. 12.78
Diſpenſet quis in impedimentis matrimonij, & ex qua cauſa. 22.84

Diſpen-

Diſpenſet quis in cẽſuris,circa ordines 25.69
Diſpenſandi commiſſio,vel gratia quando ſpirat. 27.253
Diſtributor communitatis non æquè diſtribuens. 17.96
Diuitias congerere,an liceat. 24 6
Dolor ſufficiens ad gratiam quis ſit. 1.35
Dolens,quod ſit impotens ad luxuriam.16.15
Dominus negligens in his,quæ pertinent ad ſalutem ſeruorum, vt in corrigendo peccantes,docendo ignorantes,vel prohibens ſeruis concubinarijs ducere vxorem. 14.21
Dominus non concedens locum ſeruo vxorato ad debitum reddendum. 22.34
Domi retinere mulierem etiam cognatam cũ ſuſpicione. 14.31
Domum meretrici locans. 16.15
Dos. vide, Maritus.
Dubius in fide quando peccat. 11.22
Dubius an poſſit implere votum, ſi violat. 12.54
Dubius an peccet, ſi facit, vel non confitetur. 14.26
Duellum offerens,acceptans,conſulens,adiuuans. 11.39
Duellum aggredi,vel ſuadere, vel non impedire. 15.9
Duellum concedere, conſulere, committere, prouocare. 27.150

E

EBrietas peccatum. 23.121
Eleemoſynas accipiens ob ſimulationem. 17.107

Eleemoſyna quãdo eſt ſub præcepto 24.5.23
Emens rem non à domino. 17.9
Emere, vel vendere pluris, vel minoris ob dilatam ſolutionē, vt fruges ante meſſem, vel à non habente. 17.227. & ſeq.
Emere homines liberos, vel putatos liberos. 23.95
Emptor non accipiens pretium redemptionis oblatum. 17.250
Eps curet conciones in ſuis eccleſijs. 25.143
Erubeſcẽtiam, vel animi turbationem in alijs excitare. 18.15
Euchariſtia quid, & quomodo accipienda. 22. 10
Examinis defectus quis eſt, & quando ſuppletur. 9.16
Excommunicatio de nõ violando feſto, quomodo intelligenda. 13.15
Excommunicatio contra furantes, quomodo intelligenda. 17.3
Excommunicatione facta quando, & quomodo tenetur quis furem denunciare. 17.135
Excõmunicatus quomodo abſoluendus. 26.8
Excommunicatus poſt mortem quomodo abſoluendus. 26.32
Excommunicatio quid, & quotuplex; quando ceſſat, quid operatur, quando eſt nulla. 27. 1
Excommunicare quis poteſt, & quos. num.5.
Excommunicando quis peccat. 8
Excommunicatio quãdo ferenda, qua forma, & quo modo. 9. Quis poteſt excommunicari. 13. quis excuſatur. 14. excommunicatio

quid operatur. 17. minor quando incurritur, & à quo abſoluitur. 25. & 37. Excommunicatus quomodo ſatisfaciat in articulo mortis. 46
Excommunicatus an ſit quis, quomodo cognoſcetur, & quando excommunicatio reſtringenda eſt. 27.51
Excommunicationes Bullæ in Cœna Domini. c.27.nu.55. reſeruatæ Papæ extra Bullam; vt de percutiente clericum, 75. reſeruatæ epiſcopo. 112. nemini reſeruatæ, tum ex ſexto Decretalium, tum ex Clementinis. 121.& ſeq.
Excómunicatus minori quomodo peccat circa ſacramenta. 27.253
Excommunicatus conditionaliter quando poteſt appellare. 27.273
Excommunicationem quæ ignorantia annullat. 27.274
Extrema neceſſitas quæ dicatur. 24.5
Extrema neceſſitas ſubueniri poteſt mutuando.ibidem.

F

Fama proximi in cófeſſione ſeruanda. 7.2
Fama non tollitur quando confeſſio de tali peccato proderit. 7.7
Famam alterius lædens, vt manifeſtando peccata alterius, quando peccat. 18.17.42
Famula quæ coit cum hero, an abſoluenda. 3.15
Famulum qui facit dimitti ab hero. 17.73
Fœmina ſe exhibens videndam, vel ſe fucans. 14.30

Fœminæ oſtendentes nuda pectora, vel per velum pudenda, vel fingentes pulchritudinem fuco. 23.19

Feſta eccleſiæ quanto rigore, & ad quæ obligent. 13.1

Feſtis quæ opera prohibita, & quæ non & quomodo ſeruanda ex conſuetudine, & vbi. 13.3

Feſta non obſeruantes qui peccãt, & qui excuſantur varijs cauſis. 13.6

Feſtis diebus tondere barbam, piſcari, molere in molendinis, laborare pro pauperibus, vel vt quis ſe ſuſtentet, accommodare pontes, vias, venari, mittere iumenta onerata, ferre iudicium ruſticis, tranſcribere librum, vel inſtrumentum, pulſare inſtrumenta, cantare, conſulere, informare aduocatum, legere, intereſſe ludis, & choreis. 13. 9. & ſeq.

Feſto maiori, maior cauſa requiritur ad laborandum. 13.10

Feſtis violandis, quando requiritur licentia epiſcopi. 13.16

Feſta publica inſtituere vbi peccant multi, an liceat. 14.44

Feſtis vendere, vel emere. 23.93

Fidei contraria facere, vel dicere. 11.27

Filios, vel filias offerre in monaſterio non obſeruante. 12.51

Filius, qui odit parentes, aſpere eos alloquitur, percutit, iniurijs afficit, ad iram prouocat, accuſat, prohibet teſtari, vel reſtituere in graui neceſſitate, non adiuuat, etiam ingrediens

grediens

grediens religionem; qui eis etiam mortuis maledicit, vel mortem deſiderat; quem pudet haberi eorũ filium, vel ducens vxorem contra eorum voluntatem, vel indignã ſe ſine eorum conſenſu, non reſtituens vſuras ex hæreditate, non ſoluens debita, vel legata. 14.11.& ſeq.
Filias hoſpitali exponens, vel ſpurias non dotans. 14.17
Filius laborans in bonis paternis quando aliquid meretur. 17.144
Filius circa bona patris qũo peccat. 17 156
Fornicationem eſſe peccatum, qui ignorat, nõ eſt excuſandus; nec excuſat conſenſus coactus, ſed vis abſoluta. 16.1
Fructus beneficiorum male impendere. 17.94
Fructus beneficij quomodo reſtituendi, vel locandi. 25.123
Fugere an poſſit qui à iuſtitia quærit. 17. 102
Fur interrogatus quomodo poteſt ęquiuocare. 12.88
Furti nomine quæ continentur, & quæ excuſant à peccato mortali. 17.1
Furto qui peccét; vt retinere alienum, etiam locatum. 17.95
Furtum non mortale, obligans ad reſtitutionẽ ſub mortali. 17.139

G

Gabellas imponere, vel exigere, vel non ſoluere. 17.200
Gener an accipiat fructus pignoris. 17.213
Gradus conſanguinitatis in inceſtu ſunt exprimendi in confeſſione. 16.31

Gula an, & quando ſit peccatum. 23.119

H

HÆres ad quæ vota defuncti teneatur. 12.56

Hæres non reſtituens vſuras, vel non ſoluens legata, & debita parentum, vel diu differens ſoluere. 14.16

Hæres quando quærat abſolutionem pro defuncto. 27.271

Homicida punitus à iudice, vel eius hæres tenetur ſatisfacere parti. 15.25

Homicidium, vel deformatio iuſta, vel iniuſta, quando cauſat irregularitatem, & quis diſpenſet. 27.206. 219

Honora parentes, quomodo intelligatur. 14.4

Honorem alicuius lædens verbis. 18.10

Horas Canonicas, vel pœnitentiam iniunctam non ſoluens. 13.18

Horæ, quomodo recitandæ, & quis peccat, vel excuſatur. 25.97

Hoſpita, quæ peccauit cum recepto, an abſoluatur. 3.20

Hoſpitali tradens filium nutriendum. 16.48

Hoſpitalarij quando peccant. 25.67

I

IActans ſe de re vener[illegible]. 16.14

Ieiunare nolens quando ſunt quatuor tēpora, & vigiliæ ſimul. 11.4

Ieiunare excuſatus ſi ſcandalizet. 14.44

Ieiunandum quando, quomodo; & qui excuſantur: ſimiliter abſtinendum à cibis. 21.11

Ieiunio quis diſpēſet, & quomodo; nec relin-

quen-

quendum conſcientiæ ſubditorum, & qui ſunt cauſa, vt frangatur, vt caupones, patresfamilias. 21.21
Ieiunans diebus Dominicis. 21.27
Ignorantia quando excuſat. 23.45
Illegitimus vt ordinetur, quis diſpenſet. 25.108
Imagines quomodo adorãdæ, & quales apud ſe retinendæ. 11.32
Immunitas eccleſiæ quando, & quomodo ſeruanda; & qui, vel quæ loca ea gaudent. 25.16
Incarceratum, vel captiuum ſoluere. 17.101
Incendiarius. 17.100
Incerta cui reſtituenda, & quando, & quid de compoſitione. 17.92
Iuducere ad minus peccatum hominem paratum ad maius. 14.40
Inducens aliquem ad peccandum; & ſi infametur. 16.15
Infans baptizatus ſine ſolemnitate, ſi moriatur, vbi ſepeliendus. 22.6
Infirmus quomodo adiuuandus, & admonendus. 26.29
Infirmus non confeſſus ſaltem nutibus, an abſoluendus. 27.208
Inimico ſigna amoris oſtendere, vel auxiliari quando tenemur. 14.9
Iniuria affectus debet prohibere ſuos ne ſe vindicent. 15.17
Impedire qui poteſt peccata alterius, & non impedit. 14.27
Impediens, ne quis ſuum ius cõſequat. 17.97

Impediens, ne quis impediat damnum alicuius. 17.140
Imperitus, vel ſine auctoritate exercens officium, vel alienam iuriſdictionem. 23.14
Intentio inducendi ad peccatum. 14.29
Intentio mala in operibus. 14.32
Intentio virtualis in conſecratione. 25.91
Interdictus quando peccat. 25.75
Interdictum quomodo obſeruandum. 25.94
Interdictum quando debet ſeruari à religioſis. 27.145
Interdictum quid, quotuplex, quomodo differt ab alijs cenſuris; quis, cur, quomodo poteſt interdicere, & interdici, vel liberari; & tempore interdicti quæ prohibentur, & quæ non. 27.164. & ſeq.
Intereſſe. 23.82
Interrogatus coram iudice, quando verum fateatur. 18.57
Inuaſo ab inimicis quando ſubueniendum. 15.16
Inuenta quando, & quomodo reſtituenda. 17.170
Inuentor nouorum, vt veſtium, ludorum, epularum. 23.17
Inuidia quid, & quando peccatum. 23.118
Iocos vel ludos exercere, vel non prohibere, ex quibus cædes oriuntur. 15.9
Ira quid, quotuplex, quando peccatum, vt maledicere creaturis. 23.115
Irregularis quis ſit, ex vſu ordinis. 25.93

Irregularitas quid, quotuplex, quando incurritur, vel diſpenſatur. 27.191
Irregularis in dubio quomodo iudicandus. 27.193
Irregularitas quando priuat beneficio. 27. 251
Irritando vota quando quis peccèt. 12.72
Iudex non faciens reſtituere. 17.136
Iudicare quando eſt peccatum mortale. 28.9
Iudex circa officium ſuum quomodo peccat. 25.12. & ſeq.
Iudicans prius depellat dubietatem. 27.288
Iudicium, vel condemnatio quando mala. 25.9
Iudex procedens contra non infamatum, vel interrogans de occultis. 18.38
Iudex interrogando quando peccat. 18.59
Iurare quid ſit, & an liceat, & quibus conditionibus, & quando iuratur per creaturas: an ſit peccatum iurare falſum in re leui, vel dubium; verum iuratum non complens, vel iurans illicitum, vel non ob finem honeſtum, animo implendi, vel non adimplendi, iurans ſophiſtice, vel ex metu, & non adimplens, vel falſum coram iudice, vel facere malum, vel non bonum, vel rem indifferentem, vel facere quod non poteſt, vel vt ſe excuſet, vel petere iuramentum ab aliquo, quem ſcit falſo iuraturum, vel vt reuelet furem in quocunque caſu, vel inducere ad reuelandum ſecretum iuratum. 12.10. & ſeq.

Iura-

Iuramentum ab infideli petere. 14.59
Iuramentum eſt maius voto, & quando obligat, licèt ſit illicitum, vel vanum. 12.1

L

LAicus diſputans de fide. 11.27
Latro punitus à iudice tenetur reſtituere parti. 15.25
Legata pia quando valent, & qui ea non ſoluit. 17.117
Legis tranſgreſſio quando peccatum; & quæ leges obligant, & quando, & quomodo. 23.40
Leges dubię circa pœnam quomodo interpretandæ. 23.52
Lex pœnalis quando eſt extendenda. 27.51
Libellum famoſum componere, vel publicare. 18.35
Litteras alicuius aperire. 18.53
Locus ſacer pro ſacrilegio quis ſit. 16.3
Locans domum ſuam alicui, quando poteſt eam repetere ante præſcriptum tempus. 17.193
Locando, vel conducendo aliquid, quomodo, & quando peccatur. 17 187
Lucrandi intentio non facit vt opus ſit ſeruile. 13.5
Lucri ceſſantis conditiones. 17.212
Ludens ſub ſua fide, ad quid tenetur. 20 17
Ludo neceſſaria miniſtrans, quando peccat. 20.15
Ludus qui illicitus, vel licitus, & quando peccatum.

catum. 25.3
Luxuria quid, & quot eius filiæ, & quando peccatum. 23 113
Luxuriæ ſpecies ſunt ſex, & quæ. 15.2

M

Magia vtens, vel eius libros habens. 11.29
Magiſter non admonens diſcipulos dum incipiunt errare in fide. 11.42
Magiſtri circa lectiones quando peccant. 25.55
Maleficijs, incantationibus, ſortibus, diuinationibus vtens, etiam cum verbis ſcripturæ. 11.29
Malum nullum faciendum ob quodcumque bonum. 14 44
Maritus præcipiens vxori aliquid contra præcepta Dei, item percutiens vxorem, vel verba infamatoria in eam dicens. 14.19
Maritus circa vxorem adulteram, & contra, quomodo peccat. 15.2.& 16.27
Maritus quomodo poteſt paciſci pro dote. 17. 212
Maritus circa bona vxoris quomodo peccat. 17.153
Martyrio temere ſe offerens. 11.40
Martyrio ſe offerens ob tædium vitæ. 15.12
Mater iurans de caſtigando filium, ſi non caſtigat. 12.10
Mater non lactans filium proprio lacte, vel non quærens nutricem bonam, vel non prouidens neceſſaria vſque ad triennium.

nium. 14.17
Mater collocans filium in ſuo lecto, cum periculo. 15.13
Matrimonium clamdeſtine contrahere, quando licet, & eius vſus. 16.36
Matrimonij vſus ante benedictionem. 16.38
Matrimonium contrahere cum vno clam, & cum altero publice. 16.39
Matrimonij vſus quibus modis prohibetur. 16.42
Matrimonium quid, quando, & quomodo poteſt diuidi. 22.19
Matrimonium quam ætatem requirit, & quę impediunt, vel dirimunt, qui peccant contrahendo, vel petendo debitum, & quis diſpenſet. 22.29
Matrimonij impedimenta quæ, & quando tenetur denunciare. 22.83
Medicus quando, & quomodo peccat. 25.60
Mendacium verbo, vel facto, quando mortale, vel veniale. 18.3
Mendicantes in quo caſu poſſunt diſpenſare in voto. 12.79
Menſtrui tempore debitum petere, vel reddere. 16.32
Mercator dans pecuniam, & accipiens lucrum. 17.244
Mercenario, qui conſueuit locare opus, quomodo ſoluendum. 17.108
Meretrix, & quæuis fœmina an reſtituat pretium meretricij, vel petat promiſſum. 17.31

Mere-

Meretricibus locare domum, vel ad aliud peccatum. 17.195
Miles in bello acceptans ſingularia certamina. 15.27
Miracula falſa, vel reliquias falſas exponere. 11.27
Miraculis nouis vtens. 17.169
Miſſa, & quando, & quomodo audienda. 13.17
Miſſarum tempore detinens populum ſpectaculis. 14.36
Miſſa integre audienda, quomodo, quando, vbi, & quæ cauſæ excuſant. 21.1
Miſſæ defectus quomodo ſupplendi; & quoties in die poteſt celebrari. 25.85
Miſſæ obligatæ quomodo ſatisfaciẽdæ, an vna pro multis. 25.92
Miſſas non offerens, vt eſt obligatus, & quos in eis nominet dum orat. 25.111
Miſſas ad quas tenetur non dicens; & quid de quotidianis Miſſis de Sancta Maria. 25.134
Monachus ſibi manus inijciens quando excommunicatur. 15.11
Monopolium facere, vel impetrare vt ſolus vendat. 23.92
Moneta adulterina, vel aurichalco vti bona fide. 17.9
Moniales frequentans cum murmuratione. 14.31
Montes pietatis ſunt liciti. 17.213
Morientes ſi non reſtituunt, ſed legant. 17.68
Moroſe

Moroſe delectari ex copula, vel turpi cogitatu, quomodo confitendum. 16.9
in Mortis articulo qui poteſt abſoluere, non poteſt commutare. 12.79
in Mortis articulo quis poteſt abſoluere, vel abſolui. 26.26
Mortem alicui deſiderare ob proprium vtile. 15.10
Mortem optare inimicis Chriſtianorum, vel ſibi. 15.10
Mulier ſe ornans, credens aliquem peccaturum, an peccat. 14.37
Mulieris manum, pectus, mamillas, pedem tangere. 14 41
Mulier non certa de coniugis morte ſi nubat; & quid de debito. 16.40
Mulier ſe videndam offerens, & inhabilis ad matrimonium, item veſtiens ſe habitu virili. 23.22
Munus promiſſum in voto poſt diſpẽſationem cui dandum. 12.78

N

NAtum ſe non eſſe cupiens. 15.12
Naufragata, vel quid ex incendio accipere. 17.98
Nobiles inſtruentes in moribus iuuenes ſine pretio. 17.109
Notarius, Iudex, Procurator vſurariorum. 17.273
Notarius ad quid teneatur, & quando peccat. 25.52
Notorium peccatum, quando dicitur reſpe-

ctu

ſtu ordinis. 15.73
Numerus peccatorum non eſt circumſtantia; & eſt neceſſariò dicendus, & quomodo. 6.1.& 14.
Numerus peccatorum carnalium, quomodo explicandus. 16.5

O

Obedire qui negligit, & quando excuſatur. 23.35
Oblitus circumſtantiam, illam tantum confiteatur cum numero. 6.20
Obſcena legens, vel videns. 23.28.30
Obuiare ſponte perſonæ ſuſpectæ. 14.36
Occaſio propinqua neceſſariò fugienda, ſed non remota; & quæ eſt. 3.10
Occaſio peccandi confitenda. 6.19
Occaſio peccati, vt petere mutuum ab vſurario. 14 28
Occaſionem peccandi dans. 14.32
Occaſio ridendi, edendi, bibendi, veſtiendi, loquendi, &c. an ſit peccatum. 14.37
Occaſionem peccandi dans ornatu, viſu, verbo, cantu, &c. 16.14
Occaſionem peccati non relinquens. 23.14
Occiſio, quæ prohibetur, & quæ non; & quis licitè poteſt occidere, v. g. ob honorem defendendum. 15.1
Occidens furem, vel alium pro caſtitate defendenda, vel caſualiter in opere licito, vel illicito, vel ob ſui defenſionem. 15.5
Occidens aliquem ad quid tenetur. 15.22

Occiſor non debet ſe prodere. 15.17
Occultum, & publicum pro irregularitate qualé,& quotuplex. 27.255
Offenſus tenetur relinquere rancorem malũ, non rancorem bonum, vel ſatisfactionem iniuriæ. item, quando tenetur dare ſigna amoris. 14.25
Offendens prius, vel grauius, prius petat reconciliationem. 14.25
Offerendum inter Miſſarum ſolemnia quando. 13.19
Offerre occaſionem peccandi parato. 14.38
Officio Diuino profana miſcere. 12.87
Officium indigno conferens. 17.96
Officium inhabilis quærens. 23.15
Officij ſui neceſſaria non diſcens, vt Parochus. 23 26
Officia quæ vendi poſſunt, & quomodo. 25.7
Officiales ineptos creans,vel tolerans. 25.7
Officia diuina à quibus,& quomodo exercenda. 25 68
Opus peccati eſt exprimendum in confeſſione. 6.20
Opera aliqua facta ob neceſſitatem non poſſunt fieri ob pietatem. 13.4
Operantes diuerſimode diebus feſtis. 13.6
Opus facere, cuius vſus principalis eſt peccatum mortale, vt reficere idola. 14.36
Opus aliquod an omittendum propter ſcandalum. 14.44
Opera miſericordiæ quando tenemur facere. 24.22

Opinio

Opinio quæ eſt eligenda. 27.285
Orandum ſub præcepto quando. 13.18
Ordo quid, & quis peccat circa eum. 22. 17
Ordines clericorum. 25.68
Ordo quomodo, & à quibus ſuſcipiendus, & exercendus. 25.69
Ordinem quis non ſuſcipiat impeditus defectu corporis, vel animi, vel morbi, vel infamiæ, & ordinatus an celebret. 27.198
Ordines accipiens, vel eis vtens quando fit irregularis. 27.244
Ornans ſe, vt videatur, &c. 23.17
Ornans ſe ob vanam gloriam, licèt aliqui peccent. 23.18. & 24.23

P

PActum retrouendendi, quando vſurarium. 17.248
Pœnitens non eſt inducendus, vt malit pati hanc, vel illam pœnam, quam peccaſſe. 1.17
Pœnitendum de peccato quando. 1.27
Pœnitentiæ iniunctæ non ſatisfaciens. 9.17
Pœnitens nolens peccata dicere, niſi interrogatus, peccat. 10 6
Pœnitentiam in confeſſione acceptatam qui non implet. 21.43
Pœnitentia quid, & quomodo exercenda. 22.11
Pœnitentia in confeſſione quæ, quanta, quomodo iniungẽda, & ab vno impoſita an ab alio poſſit minui, & an ſatisfiat duabus obligatio-

gationibus vnico actu. 26.15
Pœnitens an teneatur relinquere ſuum officiū periculoſum. 26.25
Parentes quando poſſunt irritare vota filiorum. 12.64
Parentes negligentes prouidere neceſſitati ſpirituali, vel temporali filiorum, exponentes eos hoſpitali ob auaritiam, nolentes filias etiam ſpurias dotare, reuocantes vota filiorum, vel eos à Religione, vi, vel dolo cogentes ad connubium, vel religionem, permittentes filiabus amatores, vel familiares ſuſpectas, turpem vitam eorum non reprehendentes. 14.17
Parochus circa ſuum munus quando peccat. 25.131
Parochus quando tenetur celebrare, vel prædicare. 25.134
Parochiæ eligendæ, & quomodo conferendæ. 25.137
Paruitas materiæ in furto, quæ dicatur, & quando excuſat. ū7.2
Pater quomodo peccet in bonis filiorum, vel faciens eos renunciare. 17.141
Patrinum ſe faciens maritus in fraudem vxoris. 16.34
Patrinus filij concubinæ non ducat eam. 16.34
Patronus quos præſentet. 25.8
Peccata aliqua non recogitanda poſt confeſſionem. 1.18
Peccans aſpectu, ludo, tactu, &c. conſuetis in patria, an abſoluendus. 3.26

Peccata interna, vel externa, v.g. fornicationis, quando multiplicantur. 6.16
Peccatum contra præcepta, quando vnum, quando plura, quando veniale. 11.4
Peccans cooperans principali peccanti. 11.11
Peccata ſeptem mortalia quare dicantur capitalia. 23.3
Peccans voluntarie, an ſubueniendus; & ſi ex malitia, & non ex ignorantia, an teneamur ſubuenire. 24.23
Peccatum in Spiritum ſanctum quale, & quotuplex. 23.126
Pecuniam deponens apud nummularium, vt lucretur. 17.242
Pecuniam falſificans, vel falſis vtens. 17.167
Pecuniæ vſus eſt vendibilis, & vna pecunia valet plus altera. 17.290
Penſionarij recitent officium Beatæ Mariæ. 25.108
Penſionem etiam ſæculares poſſunt habere. 25.119
Penſiones quæ poſſunt poni. 25.137
Penſionarius non ſoluens ſtatuto tempore. 27.274
Percutere aliquem quando peccatum. 15.4
Peregrini quando celebrent. 25.68
Periculo mortis, vel mutilationis ſine cauſa ſe exponens. 11.41
Periculo peccandi ſe exponens. 14.26
Periculo vitæ, vel membri ſe exponens, ne

vilis habeatur, vel in locis, vel pro experientia. 15.8
Periculo pollutionis ſe exponere. 16.6
Periculo caſtitatis ſe exponens. 23 29
Pertinax contra veritatem, vel fidem, vel ſalutem. 23 32
Peſtis tempore iurare ſimulate. 12.19
Peſtis tempore quis tenetur ſe exponere. 24. 10
Petens bonum ab eo, quem ſcit peccaturum. 14.40
Pignore vti, vel ſi pereat, vel dare pignus cũ pacto, vel vendere, vel quamdiu retinendum, vel impignorandum. 17.203
Pœnam etiam commiſſi, vel laudemij quando quis ſoluat. 23 64
Pœna in dubio an intelligenda pro minori. 27. 1
Pollutio ex eſu ciborum. cap. 3. num. 25. quando eſt peccatum. item, ſi cum deſiderio habendi aliquam, & quando tenemur eam impedire, vel ceſſare ab opere, eam deſiderare, vel complacere de præterita, vel futura. 16 6
Polluens, vel tangens cum periculo. 16.42
Polluitur quando eccleſia, & quomodo reconcilianda. 27.256
Pretium conuentum ſi minus iuſto. 17.108
Pretium accipiens, vel petens pro delicto. 17. 111
Pretium rei iuſtum quale eſt. 13.78
Prædicatores cum qua licentia prædicent, & quando peccant. 25 141

Præferendus quis ex creditoribus in ſolutione. 1751
Presbyter irreuerenter ſaltãs, vel canens, &c. 23.123
Præſentandi ſunt Epiſcopo Religioſi pro audiendis confeſſionibus. 27.264
Prodere ſe vi excommunicationis. 17.100
Profeſſio fidei à curatis quando facienda. 25.136
Prohibentes occidi feras damnificantes. 17.124
Promiſſa pro occidendo aliquem. 17.31
Promiſſa non ſeruans. 18.6
Promiſſio de re leui non obligat ad mortale.
Proximus quomodo, & quando amandus, & ſubueniendus. 14.23
Publica perſona quærat reſtitutionem ſuæ famæ, nec ſe infamet. 18 43.61
Pudenda oſtendens, etiam per velum ſubtile. 14.36
Puæri tacentes peccata, cum adoleuerint, ad quid tenentur. 9.15
Pueri quando communinent, & paréces id nó procurantes, quando peccant. 21.57

## Q

QVarta Parochialis, quando ſoluenda. 25.139

## R

REcuperare ſuum occulte. 17.112
Regum, & aliorum dominorum peccata quæ ſunt. 25.1

Reges, & cæteri domini, quomodo reſtituãt. 25.11
Religioſus an abſoluat à venialibus. 46
Religionis ab ingreſſu iniuſtè aliquem retrahens, quid faciat. 12.44
Religionis non reformatæ ingreſſum ſuadẽs. 12.45
Religioſus dimittens habitum, & deinde petens diſpenſationem. 12.72
Religioſus vouens ſine conditione quomodo peccat. 12.74
Religioſi, vxores, filij, & multi alij dare non poſſunt. 27.105
Religioſo habitu vtens ad turpia. 23.23
Religioſus non poteſt teſtari. 27.270
Religione in laxa qui profitetur, tenetur ad eſſentialia. 12.50
Reliquijs veris, vel falſis vtens ob quæſtum, & cęt. 17.169
Res tanti valet, quãti vendi poteſt. 23.80
Reſeruare caſus quid ſit, & qui ſint caſus reſeruati, & quis abſoluat, & à cenſuris annexis. 27.259
Reſidere qui, & quomodo tenentur. 25.121
Reſtitutio quid. 17.6
Reſtituat quid & quantum, comedens furto ablata. 17.9
Reſtituendum quid, & quantum, cap. 17. nu. 24. cui. 28. vbi, 42. quomodo, 44. quo ordine, 47. quando. 54
Reſtituere quis tenetur ob contractum, legem, teſtamentũ, quaſi delictum, metũ, blãditias, ex conſenſu in nouem modis. 17.12

Reſtitutio per tertium ſi non ſequatur. 17.44
Reſtituat ne quis, quæ excuſant, vt donatio, taciturnitas, caſus, procuratio, officij, ignorantia, præſcriptio, ceſſio, omiſſio rei alterius, vt ſamæ moralis. 17.75
Reſtituat moriens, an cum magno incommodo. 27.48
Reus quando peccat, & quomodo ſe gerat in reſpondendo. 25.35

S

SAcerdotem peccatorem excitare ad baptizandum, vel celebrandum. 14.28.41
Sacerdos quilibet quoties tenetur celebrare. 25 88
Sacerdos quando non ſumat reliquias corporis Chriſti. 25 90
Sacramenta quid ſint, & in eorum adminiſtratione, vel receptione qui peccent. 22.1.3. & ſeq.
Sacrilegum furtum quando eſt. 17.95
Salutatores non peccant. 11.36
Sanctos iniurioſe nominans, vel eorum pudéda. 12.85
Sanguis Chriſti ſi effundatur, quid agendũ. 25.89
Satisfactio quid, & per quæ operæ fieri poteſt. 3.4
Satisfacere nolens peccat; ſi cõfiteatur. 3.25
Scripturas falſificans. 17.169
Scandalum neceſſario confitendum, & quando. 6.19
Scandalum quando peccatum, & confitendum.

dum. 14 29
Scommeſſa quando illicita. 20.18
Scrupuli quomodo toliendi, & an ſemper tutior pars eligenda. 27.279.& ſeq.
Scrupuloſus quid conſideret, vt quieſcat. 27.290
Secreta alicuius detegere, quando peccatum. 18.51
Secreta aliorum ſcire volens. 23.27
Senſuum vſus. 24.2
Sepeliendus qui non eſt. 25.95
Sepulturam ſuadens in propria Eccleſia. 25.132
Sepeliens peccatorem notorium. 25.132
Sepeliendus an ſit publicus vſurarius, vel nō confeſſus. 26.27
Seruus, vel ſubditus contemnens, non honorans, non obediens ſuperioribus. 14.22
Seruus faciens malum iuſſu domini, quod alter feciſſet. 17.19
Sigillum confeſſionis quomodo obligat. c 8. nu.2. quæ contineat ſub ſe. nu. 3. quos ligat. 4. etiam poſt mortem. 7. quando frangitur in varijs modis loquendi, vel operandi. 8. & ſeq.
Signo infidelitatis vtens, licet ſit fidelis. 21.23
Simonia quid, & quotuplex, & quando eſt; quæ eius pœna in varijs caſibus. 23.99
Symbolum Apoſtolorum ignorans. 11.22
Socer mutuans genero pro dote. 17.273
Societas quando licita, vel vſuraria. 17.252
Societatem malam non deſerens. 23 94
Somnijs credere. 11.33

Sortes experiri, vt ſciat. 11.38
Spectator ludorum prohibitorum, & ſi eſt Sacerdos. 15.9.18
Sponſis qui tactus, vel actus permittuntur. 16.12.
Sponſalia, quid, & quando poſſunt ſolui, vel tranſeunt in matrimonium. 22.25. & ſeq.
Status hominum quomodo intelligatur, & an poſſit mutari. 24.6
Striges vehi corporaliter qui credit. 11.38
Studia Doctorum licet erigere. 14.43
Subditus non implens vota quando peccat. 12.74
Subditi, vt famuli, vxor, filij, agricolæ compulſi laborare diebus feſtis. 13.6
Subditi, quæ non tenentur reuelare ſuperiori. 18.40
Suffragia ferre in rem malam. 17.21.
Superbiæ ſpecies quæ, & quando mortales. 23.5
Superior quæ vota poteſt commutare Religioſis. 12.64
Superior quæ poteſt præcipere. 23.39
Superſtitio. vide, Maleficia. 11.33
Superſtitioſe viuere, vel ſcripta nomina portare.
Suſpenſionem generalem Epiſcopus an incurrat. 17.8
Suſpenſio quid, & quotuplex, à quo, & quãdo poteſt ferri; differt à depoſitione, degradatione, & alijs cenſuris; & quis eſt ſuſpenſus in iure, ipſo facto, & quando fit irregularis, quando peccat, & quomodo

euitandus. 77.151

T

TActus etiam impudicus ob delectationẽ carnalem, vel alium finem. 16.11
Tentans Deum in re graui. 11.40
Tentare virtutem alicuius an liceat. 14.38
Tentare caſtitatẽ iuuenis, vel Religioſi. 14.42
Teſtamentum mutare faciens blanditijs, vel dolo. 17.70
Teſtamenta quomodo facienda, & qui impedit, vel auertit. 26.36
Teſtificari negligẽs vt liberet aliquem ab iniuſta morte, vel infamia. 15.16
Teſtem ſe offerre, vt aliquis condemnetur, quando tenetur. 15.17
Teſtis falſus debet ſe reuocare, etiam cum periculo ſuæ vitæ. 15.17
Teſtis nocens quando non reſtituat. 25.40
Teſtimonium falſum multa includit, & quando mortale. 18.1
Teſtificari qui tenentur, & quando peccant. 25.41
Theſaurus an, & quomodo quærendus; & inuentus reſtituendus. 17.172
Theſaurarius negotians. 23.94
Tyrannum Reipublicæ rogare, vt adminiſtret iuſtitiam. 14.41
Torneamenta, & ludus taurorum prohibentur. 15.18
Triticum dare vt reddatur in alio tempore. 17.216.224

Triticum vendens pro maiori pretio futuro. 17.239
Triticum emere quo carius valeat. 23.91
Tutores, ſiue curatores quando peccāt. 25.65

V

VAna gloria circa quid, quæ eius ſpecies, quando mortalis. 23.9
Velle viuere ſemper in mundo. 11.20
Venationem, vel piſcationem prohibens. 17.120
Venari tempore prohibito, & ſi damnificant. 17.122.125
Vendere, vel emere, vel nundinæ diebus feſtis. 13.8
Vendere pigmenta, chartas, talos accōmodare arma, &c. 14.38
Vendere cum pacto quando licet. 17.248
Vendere alicui, vt ſibi ille reuendat. 17.239
Vendere carius, vel emere vilius, quando licet. 23.78.
Vendentes varias res quando peccant. 23.89
Verba turpia audire, vt loqui, vel canere. 16.14
Veſtibus impudicis vti. 23.123
Vidua fornicata, an relinquat bona ſibi relicta, ea cōditione, Si cōtinens vixerit. 23.62
Vidua vſufructuaria, cum conditione, quando peccat. 25.65
Virginem deflorans, vel putatam Virginem, ad quid tenetur. 16.16
Viſitatori quæ peccata reuelanda. 18.61

Vitam abbreuians abſtinentijs, vel pœnitentijs. 15.12
Viuere volens perpetuo in hoc mundo. 23.114
Vnctio extrema quid, & cui danda. 22.12
Votum quid ſit, & quando obligat votum ex ſubitanea paſſione. 12.14
Vouens ſine animo adimplendi, vel ſe obligandi. 17.27
Votum de re neceſſaria, vel de peccato mortali, vel de veniali, vel de re indifferenti, vel de non faciendo conſilio Chriſti, vel de maiori bono, cum fine malo, vel de re bona in negotio iniquo. 12.28
Votum duplex, ſolemne, & ſimplex. 12.32
Vouens quando, vel quomodo peccat, vt vouens malum, vel minus bonum, vel indifferens, vel ſtulta, vel quæ non poteſt implere. 12.34
Votum iuſtum violans, ſine cauſa, vt caſtitatis, ſi nubat. 12.39
Votum de re minima frangens. 12.40
Vouens ſtatim facere, vel tempore indeterminato. 12.41
Voto facto, ſi adeſt impedimentum, quid faciendum. 12.41
Votum conditionale, vel pœnale, & quis diſpenſat. 12.42
Votum cum conditione inutili, inhoneſta, impoſſibili tenet. 12.43
Vouens virginitatem, ſi violat; item vouens non nubere, non vouit continentiam. 12.43

Votum de ducenda vxore, quādo eſt votum. 12.43
Vouens religionem in communi, vel aliquam certam, vel non reformatam, quid faciet. 12. 45
Votum religionis non eſt votum caſtitatis; & ingreſſus, ſi vita non placet, poteſt egredi. 12.46
Vouens religionem ſtrictiorem, ſi laxioré ingrediatur. 12.48
Vouens metu mortis. 12.52
Vouens non bibere vinum, quoties bibit, peccat. 12.53
Vouens bonum, impediens maius bonum, poteſt facere maius bonum. 12.53
Vouens aliquid certo tempore, quid faciet. 12. 54
Vouens ſi pœnitet ſe vouiſſe. 12 54
Vouens, quod per ſe non poteſt, quando per alium tenetur implere. 12.55
Vouere eſſe malum qui credit, eſt hæreticus. 12.58
Votum coniugis ſine conſenſu alterius, quando, & quomodo valet. 12.60
Vouens votum virginitatis, quod nupta non poteſt adimplere, quid faciat. 12.61
Vota irritare, commutare, diſpenſare, quid ſit, & quis poſſit. 12.63
Vota irritata non poſſunt amplius obligare. 12 64
Votum de non peccādo an valeat. 12.65
Voti tranſgreſſio de re leui non mortalis. 12.65

Vota

Vota omnia commutantur in votum ſolenne religionis. 12.65
Votum ſolenne quando eos obligat. 12. 67. 69
Vota iuuenum quæ tenent, & poſſunt irritari à parentibus. 12.68
Vota antiqua an obligent poſteros. 12.79
Vouens caſtitatem, ſi contrahit matrimoniũ. 12.80
Vouens religionem, ſi fornicetur, vel contrahat, an petat debitum. 12.80
Vouens continentiam, ſi contrahat, vel conſummet, vel debitum petat. 16 30
Voti, & voti iurati diſpenſatio eſt diuerſa. 27.275
ab Vſurario mutuũ petere, vel apud eum pecuniam reponere. 14.89. & 24.23
Vſura circa mutua quando fit, & quomodo varie peccatur. 17.206
Vſuras iurans ſoluere, ſi non ſoluit. 17.v46
Vſuræ participans, adiuuans, ad eam inducens, accipiens, & circa vſurarij bona, vel pignora, vxor, gener, heres, confeſſarius. 17.262
Vxor adultera, poſt confeſſionem iurans ſe non eſſe adulteram. 12.18
Vxor occidens virum parantem ſibi mortem, vel vir eam adulteram. 15.3
Vxor quando diſcedat à marito. 16.22
Vxor conſentiens adulterio mariti, vel non impediens. 16.35
Vxor an reſtituat occultè pro marito. 17. 115

Vxor abſcondens bona pro dote reſtituenda. 17. 135

Vxor an poſſit aliquid accipere de bonis viri, etiam pro eleemoſyna, & an vidua totam dotem recuperet. 17.102.153

*Indicis Compendij Finis.*

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y.

Omnes ſunt ſexterniones, præter Y, qui eſt quaternio.

VENETIIS,

*Apud Nicolaum Miſſerinum.*

M D X C I I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google